PRACTICARUM OBSERVATIONUM,

SIVE

DECISIONUM

SVPREMI SENATVS

REGNI LUSITANIÆ

PARS SECUNDA.

In qua de donationibus Regiis, circa jurisdictionalia & jura Regalia; ita accuratè & methodicè tractatur, ut nihil propemodum hac in parte desiderari queat.

Opus numeris omnibus absolutum, & cunctis, in Foro præcipuè militantibus, summè necessarium.

AUCTORE

GEORGIO DE CABEDO I.C. HISPANO,

Celeberrimo Consiliario Regio, Palatij Senatore, Senatusque supplicationum Cancellario dignissimo.

Cum Indice duplici, Decisionum uno, altero materiarum & sententiarum, utroque copiosè.



ANTVERPIÆ.

Apud VIDUAM ET FILIUM JOANNIS BAPTISTÆ VERDUSSEN, viâ vulgò Cammerstraet, sub signo duarum Ciconiarum. M. DC. XCIX.

MAXIMO ET POTENTISSIMO

PHILIPPO

CATHOLICO.

REGI HISPANIÆ

HUJUS NOMINIS III. ET LUSITANIÆ II.

DOCTOR GEORGIUS DE CABEDO

EJUS CONSILIARIUS ET PALATII SENATOR

Perpetuam felicitatem exoptat.



Ecundam Decisionum nostrarum partem, PHILIPPE REX CATHOLICE, à nobis promissam, Tibi offerimus: cùm enim in ea agamus de donationibus factis Lusitanis nobilibus, & benemeritis, per Reges hujus Regni, felicis memoriæ, prædecessores tuos, id est, de liberalitate Regia, quæ propria, & peculiaris Regibus est, nec eos fatigare debet, nisi quando cessaverit, (ut Ausonij verbis ad Gratianum Imperatorem utar) Tibi jure optimo Opus hoc dedicari debuit. Hæ autem Regiæ donationes, ipso nascente Regno initium habuerunt. Alfonsus namque primus Lusitaniæ Rex (sanguis tuus) cùm totam à Mauris occupatam invenisset, mortuo Henrico Comite ejus patre, adjutus à fidelissimis Lusitanis vasallis suis, & ab aliis exteris nobilibus, Germanis, Burgundis & Gallis, qui classibus instructis ad bellum Sanctum (sic illud vocabant) in portus hos appulerant; brevi tempore, urbibus, oppidis castellisque omnibus quæcumq; Durium, & Anam fluvios, ac Oceanum interiacent expugnatis, ingentibusque Maurorum copiis profligatis, universam Lusitaniam in ditionem suam redegit: quod & ceteri Reges hujus Regni (idem de Hispaniæ Regibus dico) diversis temporibus fecerunt, non solùm in Africa, sed & in Asia, Æthiopia, Brasilia, & in aliis remotissimis Mundi partibus; in quibus Lusitani quamplurima, & periculosa bella gesserunt, ingentes victorias, parva sæpè manu, multis hostium millibus cæsis, reportarunt, & pro Christi fide, pro Rege suo, pro patria, sanguinem effundere liberaliter (ut ita dicam) non dubitarunt. In hos igitur sic benemeritos, jure quidem, donationes plurimas, liberaliter etiam, Reges hujus Regni Tui prædecessores contulerunt, quæ in posteros suos, ad hæc usque tempora transierunt, ita ut pretium potius meritorum, quàm donum dici possint. De iis donationibus in

hoc opere agimus. Poterat me ab incepto amovere exiguitas ingenii mei, valetudo mea, quam toto hoc tempore adversam sensi; ni me fluctuantem excitassent verba epistolæ tuæ, Regia benignitate, & humanitate plena, quibus priorem nostrarum decisionum librum approbas, & secundum hunc, simul & libellum de patronatibus Regiæ Coronæ (ad te jam missum) à me petis: ita ut meritò cum Ausonio Poëta dicere possim:

Non habeo ingenium: Cæsar sed jussit habebo,
Cur me posse negem, posse quod ille putat?
Invalidas vires ipse excitat, & juvat idem
Quis jubet: obsequium sufficit esse meum.

Accipe igitur Rex Maxime, & Potentissime, jure nomini tuo debitum hoc Opus: quod etsi tuæ Majestati, & Amplitudini nequaquam respondere intelligam; tamen id, quidquid est, Te boni, æquique (pro tua Regia benignitate, & humanitate) accepturum scio. Deus optimus maximus, Te nobis diu salvum & incolumen servet; ut ita vasalli tui, totaque Respublica Christiana, tutissimo præsidio, securè fruamur.



AUCTOR

AUCTOR CANDIDIS LECTORIBUS S.



Cogito, quàm sit magnum dare aliquid in manus hominum, inquit Plinius Iunior in epistolis, & meritò quidem: nec enim omnibus idem est animus, eadem mens: nam, quæ uni placent, alij displicent. At ut animum ad scribendum appuli, aleam jeci laturus æquo animo quidquid ceciderit. Quis enim à calumniis obtrectatorum tutus umquam fuit? Quis ab invidiosorum morsibus? sed his objicere soleo illud Martialis:

Carpere vel noli nostra, vel ede tua.

De Iuribus Regalibus multi auctores scripserunt, secundùm suarum regionum consuetudinem; ex nostris nullus argumentum hoc ex professo suscepit: quamvis subtilissimus Costa in tractatu patrui, & nepotis, de donationibus Regiis, & intellectu legis Mentalis, multa eruditè scripserit, Iacobus à Sà in libello de primogenitura, doctissimus Alvarus Vaz in libro de jure emphyteutico, & in suis consultationibus, insignis & omni ævo memorandus Doctor Petrus Barbosa, Cancellarius maximus hujus Regni, in sua eruditissima lectura, ad titul. D. soluto matrimonio, in multis locis: ex Hispanis modernioribus, Præsul Didacus de Covarruvias in regul. Possessor. 2. part. §. 2. & in practicis quæst. Ludovicus de Molina in tract. de primogeniis, Ignatius de Laçarte de decima venditionis, Ioannes Gutierres Canonicus Civitatensis, in suis quæstionibus practicis, doctissimis quidem: ex Gallis, Carolus de Grassaliis, Ioannes Ferraldus: ex Italis, Marcus Antonius Peregrinus Patavinus, & alij multi, quos hîc recensere non curo (omitto antiquiores.) Quia tamen unaquæque Provincia suis vivit legibus, moribus utitur, & nos versemur in aliis longè diversis, secundum nostri Regni consuetudines, decrevi de Iuribus Regalibus, & donationibus Regiis, aliqua scribere: quæ omnia censuræ vestræ, humanissimi lectores, libenter subjicio. Si autem in Decisionibus his longior sim ac fuerim in aliis, materiæ id condonandum est: nam nec pauca, nisi è multis eligi possunt (ut ait Cicero) ita ut necessum fuerit, ratione materiarum, quæ inter sese admodum connexæ sunt, sæpius unam & eamdem rem inculcare. Lectores autem moneo, nos jam in hoc opere, leges nostri Regni allegare, iuxta ordinem novæ recopilationis.

INDEX DECISIONUM PARTIS SECUNDÆ.

LI. De

Adest

ADest Secunda pars Decisionum Senatus Regni Lusitaniæ, à Doctore Georgio de Cabedo, Regio Conciliario, Palatij Senatore collecta & composita; quam vidi, & perlegi, & nihil in ea reperi, quod fidei aut bonis moribus repugnet, sed doctrinam sanam, stylum brevem & doctum, quare dignum judico, ut in communem utilitatem excudatur. In Conventu S. Dominici 5. die Iunij 1603.

F. Manoel Coelho.

VIsta a informaçam, podese imprimir este livro, intitulado, Segunda parte de *Decisões* Iurisdicionais, e depois d'impresso torne a este conselho, pera se conferir como o original, e se dar licença pera correr, e sem ella nam correra. Em Lisboa 5. de Iunho de 1603.

Marcos Teixeira. *Ruipiriz da Veiga.*

POdese imprimir este livro, visto a licença que tem do santo officio, e ser visto na mesa. Em Lisboa a 15. de Octobro de 1603.

D. d'Aguiar. Fonsequa.

DEcisiones Georgii de Çabedo I.C. Hispani cum Tractatu de Patronatibus Ecclesiarum Regiæ Coronæ Regni Lusitaniæ nihil continent, quod fidei Orthodoxæ adversetur quare reimprimi poterunt, datum Antverpiæ die 12. May 1684.

P.V. Halmale Canonic. Antv.
& Librorum Censor.

TENOR PRIVILEGII.

CAROLI II. Hispaniarum Regis Catholici, Ducis Brabantiæ &c. Privilegio cautum est, nequis citra JOANNIS BAPTISTÆ VERDUSSEN voluntatem, librum cui titulus est, practicarum observationũ sive Decisionum supremi Senatus Regni Lusitaniæ partes duæ authore *Georgio de Cabedo Iuris consulto, &c.* Imprimat, aut alibi locorum impressum in has Inferioris Germaniæ Ditiones importet, venalémve exponat infra spatium novem Annorum. Qui secus faxit confiscatione Librorum, & aliâ gravi pœnâ mulctabitur, prout latius patet in litteris datis Bruxellis 9. Octobris 1698.

Signat

LOYENS.

DECI-

DECISIONUM SENATUS REGNI LUSITANIÆ,

PARS SECUNDA.

DECISIO I.

Quid sit confirmatio?

SUMMÆ.

1. *Confirmatio est unum ex septem Ecclesiæ Sacramentis.*
2. *Confirmatio etiam manuum impositionem significat.*
3. *Confirmatio unde derivetur, & in qua significatione in hac materia accipiatur.*
4. *Confirmationis definitio*
   Verbum, dare, *&* confirmare, *in quo differat, remissivè Ibidem.*
   Confirmatio dationem aliquando in se continet, juxta naturam actus, & intentionem confirmantis, Ibidem.
5. *Confirmatio est signum superioritatis, & altæ jurisdictionis.*
6. *Confirmatio quid operetur.*
   Per confirmationem non intelligitur Princeps juri alieno derogare, nisi hoc exprimatur. Ibid.
7. *Confirmatio non tollit enormissimam læsionem, nec remedium rescissorium, ex ea competens.*
   Confirmationes dicuntur decreta, & non sententia definitiva. Ibidem.
8. *Confirmatio nihil de novo addit, nec confirmatum extendit.*

CUm de donationibus Regiis agere debeamus, operæ pretium erit, à confirmatione illarum incipere, juxta nostri Regni consuetudinem; & priùs scire, quid sit confirmatio.
1 Confirmatio, est unum ex septem Ecclesiæ Catholicæ Sacramentis, ut docet sacrosanctum Concil. Trident. *Sess.7. canon.9. & Sess.23. c.4. & Sess.24. c.3.* tradit Navarr. *in Manuali Latino, c.22. sub. Rub.*
2 *de Sacrament. Confirmat.* Confirmatio etiam manuum impositionem significat, *cap.1.* juncto text. *in cap. Spiritus Sanctus, de pœnit. distinct.5.* Navarr. *ubi*
3 *sup. in princ.* Est & confirmatio, nomen deductum à verbo, *confirmare*, quod nihil est aliud quàm firmum facere, & alicui juri, vel facto firmitatem præstare. Cicero *pro Lucio Manilio*, Mithridates suam manum jam confirmarat, ex aliis locis refert Calepinus in Dictionario verbo, confirmare. Albericus eodem Dictionario & verbo, in qua significatione passim, tam apud Latinæ linguæ Auctores, quàm apud Jur. Consult. & Summ. Pontifices *in decretalibus* reperitur, ut patet ex *l.1. D. & Cod. de confirmat. tut. § ult. instit. de tut. l. divi. §.1. D. de jure Codicil. l. lege obvenire. D. de verborum signific. l. & quia. D. de origine jur.* ubi Bart. *c.1. de confirmat. utili, cum multis aliis.* tradit Archidiac. *in cap. sicut de elect. libr. 6.* Doct. *in rubr. de confirmat. utili vel inutil.* Matth. de Afflict. *in cap.1. num.3. quemadmodum ad filium fam. feudum pertineat.* Facit quod tradit Sueton Tranquillus *in vita Titi Imperator. cap.8. in princip. novo adiecto omnia confirmavit.* & in hac acceptione sumitur hoc nomen, *Confirmatio*, in nostra materia, quæ sic sumpta, ita definiri potest:

Confirmatio est juris priùs quæsiti per superio- 4
rem corroboratio, sic definit Host. *in summa tit. de confirmat. util. vel inutil.* Abb. Imol. & Dec. *in rubr. ejusdem tit.* Alberic. *in Dictionario, verbo, confirmatio.* tradunt Doct. *in cap. inter dilectos §.1. de fide instrum.* Dicitur in definitione, *Juris prius quæsiti*, quia confirmatio præsupponit aliquid prius esse, quod confirmetur, & præexistentiam juris jam quæsiti. Bald. *in l. nominationem, circa fin. C. de appellat.* Dec. *ubi suprà, num.1.* Paris. *cons.23. num.8 volum.1.* Octavian. *decis.39. num.13.* Bossius *tit. de Principe, num.348.* Hinc fit, quòd *dare & confirmare*, differunt, ut notat Bart. *in l. more. D. de jurisdict. omnium judic.* Dec. *ubi sup. num.1.* Aleiat. *in l.1. num.2. D. ad l. Falcid.* quamvis gloss. *in d. l.1. verbo dedit*, verbum *dare*, ibi pro confirmare accipiat, & est communis expositio, ex Alexan. *ibi num.1a.* Ruyno *cons.12. n.38. lib.3.* quæ tamen violenta nimis expositio est ad illum textum, ut per Alciat. *ibi* qui *lib.5. parergon. cap.23.* & Duaren. *libr 2. disput. cap.10.* verba *d. l.1. D. ad l. Falcid.* optimè declarant, apud illos lector videre poterit. Non omitto confirmationem aliquando dationem in se continere, juxta naturam actus, & intentionem confirmantis, *l. Adoptio.* ubi Angel. *col.2. D. de adopt. l. & quia. D. de jurisd. omnium jud.* Rebuff. *in praxi. tit. de rescripto perinde valere. n.27.* doctè advertit Aleiat. *in l. lego obvenire D. de verborum signif.* cujus rei exempla inferiùs ostenduntur, interim illa legito.

Est & in definitione, per superiorem, quia con- 5
firmatio est signum superioritatis, Bald. *in l. ult. C. de legibus*, Abb. *in c.1. in 2. notab. de locat.* Dec. *in rubr. in princ. de confirmat. util. vel inutil.* & confirmatio est altæ, & non basæ jurisdictionis, ut inquit Bald. *in cap. cum omnes, num.22. de constitut.* refert Avend. *de exeq. mandat. lib.1. cap.19. n.21. vers. facta autem*, Cosmas *in pragmat. tit. de elect. verbo, pertinet.* Rebuff. *in praxi beneficiali, tit. de devolutionib. num 88.* Additur in definitione, *corroboratio*, quæ denotat perfectionem actus gesti.

6 Confirmatio autem tria operatur ; primò, quòd res confirmata sit majoris auctoritatis ; secundò, quòd si res fuit minùs valida, fit valida, & magis firma : tertiò, quòd non potest alius de re illa judicare, nisi superior confirmans, vel cui ipse specialiter mandaverit, c. 1. & 2. de confirmat. util. vel inutil. Vitalis tract. clausularum, clausula, quatenus ritè & rectè, n. 3. & 4. volum. 18. tract. Afflict. in const. Neapol. lib. 1. rub. 84. n. 7. Aviles praetorum, cap. 17. verbo, Prover. Adde verò quòd per confirmationem non intendit Princeps juri alterius tertij derogare, aut praejudicium afferre, cap. dudum de decimis. quia numquam in dubio intelligitur derogare juri alterius, nisi hoc exprimatur. l. Imperator. D. de administ. interum, l. 2. §. merito D. ne quid in loco publ. cap. super eo de officio deleg. gloss. pen. in d. cap. dudum. facit text. in cap. ex tuarum. de auctorit. & usu pallij cap. Florentinum 85. dist. cap. cccc. ubi gloss. 99. dist. Rebuff. in praxi beneficiali. tit. de rescripto etiam perinde valere. num. 33. Ludov. de Molin. de primogenijs, lib. 2. cap. 7. num. 33. quod quomodo intelligatur, ex inferiùs dicendis colligetur.

7 Confirmatio etiam, ut hoc obiter admoneamus, non tollit enormissimam laesionem, nec remedium rescissorium ex ea competens. Thomas Grammat. decis. 66. à num. 50. Ludovic. de Molin. de primogen. lib. 4. cap. 9. n. 33. quam confirmationem petere potest à superiore is qui timet actum, quem confirmare vult, infringi posse, & is etiam cujus interest actum sustineri, ut est casus, quem Bartol. dicit singularem in l. si quos. C. de decurionibus, lib. 10. Rebuff. ad ll. Gall. 2. tomo tract. de restitut. art. 1. gloss. 1. num. 9. eleganter Did. de Castillio l. 44. Tauri, n. 9. & in l. 57. n. 19. quibus adde Duenh. reg. 131. Et confirmationes magis dicuntur decreta, quàm sententiae definitivae, Innocent. in cap. cùm dilectus. de elect. Vital. ubi supra, num. 13. & quando confirmatio petitur in his, quae sui natura exigunt confirmationem superioris, tunc confirmatio magis accedit justitiae, quàm gratiae. Vital. ubi supra, num. 12.

8 Adde quòd confirmatio nihil de novo addit, nec confirmatum extendit, sed tantùm corroborat, arg. l. aurelius. §. testamento. D. de lib. legat. Lambertin. de jur. patron. fol. 206. num. 3. Staphil. de signatur. justit. verb. commissio num. 19. Soar. alleg. 8. num. 18.

DECISIO II.

Quotuplex sit confirmatio ?

SUMMAE.

1. Confirmatio duplex est, altera quae fit in forma communi, altera quae fit ex certa scientia.
2. Confirmatio in forma communi quae sit :
   Confirmatio in forma communi praestat facultatem & causam praescribendi cum spatio quadraginta annorum. Ibidem.
3. Confirmatio specialis, & ex certa scientia quae sit ?
   Clausula, ex certa scientia, inserta in confirmatione, actum aliàs invalidum confirmat. Ibid.
4. Confirmatio conditionaliter facta, dicitur confirmatio in forma communi, quantumcumque fiat cum causa cognitione.
5. Confirmatio an actum confirmantem praecedere debeat ? remissivè.
6. Confirmatio, secundùm jus nostri regni tripliciter dividitur.
   Confirmatio generalis, quae sit ? Ibidem.
   Confirmatio generalis quid operetur circa statuta nulla & injusta. Ibidem.
7. Confirmatio, quae fit per successionem, quae sit, & intra quod tempus peti debeat.
8. Confirmatio, de Rey a Rey, quae sit ?
9. Donatarius qui succedit ultimo donatario, ut suis donationibus utatur, tenetur petere à Rege rescriptum, quoad confirmationes generales fiant, quod biennio tantum concedi solet, & eo elapso reformari.

Confirmatio duplex est, altera quae fit in forma communi, altera quae fit ex certa scientia. Abb. & Dec. in rubr. num. 2. de confirmat. utili. 1

Confirmatio in forma communi illa est, quae sine causae cognitione fit, cap. ultim. de electione, in 6. cap. quia propter eod. tit. Dec. ubi suprà, Rebuff. in concord. rubr. de Regia ad Praelat. nominat. in verbo, confirmationes, in vers. nota. Mandosius in regul. 22. cancell. q. 10. num. 8. quae confirmatio nihil novi juris tribuit, Vitalis tract. clausularum, clausula, quatenus ritè & rectè, n. 7. volum. 18. tract. nec actum nullum, validum efficit, sed tantùm actui valido robur praestat, Ordin. lib. 2. titul 45. §. 2. Bossius tract. de Principe, num. 348. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 7. num. 7. novè Avend. in l. 42. Taur. gloss. 3. num. 1. ad fin. praestat tamen confirmatio in forma communi facultatem & causam praescribendi, cum spatio quadraginta annorum, Innoc. in cap. 1. de decimis. Bald. in marg. verbo, electio. vers. fin. Abb. in cap. dudum. n. 15. de decimis. Bertachin. de Episcop. lib. 3. part. 4. secunda princ. num. 14. Molin. ubi suprà, n. 2. Avend. d. l. 42. Taur. gloss. 3. num. 8. Quod tamen jure nostri regni in donationibus Regijs an procedat, inferiùs planum fiet. 2

Confirmatio ex certa scientia, quae & specialis dicitur, illa est, quando Princeps, seu superior plenè informatus de facto, atque ejusdem facti circumstantijs, confirmat, cum causae cognitione. Decius ubi supra, & Rebuff plures refert Molin. ubi supra, num. 9. vel etiam quando tenor rei confirmatae insertus est in confirmatione, text. est in cap. examinata. ubi Abbas de confirmat. util. vel. inutil. Alexand. cons. 1. col. 12. lib. 5. Molin. ubi supra, Ordin. lib. 2. titul. 45. §. 12. Quando etiam apponitur clausula, ex certa scientia, hunc habet effectum, ut actum invalidum confirmet. Arct. cons. 8. n. 3. & 4. Abb. in c. 1. de confirmat. utili. Bart. l. privilegia, n. 1. C. de sacrosanct. Eccles. Dec. cons. 341. n. 3. Rol. cons. 71. n. 46. vol. 2. Molin. ubi sup. num. 8. super clausula autem, ex certa scientia, videndus est Ant. Gabr. commun. opin. tit. de clausulis. conclus. 1. 3

Hinc fit, quòd confirmatio conditionaliter facta, utpote his verbis, quatenus validum sit, sive, quatenus justè possides, dicitur confirmatio in forma communi, non verò confirmatio specialis, & ex certa scientia, ut per Dec. d. rub. n. 2. de confir. util. vel inutil. Bossius tit. de Principe, n. 354. quantumcumq; enim fiat cum causae cognitione, si conditionaliter fit, non desinit esse in forma communi. DD. ubi supra, ut similiter, si fit sine causae cognitione, & non conditionaliter, 4

tionaliter, etiam dicitur in forma communi juxta superiùs à nobis dicta.

5 An autem confirmatio actum confirmantem præcedere debeat ? vide per DD. *in l. si quis mihi bona. §. jussum. D. de acqu. hered.* Gomez. & Avend. *in l. 42. Taur.* Molin. latè *d. cap. 7. n. 1. & 22.* Pelaes *de majorat. 4. part. quæst. 2.*

6 Quod verò attinet ad jus nostri regni, confirmationem subdividere libet, in confirmationem generalem, quæ fit in comitiis publicis à Rege, quando jurat observare regni leges, & consuetudines, privilegia, & statuta civitatum, quæ quidem confirmatio generalis sufficiens est ad prædicta omnia confirmanda. Bald. *cons. 86. per statutum vol. 3.* qui allegat text. notabilem *in l. cùm pater, §. filiis matrem. D. de leg. 2.* refert Rebuff. *in concord. loco supra cit.* Avil. *in lib. prætor. c. 17. verbo, Prover. n. 3.* qui DD. declarant quomodo hæc confirmatio operetur circa statuta nulla & injusta. Ruin. *cons. 29. lib. 1. n. 31.* De quo juramento meminit Petrus Bellug. *in specule princ. rubr. 8.* & apud nos servari omnes sciunt.

7 Altera confirmatio fit, quando is qui donationem à Rege habet, Castri, jurisdictionis, seu alicujus rei ad Coronam spectantis, *de juro*, seu *ad vitas*, moritur; filius namque ejus, seu nepos, si ei jure succedit, tenetur confirmationem petere intra sex menses, juxta dispositionem Ordin. *lib. 2. tit. 38. §. 1.* quam confirmationem per successionem, sive, *per successão*, idiomate nostro vocamus.

8 Altera confirmatio fit per Regem succedentem in regno, quæ dicitur, *de Rey a Rey*, de quibus per singula capita inferiùs agemus, ut clariùs procedamus, quod nostrum præcipuum est propositum.

9 Illud etiam fieri frequenter omnes vident, ut quoties, seu per successionem aliquis donatarius succedit ultimo donatario, seu is supervixit uni & alteri Regi, semper, quoad confirmationes generales non fiunt, obtinet à Rege rescriptum, ut suis utatur donationibus, quoad fiant confirmationes: idque biennio tantùm concedi solet de stylo, licet post finitum biennium reformetur: & an forma hujus rescripti rectè concipiatur, juxta leges hujus regni, per secretarios cameræ, posteà declarabimus.

DECISIO III.

De confirmatione generali, quæ fit in comitijs publicis.

SUMMÆ.

1. *Comitia publica tunc fiunt, quoties Rex videt expedire publica regni utilitati.*
Comitia tempore Romanorum, altera erant Curiata, altera Centuriata. Ibid.
Curiata illa dicebantur, quæ ex curijs omne genus civium continebant. Ibid.
Centuriata verò in quibus accersebantur cives ex sensu & ætate. Ibid.
2. *Comitia publica solus Rex congregare potest, & convocat tres status regni, Ecclesiasticarum personarum, nobilium, & populorum, qui per suos procuratores comparcant, & omnes hi de jure ad comitia vocantur.*
Procurationes procuratorum, civitatum, & oppidorum examinantur per personam à Rege deputatam. Ibid.
3. *Quando comitia celebrantur, si Rex, qui succedit, in regno, in vita patris Princeps juratus non fuit, populi jurant ipsi Regi fidelitatem; quod etiam prælati nomine suo, & totius status Ecclesiastici de consuetudine totius Hispaniæ facere solent.*
Juramentum hoc fieri potest per procuratorem, si Rex consentiat. Ibid.
Idem servatur in regno Franciæ. Ibid.
4. *In comitijs publicis expediuntur omnia ad bonum publicum pertinentia, & decernuntur leges juxta ea, quæ Regi proponuntur.*
5. *In comitiis Rex jurat observare leges, & consuetudines regni, statuta civitatum, & earum privilegia.*
Per juramentum hoc emanat generalis confirmatio ad omnia supradicta. Ibid.
Generalis confirmatio non extenditur ad id quod est invalidum. Ibid.
Declaratur dictum Avilesij, & Rolandi. Ibidem.

Comitia publica (sic enim libet appellare *as Cortes*, non curias, ut alij vocant, seu conventus generales trium ordinum regni, ut vocat Budæus *in annot. prioribus ad pandect. in tit. de offic. proconsul.*) tunc fiunt, quoties Rex videt expedire publicæ regni utilitati; erant autem comitia tempore Romanorum, curiata, & centuriata: Curiata illa dicebantur, quæ ex curijs continebant omne genus civium: Centuriata verò, In quibus solùm accersebantur cives ex sensu & ætate. Fenestella *de magist. Rom. c. 7.* Gell. *noct. Atticar. lib. 15. c. 27.* traduut DD. *in l. 2. D. de orig. jur.* Nicolaus Grachius *de comitijs, lib. 2. c. 1.* Francisc. Polet. *in hist. fori. Rom. lib. 3. c. 14.* Covarr. *pract. q. c. 4. n. 10.* & si locus is id peteret, multa de hac materia adducere possemus, sed sufficit hæc tantùm breviter attingere, reliqua in prædictis auctoribus lector inveniet. 1

Hæc comitia publica solus Rex congregare potest, & nullus alius inferior. Belluga *in spec. pr. rub. 1. n. 3.* & convocat tres status regni, Ecclesiasticarum personarum, nobilium, & populorum, *cap. 1. in princ.* ibi, *habito ergo concilio, &c. de prohibita feud. alien. per Fridericum.* Populus autem, cum non possit totus comparere, eligit duas personas ex qualibet civitate, seu oppido, quæ vocantur procuratores de Cortes, & hi veniunt cum procurationibus sufficientibus, Avend. *de exequend. mandat. lib 2. cap. 10. num. 7. vers. quintum exemplum*, & solent procurationes examinari per personam à Rege deputatam, qui semper unus est ex senatoribus Palatij, seu supremæ curiæ supplicationis, ut vidimus in comitijs factis, annis præteritis. De jure autem est, ut hi tres status semper ad comitia vocentur, ut per Chassanæum *de Burgund. in proœmio, verbo, Les gens de trois estats, num. 1.* Rebuff. *ad 8. Gall. tom. 2. tit. de cci all. art. 1 gloss. 3. in princ.* Bellug. *ubi suprà.* 2

In his comitijs, quando Rex, qui succedit in regno, in vita patris Princeps juratus, & declaratus non fuit, jurant populi ipsi regi fidelitatem, & prælati id etiam faciunt, de consuetudine totius Hispaniæ, nomine suo, & totius status Ecclesiastici, ut testatur Belluga *ubi supra.* Albertinus vir doctus *in cap. 1.* 3

cap.1.de hor.lib.6. Alvarus Vaz *consult.100. numero 6. & 7. & ultim.* Rebuff. *de feud. in principio.* Et juramentum hoc per procuratorem fieri potest, si Rex consentiat, *cap.uni.§. verum. de stat. regul.lib 6.* Rebuff. *ubi supra*, & eodem modo fit in regno Franciæ, ut tradit Joannes Ferrault. *in libello de privilegijs regni Franciæ*, *privilegio* 10. maximè si habent terras, seu feuda temporalia à Rege Henricus Bohic. *in cap. ultim. de re judic.* Bald. *in prælud. feud.* tradunt DD. *in cap. solitæ de majorit. & in cap. verum. de foro compet.* Joannes Ferrault. *ubi suprà*, notat in specie Alvar. Vaz *dict. consult.*100. *num.6.&7.*

4 Multa autem in comitijs fiunt ob bonum publicum, & conservationem regni, quæ omnia refert latè Bellug. *ubi suprà*, & ibi leges decernuntur juxta ea, quæ Regi proponuntur, ut per Rebuff. *ad l. Gall.tom.1.in proœm. numero* 4. quamvis leges possit Rex facere per se, quando velit, ut notat Belluga *ubi suprà, rubr.2.num.2.* tradit Salon. *in proœmio legum Tauri. num.*457. refert Salon. Junior *quæst.6.n.29.* Rebuffus *ubi supra.*

5 Inter alia, quæ fiunt in comitijs, est, quòd Rex quando ei jurant populi fidelitatem, jurat & ipse conservare, & observare leges, & consuetudines regni, statuta civitatum, & earum privilegia, Bellug *ubi supr.* & per hoc juramentum emanat generalis confirmatio ad omnia supradicta. Rebuff. *in concord.rubr.de regia ad prælatur.nominat.verbo,confirmationes*, Aviles *prætor. cap.17.in verbo,preverb.* *numero* 3. & ante eos Bald. *cons.86. per totum vol.3.* Quæ tamen generalis confirmatio non extenditur ad statuta injusta, & nulla, ut notant Bart. & DD. *in l.1. D. de ijs qui sunt sui, vel alieni jur.* Avil. *ubi supra, num.*4. adeò ut etiamsi Rex aliqua excipiat statuta, seu privilegia tamquam injusta, non ob id confirmata videntur alia quæ sunt injusta, quia confirmatio hæc generalis non extenditur ad id quod est invalidum, Alex. *cons.38 vol.4.* tradit Ant. Gabr. *commun. opinion. tit. de statutis conclus.*10. Quamvis autem Aviles dicat, quòd per hanc generalem confirmationem non tenentur civitates iterùm confirmationem aliam petere, & alleget Roland. *cons.29. numero* 32. id de consuetudine nostri regni admitti potest in statutis, non in privilegijs concessis à Regibus, civitatibus, & oppidis, seu concilijs, & super quibus emanarunt rescripta in forma styli: hæc namque confirmationem per Regem in forma speciali, tempore ab eo statuto requirunt, sive quando per officiales civitatum, oppidorum & conciliorum petitur, & ita servatur.

DECISIO IV.

De confirmatione, quæ fit per successionem.

SUMMÆ.

1. *Confirmatio per successionem, quando & quomodo fiat.*
   Successor in bonis Regia corona tenetur petere confirmationem intra sex menses a die mortis ultimi possessoris. Ibid. & num.4.
2. *Donatio triplex est, vel ad vitam donatarij tantùm, & hæc non porrigitur ultra: vel ad vitam concedentis & cujusvis alterius, vel perpetuè: semper tamen regulatur secundùm formam legis mentalis.*
3. *Donatio ad vitam donatarij, illo mortuo extinguitur, & si Rex iterùm velit successori bona donare, nova dicitur donatio.*
4. *Succedens virtute donationis factæ, ad vitam donatarij, & alterius tantùm, tenetur confirmationem petere intra sex menses.*
5. *Hoc idem servatur in eo qui succedit per donationem de juro, & perpetuo concessam.*
6. *Assignatur ratio, ob quam fiunt hæ confirmationes.*
7. *Mortuo Duce, Marchione aut Comite confirmatio à successore peti debet, & ita servatur in regno Castellæ.*
8. *Successor non tenetur confirmationem petere, nisi bona possideat: aliter non currit illi tempus.*
9. *Confirmatio nihil operatur, nisi prædecessor bona possederit tempore mortis suæ.*
10. *Successor non tenetur confirmationem petere ante tempus sex mensium.*
    Designatio temporis denotat consummationem, & temporis complementum. Ibid.
11. *Pendente lite, & re facta litigiosa, non tenetur successor petere confirmationem, nec currit ei tempus, nec pœnam incurrit.*
    Confirmatio facta de re litigiosa apposita etiam clausula (de plenitudine potestatis) est nulla, & surreptitia; secus si de litigio facta sit mentio. Ibidem.
12. *Res litigiosa quando dicatur, remissivè.*
    Mota lite super possessione, an res efficiatur litigiosa; remissivè. Ibid.
13. *Si regnum vacet, & non sit Rex à quo peti possit confirmatio, successor non incidit in pœnam, nec ei currit tempus.*
14. *Licet minore succedenti in bonis Regiæ coronæ mero jure currat tempus, petita tamen restitutione ei subveniri potest.*
15. *Successor, qui finitis sex mensibus, confirmationem non petit, incurrit pœnam ab Ordin. præfixam: quòd si illam intra annum non petierit, donatio in ejus vita efficitur nulla.*
    Hoc tamen ultimum de stylo non servatur, imò quocumque tempore petitur confirmatio, conceditur, dummodo gabella Regi debita solvatur: secus tamen si in contradictorio judicio hoc opponatur. Ibidem.
16. *Confirmatio per successionem, quando nihil novi addit veteri confirmationi, nova non dicitur.*
17. *Quando & quomodo peti debeat confirmatio.*

Confirmatio per successionem, quam nostri *per soceßão* vocant, tunc fit, quando aliquis donatarius Regis moritur, relicto successore, juxta formam legis mentalis, & ejus declarationes, cujus legis mentalis fit mentio *in lib.2.* Ordin. *tit.35.* Is enim successor tenetur intra sex menses à die mortis ultimi possessoris petere confirmationem à Rege per successionem, ut disponit Ordin. *libro 2. titul.28. in §.1.* 1

2 Quod ut clariùs intelligatur, sciendum est, donationes per Regem in hoc regno solere fieri, aut ad vitam donatarij, ut colligitur ex d. Ordin.

in

in principio, notat Alvar. Vaz *de jure emphyt. 1. part. quast.* 50. *num.* 23. hoc expresso io donatione per hæc verba, *em sua vida somente*, vel simpliciter, fine illis verbis: & tunc etiam non porrigitur donatio ultra vitam accipientis, ut receptum esse in nostro regno testatur Vaz *ubi supra*, *ex verbis prad. Ordin.* ut ipse ponderat; quem legito.

Altero modo fiunt ad vitam concedentis, & alterius, oempe filij, aut fratris, seu cujusvis alij, ut Regi placet; patet ex dicta Ordinatione.

Aut verò fiunt perpetuò, quod apud nos *de jure & herdade* dicitur, semper tamen regulantur hæ donationes; quoquo modo fiant, secundùm formam legis mentalis, ut diximus.

3 Quando donationes fiunt primo modo, ad vitam solùm donatarij, illo mortuo, noo ampliùs est quòd confirmentur; extincta namque est donatio, & redeunt bona ad coronam Regiam, seu jurisdictio, aut quid aliud, quod à Regia liberalitate processit: & si Rex vult iterùm dooare filio, aut alteri, nova donatio dicitur, & nova coocessio, patet ex Ordin. *lib.* 2. *tit.* 35. §. 1. *& alijs.*

4 Si verò fit secundo modo, ad vitam dooatarij, & filij, seu fratris, vel alterius, ille qui succedit virtute donationis, tenetur confirmationem petere intra sex menses, juxta supradictam Ordinationem, Ord. *libro* 2. *tit.* 38. §. 1. & est proprius casus præd. Ordinationis.

5 Sic similiter quando fiunt Ordioationes *de jure*, & perpetuò, per successorem, quoties contingit succedere, coofirmatio peti debet intra illud tempus sex mensium.

6 Harum autem confirmationum per successionem ratio illa est, ut clarè ionotescat Regi per legitimam justificationem, quæ fieri debet coram judice justificationum, qui vocantur *scil. das justificações*, illum qui successit, esse filium legitimum masculum, & habere alias qualitates contentas in Ordin. *lib.* 2. *tit.* 35. juxta declarationes legis mentalis; vel habere qualitates requisitas in donationibus, quas confirmare intendit, quas debet probare filius. Afflict. *in cap.* 1. §. *fancimus*, *numer.* 3. *quo temp. miles.* Et postquam hoc liquidò constat, confirmatur donatio per successionem, & diploma Regium in forma styli fit.

Altera ratio est, ut successor in bonis Coronæ Regem donantem recognoscat, à cujus corona donationem habet, similiter ut fit in feudis, juxta text. *in cap Imperialem*, § *praterea* O. 1. *cap.* 1. obl Doctores *de capitul. Corradi. cap.* 1. *qua tempore mili* & sic qui petit hanc confirmationem, recognitionem hanc facit.

7 Sic similiter in regno Castellæ; mortuo Doce, Marchione, aut Comite, coofirmatiooem dignitatis à Rege petendam esse, & hanc vigere consuetudinem in illo regno testatur Sosres. *l. quoniam in prioribus, in declarat, ad ll. regni* 1. *dubit. n.* 4. Valasc. *de jur. emphyt. q.* 40. *num.* 26. facit quod tradit Rebuffus *de feudis in princ.*

8 Declara tamen hanc confirmationem per successionem, non teneri successorem petere, nisi bona possideat, aliter non currit illi tempus, ita expressè dispooit Ordin. *dict. titul.* 38. *Paragrapho* 1. ibi, *por estarem em posse das terras.* Bald. *in l. solemnibus, num.* 5. *C. de rei vendicat.* Anchar. *cons.* 174. *num.* 5.

Insuper necesse est, ut prædecessor eas possederit, 9 aliter confirmatio nihil operatur, & sic in confirmationibus antiquis, maximè à tempore Allonsi quinti Regis Lusitaniæ, semper hæc clausula posita fuit in confirmationibus, (si ille per cujus obitum terræ vacarunt, eas possidebat tempore mortis suæ) quæ clausula necessaria est. Afflict. *in cap.* 1. *num* 4. *qua sit prima causa benefic. amitt. n feudi.* Guilhelm *in cap. Raynutius, verbo, mortuo itaque testatore*, O. 2. *num.* 69. *& seq.* & ita in facto vidi agitatum.

Secundò declaratur, ut non teneatur successor 10 ante tempus sex mensium. Ordin. *utale* 38. *d.* §. 1. ibi, *a os seus meses primeiros seguintes*, ergo non antea. Afflict. *ubi proxime*, *num.* 1. quod ita consuluisse Alfonso Neapolitano Regi, inquit; designatio namque temporis denotat consummatiooem & complementum temporis, *l. in omnibus, D. de act. & obligat. cap. ad nostram, de reg. clar. l.* 3. *Paragrapho minorem, D. de minor.* Archidiac. *in cap. si annum, de judic. libro* 6. Cosmas *in pragmatica. titul. de pacif. possess.* Gloss. *verbo, Triennio*, tradit Afflict. *ubi supra, num.* 6.

Tertiò declaratur, nisi successori lis moveatur 11 super bonis donatis à Rege: pendente namque lite, & re facta litigiosa, non tenetur coonfirmationem petere, nec ei currit tempus, nec pœnam incurrit; imò confirmatio facta de re litigiosa erit subreptitia, & ob id nulla. *cap.* 1. ubi DD. *de confirm. util.* Afflict. *ubi supra*, *numero* 3. Et in tantum est nulla, cùm non fuerit de litigio facta mentio, quòd etiam si apponatur in confirmatione clausula, *de plenitudine potestatis*, quæ omnes defectus supplet, non ob id desinit esse nulla, secundùm Jas. *in l. mere, numero* 35. *D. de jurisd. omnium jud.*

Quando autem res efficiatur litigiosa, vide per 12 DD. *in l.* 1. *C. de litig. ordin. libro* 4. *titulo* 10. Covarruv. *pract. quast. cap.* 15. *numero* 6. Guido *decis.* 337. & an quando super possessione movetur lis, efficiatur litigiosa? ubi Gloss. *in dict. cap.* 1. ubi Abb. & Dec. quod tamen non est præsentis speculationis.

Declaratur itidem, ut successor non incidat in 13 pœnam, nec ei tempus currat, si regnum vacat & noo est Rex, à quo possit petere confirmationem, ita expressè in feudo tenet Afflict. *ubi sup. num.* 5, de qoo nos interiùs agemus.

Illud autem adverte, quòd etsi mioori mero 14 jure currat tempus à dict. Ordin. præfixum, *cap. Imperialem*, §. *praterea, de prohibita feudi alienat. per Freder.* tamen restitutione petita ei subveniri poterit, Afflict. *ubi supra, num.* 7. Quemadmodum in emphyteusi tradit Cald. *de renovat. quast.* 5. *numero* 22.

Finitis autem sex mensibus, si successor confir- 15 mationem non petat, incurrit pœnam præfixam à prædicta Ordin. Et si intra annum eam ooo petierit, donatio in vita successòris nolla est, hoc tamen ultimum de consuetudine Reges nostri non faciuot. Rebuffus *de feudis, versicul. texte.* Imò quocumque tempore petitur hæc confirmatio, conceditur, dum successor solvat jura Regi debita in Cancellaria, seu gabellas, Feudistæ relevium vocant, ut per Garciam Gallecium *de melioramen. cap.* 13. *num.* 50, ut disponit prædicta Ordin. imò multo-

multoties filij, seu nepotes petunt confirmationem, quam pater & avus non petierunt, & Rea eam concedit, soluta gabella, seu relevio, quod solvere tenebatur prædictus pater, & avus, & sic servat stylus, qui conformis est el, quem in regno Neapolitano circa feuda servari testatur Affliꝗ. *in d. cap. 1. qua prima causa, num. 5. in fin. & in cap. 1. quo tempore mil.* Si tamen in contradictorio judicio hoc donatario opponeretur, fortassis mero jure audiri opponens deberet, & Ordinationis pœnæ locus erit, & invalida remanebit donatio, ut Ordinat. disponit.

16 Et illud nota, quòd hæ confirmationes per successionem, quando nihil novi addunr veteri donationi, non dicuntur donationes novæ, ut tradit Gamma *decis. 47. num. 3.* ea quo decisam fuisse in senatu quæstionem dubiam refert, tradit doctissimus Barbosa *in l. quia tale, à num. 79. D. solut. matrim. cum seq.*

17 Petitur autem confirmatio hæc, quando successor succedit quocumque tempore, à Rege, oblato libello supplicatorio in mensa senatorum palatij; in qua petitione auditur Regiæ coronæ procurator, qui videt Scripturas donationum proprias, non autem transumptas; & si dubio carent, conceditur confirmatio, facta justificatione omnium qualitatum requisitarum in prædictis donationibus coram judice justificationum, ut infrà diximus; & fiunt Scripturæ in forma styli: si autem dubia aliqua continent, per Regium procuratorem proponuntur, & sic examinantur, secundùm quod de jure est: & donatariis maximè per hoc consulitur, habent enim tunc donationes clarissimas examinatas, & currentes (ut dicunt) & consulitur etiam Regiæ coronæ: videt namque procurator illius per illas an vacent bona, an verò adhuc successori deferantur.

DECISIO V.

De confirmatione, quæ fit per Regem succedentem in regno.

SUMMÆ.

1. *Confirmatio, quæ fit per Regem succedentem in regno (quæ vulgò vocatur* de Rey a Rey *) qualis sit.*
2. *Confirmatio hæc non fit, nisi quando Rex id statuit, & ex senatoribus palatij eligit nonnullos ad examinandas donationes, qui decernunt quæ debeant confirmari.*
3. *Donationes facta per Regem alicui sibi, & nepoti, seu perpetuò, tot censentur donationes, quot sunt personæ quæ ad bona donata vocantur.*
   Regia corona numquam moritur, sed semper una & eadem est. Ibid.
4. *Rex Joannes Secundus statuit confirmationes generales donationum bonorum Regiæ coronæ, & quòd absque confirmatione donationes non valerent.*
   Deficiente lege, consuetudo pro lege habetur. Ibid.
5. *Assignantur rationes aliquæ, ob quas hoc statutum fuit.*
   Donatio bonorum Regiæ coronæ facta per Regem in præjudicium successorum regulariter non valet, nisi in ejus vitaz & illius morte finitur. Ibid.
   Alienatio bonorum restitutioni subjectorum, non valet. Ibidem.
6. *Referuntur verba Chronicæ Regis Joannis II.*
7. *Tenor Regiæ provisionis, per quam designantur confirmationes, ponitur.*

CONfirmatio altera est, quæ fit per Regem succedentem in regno, mortuo Rege prædecessore, & vocatur vulgariter, *confirmação de Rey a Rey* eò quòd Rex, qui succedit, confirmat, & ab eo petitur confirmatio. Quæ quidem confirmatio non fit, nisi quando Rea id decernit, & statuit, deputatis ad id personis ex numero senatorum palatij, qui in examinandis prædictis donationibus, & decernendo quæ debeant confirmari, audito Regiæ coronæ procuratore, in casibus dubiis tantùm pronuntiant: & ob id dicuntur hæ generales confirmationes: fiunt autem à Rege in regno succedente, ut donatarij recognoscant novum Regem, à cujus Corona, quæ semper una & eadem est, donationes habent, Rebuff. circa similem consuetudinem Regni Franciæ, *in tract. de feudis, versic. sexto.* 1 2

Quando enim Rea donationem facit alicui, sibi, & filio, & nepoti, seu perpetuò *de jure, & herdade*, tot censentur donationes, quot sunt personæ, quæ ad bona donata vocantur per Regem: & ita unusquisque ex successoribus censetur esse Regis donatarius, & donationem immediatè ab ipso Rege obtinere. Soares *in quæst. majoratus, numero 18.* Gregor. Lopez *l. 23. tit. 13. part. 2. gloss. omenagen.* Molin. *de primogenijs, libro 4. cap. 15. num. 88.* Ea enim quæ per Regem donata sunt, semper ab ipsa Regia corona donata dicuntur. Cùm autem Regia corona numquam moriatur. Molina *ubi sup. n. 47.* meritò statutum fuit, quòd Regem succedentem in regno donatarius coronæ recognoscat; confirmationem ab eo petendo; eoque jure utimur in hoc regno, à tempore Joannis II. Regis hujus regni, qui id statuit in comitijs factis Eboræ, ut legitur in ejus Chronica *cap. 5.* 3

Jussit enim, ut donationes Regiæ, mortuo Rege, per Regem successorem confirmarentur, & donatarij confirmationem peterent, & absque tali confirmatione invalidæ essent, quod cùm in Chronica fit, adhibenda ei fides est. Gloss. & DD. *in cap. inter dilectos, de fide instrument.* Roland. *consil. 2. numer. 62. volum. 1.* Valasc. *de jure emphyt. quæst. 9. numero 28.* & plures alij, quos ipsi referunt, & inferiùs dicam. 4 5

Et de jure hoc etiam servatur, per text. *in cap. Imperialem, §. præterea O. 1. de prohib. feud. alienat. per Freder.* Baldus loquens de privilegijs *in l. ex verbis C. de donat. inter vir. & uxor.* Jalon *cons. 74. libr. 1.* Gozadin. *cons. 9. num. 37.* Menoch. *cons. 1. numero 403.* Affliꝗ. de feudo loquens, *cap. 1. in principio, num. 1. quæ sit prima causa benef.* & quamvis de hac confirmatione non habeamus ordinationem, capressè loquentem, habemus tamen consuetudinem regni, quæ deficiente lege nobis pro lege est. Ordin. *lib. 3. tit. 64. in principio*, & multæ Ordin. per transitum loquendo, semper hanc præsupponunt confirmationem intervenire debere in donationibus & privilegijs. Ordin. *libr. 2. tit. 45. §. 1. & lib. 2.*

lib.2.tit.38.§.1. & lib.2.titul.48.§.8.& lib.5.titul.104.§.1.& d. lib.2.tit.45.§.19.& 34.& §. 56. & lib.5.tit.91.§.2.& dict.lib.1,tit.37.in principio.

5 Statutum autem hoc fuit, tum ut examinarentur donationes, in quibus multoties, temporibus currentibus, necessariæ sunt declarationes & limitationes, quas an Rex possit facere inferius tractabimus; tum etiam (ut mihi videtur) quia Rex non potest regulariter alienare bona Coronæ, in præjudicium successorum; & si alienat, valent solùm in vita Regis donantis, & ejus morte expirant, & finiuntur donationes, ex eo, quia cùm sint bona subjecta restitutioni, alienatio non valet, *l.Pose,§.pradium, D.de legat.2. l.ultim.§.fin autem.Cod.communia de legat.* tradunt in specie *in cap.intellecto.*per illum text. *de jurejur.*Felin.*in cap.ad audientiam,numero 4. de præscript.*& ob id Rex successor solet has donationes confirmare, quæ si validæ essent, non egerent confirmatione.

Poterunt etiam assignari rationes illæ, quibus Rex Joannes II. motus confirmationes has statuit, quæ inferiùs ponuntur.

Verba autem Chronicæ Regis Joannis II. hæc sunt:

6 *E assi el Rey determinou que as confirmaçoẽs que havia de fazer não fossem geraes, como os Reys seus antecessores custumavão, mas que todas as pessoas de qualquer estado, condição, & preeminencia que fossem, assi Ecclesiasticas, como seculares, & todas as igrejas, mosteiros, & casas piedosas de seus reynos, con todas as cidades, villas, & lugares a certo tẽpo viessem particularmente offerecer aos officiaes deputados suas confirmaçoẽs, todas as doaçoẽs, graças, & previlegios que tevessem, pera delles confirmar os que razão, & justiça lhe parecesse, & não o cumprindo, quedalos em diante perdessem a graça de tudo, & a cousa que a el Rey pera isso principalmente moveo foi parecer lhe necessario ver as doaçoẽs, & cousas todas dos grandes, & senhores fidalgos, & cavalieros de seu reynos, por ser certo ponde que em suas terras & nos lugares as extendião a mais tempo, & pera mais qualidades de que as graças dellas lhes davão lugar, & assi pera não confirmar por generalidade muitas cousas que os Reyes passados, principalmente el Rey dom Alfonso seu padre, quasi constrangido outorgara em tempos de necessidades, & afrontas que passara que de direito & razão antes se devião revogar, que conceder, nem confirmar, & assi pera renovar em nova letra privilegios, & liberdades antigamente concedidas, que por sua velhice ia senão podião ler.*

7 Tenor autem Regiæ provisionis, per quam designantur confirmationes, is est:

Dom Phelipps, &c. faço saber aos que esta carta virem, que eu fui requerido pellos grandes de meus Reynos & Senhores, Fidalgos, Cavaleiros, & povos de cidades, villas & lugares delles, & assi pellos Prelados, e Abbades & pessoas Ecclesiasticas, e que por el Rey meu senhor, & pay que sancta gloria aia, & pellos Reys passados meus antecessores ferão feitas doaçoẽs, & merces de terras, jurisdiçoẽs, dadas de officios, padroados de igrejas, alcaidarias mores, reguengos, rendas, foros, direitos privilegios, graças, liberdades, tenças, & officios assi da justiça, como da minha fazenda, & outras cousas da Coroa de meus Reynos, & Senhorios que lhe confirmasse as cartas, & doaçoẽs, & provisoẽs, que dellas tem, & lhe ferão passadas pellos Reys meus antecessores: & porque minha tenção, he que o negocio do despacho das confirmaçoẽs se faça como seja mais serviço de nosso Senhor, & meu, & bem dos ditos meus Reynos, e que se ate qui não fez por algũas cousas, & respeitos, que pera isso ouve ordenei ora pessoas que serão deputados deste negocio, as quaes haõ de residir, & ser presentes em minha Corte, pera verem, & examinarem todas as cartas, provisoẽs, & papeis outros de qualquer qualidade que seião, que per mim aião de ser cõfirmados, & me darem de tudo inteira relação, pello que por esta presente carta em cõmendo muito aos Prelados, Abbades, & pessoas Ecclesiasticas esta cidade de Lisboa, & sua comarca que que envien a entregar a N. fidalgo de minha casa, & meu Secretario, & Escrivão das confirmaçoẽs todas as cartas, & provisoẽs, & doaçoẽs, & outras cousas que teverem pera confirmar, & mando aos Fidalgos, Cavaleiros, & quaesquer outras pessoas de qualquer estado, & condição que seião que forem moradores na dita cidade, & sua comarca, & nella residerem, onde tenho mandado que o despacho das confirmaçoẽs comece que de tantos dias de tal mez que vem deste presente anno de tantos, em diante a te tal dia de tal mez do dito anno envien isso mesmo entregar ao dito Secretario as cartas, & provisoẽs que teverem de cada hũa das cousas acima declaradas, que lhe fossem dadas, & entregadas pellos Reyes passados, e qual lhe passara seus conhecimentos por elle assinados, em que ira declarado a sustancia de cada hũa das cartas, & provisoẽs que lhe forem entregues pellos quaes conhecimentos ey por bem que em quanto lhas não confirmar possão usar, & usem de todo o contheudo nellas, & mando a N. contador de minha fazenda nesta cidade, que faça logo notificar nella, & nos lugares de sua comarca esta minha carta pera vir a noticia de todos, & venhão, ou mandem requerer a confirmação das cousas que tiverem, que por mim ouverem de ser confirmados, sendo certo que não as entregando no termo atras declarado, que depois de passado, não mostrando conhecimentos de como as entregarão não poderão usar, em usarão mais de cousas que pollas ditas cartas, & provisoẽs teverem, & possuirem, nem terão vigor algum, ate averem minha confirmação, o que ficara a mim resguardado de lhes confirmar se minha merce for, porque per esta o ey assi por bem, & mando que assim se cumpra, por não virem no tempo que lhe nella por mim he limitado, & o dito contador fara registar esta carta no titulo dos registros da contadoria da dita cidade depois de ser notificada, pera as pessoas que suas cartas & provisoẽs deixarem de mandar as confirmaçoẽs ao dito termo, não poderem contra isso allegar razão algũa, & faça autos da notificação que assi fizer nos lugares necessarios, que enviara a entregar ao dito N. Secretario pera se saber como assi se comprio. Dada nesta cidade de Lisboa a tantos de tal mez do tal anno, &c.

DECISIO VI.

Quid fiat in hoc regno per donatarios, antequam Rex successor decernat, velle confirmare donationes?

SUMMÆ.

1. *Donatarii solent impetrare Regiam provisionem, ut suis donationibus uti possint, quoad Rex generaliter confirmet.*

Quia

Quis ordo, & stylus sit servandus in petitione prædicta Regiæ provisionis. Ibid.

2. *Tenor Regiæ provisionis ponitur.*
3. *Provisio hæc quando, & in quo casu debeat concedi.*
4. *Rex ob aliquas rationes potest prorogare tempus, ab Ordinat. præfixum, illi, qui per successionem confirmationem petit.*

1 ANte tempus confirmationum, solent donatarij Coronæ sibi particulariter providere de Regia provisione, ut utantur suis donationibus & privilegiis, quoad Rex confirmet generaliter: & hoc solet peti oblato libello supplicatorio in mensa senatorum palatij; qui audito Regiæ coronæ procuratore, concedunt id per annum, seu biennij tempus adjecta semper clausula, *Si prius Rex in confirmationibus non sit.* quæ confirmationes sunt illæ generales, de quibus superiore capite diximus; & si intra illum annum, seu biennium non sit Rex in confirmationibus, concedunt alterum biennium, & alterum, donec Rex confirmationes denuntiat: tunc namque præsentatis donationibus, in manibus scribæ illarũ, & data ab eo certitudine continente, quòd donationes apud ipsum manent, utitur donatarius prædictis donationibus omni tempore, in quantum Rex non confirmat; tenor antem Regiæ provisionis, qua particulariter id conceditur, talis est:

2 *Eu el Rey faço saber aos que este alvara virem, que avendo respeito ao que na petição atras escrita diz N. E visto as cousas que allega, ey por bem, & me praz, que por tempo de hum anno possa usar de sua jurisdição de que esta em posse, & que tem por suas doações dos lugares que na dita petição faz menção: & isto não estando em primero em despacho de confirmações: & mando as justiças, officiaes, & pessoas a que este alvara for mostrado, & a quẽ o conhecimento dello pertencer, que o cumprão, & guardem, & fação inteiramente cumprir, & guardar, como se nelle contem, sem duvida, nem embargo algum que lhe seja posto, porque assim o ey por meu serviço, &c.*

Eu el Rey faço saber aos que este alvara virem, que eu ey por bem, & me praz que N. possa usar, & uso por tempo de dous annos mais, alem do tempo que lhe ja foi concedido da jurisdição, que por suas doaçoẽs tem nos lugares que em sua petição faz menção, assi & da maneira que da dita jurisção tem usado, pellas provisoẽs que pera isso lhe forão passadas, não estando eu primero em despacho de confirmaçoẽs, &c.

Sed illud advertendum est, quòd hæc Regia
3 provisio tunc demum conceditur, quando donationes confirmandæ sunt per generalem confirmationem, *de Rey a Rey* (ut dicunt.) Quando verò erant confirmandæ per successionem, non convenit hæc provisio nec conveniens est, ut detur, eò quod illa altera solet dari, in quantum Rex non est in confirmationibus generalibus, quæ non fiunt (ut superiore capite diximus) nisi tempore statuto, & determinato: & ob id antequam tempus illud decernatur, conveniens est, quod Rex particulariter unicuique facultatem illam concedat, ut possit uti suis donationibus, usque ad ipse sit in confirmationibus. At in confirmatione, quæ fit per successionem, omni tempore, cùm moritur qui possidebat, per successorem petitur, & peti debet; & sic concedenda est confirmatio, non verò dandum est ei tempus, quoad Rex confirmet generaliter: impropriè namque hoc applicatur illi casui. Et hoc nota, quia sæpè in his erratur: & hæc est vera practica.

Non tamen omitto, quòd si aliquam ob ratio- 4
nem velit Rex, si id ei petatur, prorogare illi, qui confirmationem per successionem petit tempus præfixum ab Ordinatione, id possit facere, dum tamen provisio aliis verbis concipiatur, nempe his:

Eu el Rey faço saber aos que este alvara virem, que eu ey por bem, & me praz que N. possa sem embargo de não confirmar suas doaçoẽs per socessão, dentro nos seis meses da ordenação, usar dellas, & da jurisdicão, de que esta em posse, que tem por suas doacçoẽs nos lugares de que em sua peticão faz mencão por tempo de hum anno & isto ey assim per bem, & me praz, sem embargo da Ordin. em contrario, & mando as justiças, &c.

Postea datur alius annus, & alius, juxta supradicta: de quo tamen cogita, nam hoc casu dispensatio hæc rarò fieri debet; non enim est par ratio in hoc, & in altero, quando expectantur confirmationes generales, ex superiùs resolutis.

DECISIO VII.

De Regno.

SUMMÆ.

1. *Regnum Lusitaniæ caput est omnium bonorum Regiæ coronæ.*
   Regnum Lusitaniæ successione deferri solet, & non electione. Ibid.
2. *Regnum Lusitaniæ quando devenit ad transversales per successionem.*
3. *Regnum Poloniæ electione populi deferri solet.*
   Electio regni debet fieri in publicis regni comitiis, & si tumultuarie fiat ipso jure non valet.
4. *Regnum Lusitaniæ liberum est & exemptum, non recognoscens superiorem in temporalibus.*
   Qui dignitatem habet à majore præferri debet. Ibidem.
   In Provinciali omnium Provinciarum, quod est Romæ, scripta sunt regna omnia quo ordine præcedere debeant. Ibidem.

VIsis his, quæ superiùs diximus, quæ tamquam præludia habenda sunt, restat, ut materiam propriam aggrediamur, & à regno ipso exordium sumamus.

Regnum Lusitaniæ caput est omnium bono- 1
rum Regiæ coronæ, ut in simili de regno Hispaniæ tradit Molina *de primogen. libro 1. cap. 2. numero 9. & numero 16.* quod an successione, an verò electione deferatur, in facto dubitari contigit, & relicta disputatione, illud certius & communius est, regnum Lusitaniæ successione deferri, & non electione, *cap. grandi* (qui text. loquitur in regno Lusitaniæ) & ibi Doctores *de supplenda neglig. prælat. lib. 6.*

Idque non semel in regno nostro contigit. Pri- 2
mò, in successione Regis Alfonsi tertij, qui successit Sanctio fratri, cognomento, Capello, decedenti sine liberis, & de hac successione loquitur text.

in dict. cap. grandi. Secundò in successione Emanuelis Regis, qui successit Joanni secundo tamquam proximiori consanguineo. Erant enim filij duorum fratrum; Joannes nempe filius Alfonsi V. Regis Lusitaniæ, & Emanuel filius Infantis Ferdinandi Ducis Pacis-Juliæ, & Magistri Ordinis D. Jacobi de Spata, & de Avis: ambo filij Edoardi Regis Portugaliæ. Tertiò in successione Henrici Cardinalis, qui successit in regno Regi Sebastiano. Quartò in successione Regis Philippi primi; qui successit in regno Lusitaniæ prædicto Henrico Regi, ejus avunculo; erat namque Henricus frater Elisabeth Imperatricis, matris Regis Philippi, ambo filij Emanuelis Regis Lusitaniæ; ita ut Philippus tamquam nepos prædicti Emanuelis Regis, & nepos Henrici ex sorore, successerit in regno hoc Lusitaniæ.

Non obstat, quod tempore Joannis primi, regnum ad illum devenerit populi electione; id namque eo tempore, aliquibus rationibus juridicè fuisse factum, nonnulli illius temporis Juris periti existimarunt, ut per Cosiam *de successione regni Portugal. cap. 141.* Quamvis non defuerint etiam illo eodem tempore, qui contrarium opinati fuerint, ut constat ex Chronica ejusdem Regis Joannis primi, & tandem dubium armis definitum fuit prælio illo celebri, commisso inter Joannem primum Castellæ Regem & alterum Joannem Portugaliæ, qui tunc temporis solùm defensor regni appellabatur.

3 Si autem electione populi regnum aliquod defertur, ut est regnum Poloniæ, non tumultuariè, nec ad populi tumultuarium clamorem electio fieri debet: si enim eo modo fiat, electio nulla est ipso jure, per text. *in l. si constat. D. de appell.* ubi Paul. *num. 2.* qui allegat *l. & si privata. D. quo & à quibus, O. 2. de electione.* Debet namque fieri in publicis Regni Comitiis, ut factum fuit tempore Joannis primi Lusitaniæ Regis, Conimbricæ; & ego vidi instrumentum electionis, in publico Regni archivo, signatum per omnes procuratores civitatum & oppidorum Regni.

4 Regnum autem nostrum, liberum, & exemptum est, non recognoscens Imperatorem, nec alium in temporalibus, Gloss. *in cap. Adrianus 63. distinct.* & sic præcedit regna feudalia: nam qui dignitatem habet à majori, præferri debet, *l. 2. D. de albo scribendo.* Jason. *in l. 2. Paragrapho primo à numero 16. D. de vulgar.* & exemptus præfertur non exempto, ut innuit *cap. Apostolica, ad fin. de privilegiis libro 6.* & ibi Dominicus *num. 5.* Gloss. *in cap. per tuas, de majorit. & obedient.* Et facit quod inquit Albert. *in rubr. D. de stat. hominum,* ubi affirmat, se vidisse provinciale omnium provinciarum, quod est Romæ, ubi sunt scripta regna, quo ordine præcedere debeant, cui libro datur fides maxima, secundùm Chassanæum *in Catalogo gloriæ mundi. 5. part. consider. 38.* quod est notandum, quia vidimus in q. facti.

DECISIO VIII.

Quando Regi competat administratio Regni, & jurisdictio.

SUMMÆ.

1. *Rex unde dicatur.*
   Rex qui malè regit, perdit nomen Regis, & dicitur Tyrannus. Ibidem.
2. *Reges à principio potestatem regendi à populo acceperunt.*
3. *Reges Hispaniæ terras à Mauris possessas ab eorum faucibus eruerunt, & non recognoscunt Imperatorem.*
4. *Rex electus nondum coronatus habet auctoritatem, administrationem, & jurisdictionem.*
5. *Quando duo sunt in discordia, quisnam sit verè electus, interim uterque administrat, donec unius electio confirmetur.*
6. *Rex ubi creatur, statim ei competunt Regalia, & omnia alia Principi reservata.*
7. *Rex dicitur electus, ubi primùm est juratus: & nostri de antiquissima consuetudine in comitiis habent jus declarandi, & jurandi Principem successorem.*
   Rex antequam juretur, potest legitimare, administrare, & jurisdictionem exercere. Ibidem.
   In bonis Regiæ Coronæ, mortuo ultimo possessore, statim transit dominium in sequentem successorem. Ibidem.
8. *Rex statim ubi est electus, intelligitur generalis dominus, & in eum committitur crimen læsæ majestatis.*
9. *A tempore electionis statim populi fiunt subditi Regis electi.*
   Crimen læsæ majestatis non committitur nisi per subditos. Ibidem.
10. *Mortuo ultimo Rege possessore, statim in sequentem successorem transit administratio Regni, & jurisdictio: & ita servatur apud nos, absque coronatione, & juramento.*
11. *Rex an acquirat possessionem regni, ingrediendo principaliorem civitatem sui Regni, causa apprehendendi possessionem Regni, vide remissivè.*

REx dicitur à regendo, quia res & jura Regni regere debet, ut *in 2. part. lib. 6. tit. 1.* unde si malè regat, jam perdit nomen Regis, *cap. scelus 2. quæst. 1.* notat Archidiac. *in cap. Regum, 23. q. 5.* Et malè regendo, magis dicitur tyrannus, quàm Rex. Bald. *in l. eam quam col. 6. C. de fid. commiss. & in cap. 1. ad principium, de feudo marchiæ.* & ideò si Rex non benè regit, subditi non tenentur ad servitia, *l. 1. C. de constit. princip.* notatur *in l. 2. D. de his qui sunt sui, vel alien. jur.* Bald. *in proœm. ff.* sequitur Palatius *in cap. per vestras, num. 43.* 1

Reges autem à principio, populi electione cœpisse regere notum est, & ab eo potestatem regendi accepisse, *l. ex hoc jure. D. de justit. & jur.* ubi DD. *§ ex hoc jure, instit. de jur. natur. l. 1. D. de mandat. Principum,* tradit Alciat. omnino videndus, *in l. bona civitatis, D. de verborum signific.* Menchac. *libro 1. illustr. qq. cap. 41. num. 29.* 2

Reges autem Hispaniæ terras à Mauris possessas, ab eorum faucibus eruerunt, ut superiùs diximus, & inquit glossa *in dict. cap. Adrianus 63. dist.* quòd Reges Hispaniæ non recognoscunt Imperatorem, 3

rem, tradit Covarr. *pract. cap. 1. per totum.* Avendan. *de exequend. mand. lib. 1. c. 1. num. 7.* Laçarte *de decim. vendit. scholio 1. num. 2.*

4 Quando autem Imperator, vel Rex habeat administrationem & jurisdictionem in subditos, & auctoritatem, quæstionis est? & videtur, quod ante coronationem habeat auctoritatem, administrationem, & jurisdictionem, & gloss. per text. ibi *in l. bene à Zenone.* ubi DD. *C. de quadrien. præscript.* per Bart. & DD. *in l. ex eo D. de testament. milit. & in l. sed reprobari. in princip. D. de excusat. tutorum.* Bart. *in extravag. ad reprimendum, versicul. Reges.* Bald. *in titul. de pace Constant. § hoc quod nos.* Paul. *cons. 105. lib. 1.* quod refert & sequitur Bertachinus *de Episcop. libro 3. part. 4. 2. principal. num. 5. vers. quod de Imperatore*, & ibi concludit, quod capit jus ab electione, & ideò electus nondum coronatus potest legitimare, dare privilegia, revocare data à prædecessoribus, & facere condemnationes, ut ibi per Bart. & Bertachinum, & in eum secundùm eosdem committitur crimen læsæ majestatis.

5 Ibi etiam tradunt, quòd si duo sunt in discordia quis sit verè electus, interim uterque administrat, donec unius electio confirmetur faciunt tradita per Bossium *in tit. de crimine læsæ majest. n. 82. & seq.* & ante eum Guilhelm. *cap. Raynutius. verb. adjecta impuberi.*

Et an Regi competant Regalia, & omnia alia Principi reservata in eo regno, statim ubi creatur Rex? Dic, quòd sic, ut per Bossium *de Regal. n. 3. pag. 670.* Intellige ubi creatur Rex, qui non recognoscit superiorem. Vaz *de jur. emphyt. quæst. 8. n. 33.*

6 Sed quando dicatur creari, utrùm statim ubi est electus? & an habeat jus statim ab electione, ubi illa requiritur? Dic quod sic: ut per Bart. *d. Extravag. versic. Reges.* sequitur Bertachinus *ubi suprà*, ubi *num. 4.* dicit de Papa, quod statim cùm eligitur, videtur confirmari, & ideò statim administrat, gloss. *in cap. nihil de elect.* per *cap. ubi periculum. de elect. lib. 6.*

7 Et apud nos, an dicatur Rex electus, ubi juratur in comitiis, ut est apud nostrates antiquissima consuetudo jurandi, & declarandi Principem successorem in regno: & utrùm antequam juretur, possit legitimare, administrare, & jurisdictionem exercere? Dic quòd sic; nam cùm apud nos in bonis Regiæ coronæ, dominium statim, mortuo ultimo possessore transeat in sequentem, Costa *de successione regni, pag. 146. in versicul. videndum autem est.* Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 3. num. 26.*

8 Idem est dicendum in regno, quod caput est omnium bonorum Regiæ coronæ: juramentum autem, quod præstatur Regi in comitiis, est de consuetudine ad fidelitatem ipsi Regi jurandam & præstandam; & ut Rex etiam juret servare regni consuetudines, & privilegia. Hinc est, quod Rex ante coronationem intelligitur generalis Dominus, statim ubi est electus; & ideò in eum committitur crimen læsæ majestatis, & rebellionis, quod non committeretur, si esset privata persona. Ita tradit Bart. per illum text. *dict. Extravag. ad reprimendum, vers. Reges. n. 21.* habet enim, etiam nondum coronatus, administrationem, & potest administrare, & dare privilegia, & alia revocare, & facere condemnationes, ut ibi per Bart. qui tamen hoc limitat procedere, ubi electus fuit canonicè electus Rex Romanorum, de quo ipse loquitur, & à Sede Apostolica confirmatus, seu approbatus. Nam ubi requiritur electio Imperatoris, aut Regis, jus Imperii seu regni transit ab electione, adeò quod committens contra eum, incidit in crimen læsæ majestatis, ut per Bart. *ubi suprà*, quem sequitur Bertachinus *de Episcopo lib. 3. 4. partis 2. principal. num. 5. d. vers. quod de Imperatore.*

Quod facit ad id, quod suprà diximus; nam cùm ab eo tempore populi sibi subditi sint, committunt in eum crimen læsæ majestatis, quod non committitur nisi à subdito. *Clement. Pastoralis, de re jud.* Bossius *de crim. læsæ majest. vers. 34.* Bald. *l. 2. C. de fals. monet.* Socin. *cons. 22. libr. 1.* Oldradus *cons. 43.* & vide Boss. *ubi sup.* qui latè agit de hac quæstione. 9

Mortuo ergo Rege ultimo possessore, apud nos statim in Regem sequentem successorem transit administratio regni, & jurisdictio, absque aliqua coronatione, & juramento: & ita servatur. Et vide Molinam *de primogen. lib. 1. cap. 20. & lib. 3. cap. 1. numero 21.* 10

Et an si Rex ingrediatur unam civitatem principaliorem sui Regni, causa apprehendendi possessionem totius Regni, acquirat possessionem totius Regni? vide Laudensem *de Principe, quæst. 277.* refert Capicius *decis. 1. num. 14.* & in simili videndus est Tiraq. *de retract. lib. 1. gloss. 3. § 36. num. 5.* Gramm. *decis. 71. num. 14.* Avendan. *de exequend. mand. libr. 1. cap. 1. num. 6. vers. ex hac ratione.* Quod de facto accidit. 11

DECISIO IX.

Quòd Rex Lusitaniæ fundatam habeat intentionem in suo regno, circa oppida illius, & jurisdictionem.

SUMMÆ.

1. *Mortuo Rege prædecessore, statim in sequentem transit administratio Regni.*
   Rex noster Lusitaniæ fundatam habet intentionem in suo regno, circa jurisdictionem, & oppida illius. Ibidem.
   Jurisdictio semper præsumitur Regis esse, & à nemine exerceri potest absque ejus mandato. Ibid.
   Creatio Magistratuum ad Regem pertinet. Ibid.
2. *Nullus habet in Regno jurisdictionem, nec ea uti potest, nisi donationem à Rege ostendat.*
   Possessio, & præscriptio jurisdictionis licet immemorialis, non prodest, non ostenso titulo. Ibidem.
3. *Hoc procedit non solùm in personis sæcularibus, sed etiam in Ecclesiasticis, cujuscumque tituli, & dignitatis sint.*
4. *Privati jurisdictione, non restituuntur, quasi spoliati, nisi de titulo donationis Regiæ legitimè docuerint.*
5. *Quando lex reprobat possessionem cum decreto irritante, non datur restitutio.*
6. *Sine possessione præscriptio non datur.*
   Præscriptio, licet immemorialis, non juvat possessorem incapacem. Ibid.
7. *Possessor jurisdictionis, qui non habet titulum à Rege, censetur malæ fidei.*

8. *Juris-*

8. *Jurisdictio omnis, à Rege, tamquam è fonte procedit, & ad illius supremam potestatem pertinet.*
9. *Domini terrarum, seu communitates non habent in jurisdictionalibus fundatam intentionem, nisi legitimum titulum ostendant.*

1 CUm apud nos, mortuo ultimo Rege prædecessore, statim in sequentem transeat administratio regni, & jurisdictio, ut superiùs diximus, ab eo die Rex noster Lusitaniæ habet de jure in terris regni sui fundatam intentionem, circa jurisdictionem, oppida, civitates, & loca intra limites prædicti regni constituta, argum. text. *in cap. si diligenti.* ubi Abb. *notab. 2. de præscr.* Bart. *in l. 1. in fin. D. de jurisdiction. omnium judic.* quos sequitur Alciat. *in l. 1. in princ. n. 55. D. de acquirend. possess.* notatur *ad l. deprecatio. D. ad l. Rhod. de jact. & in l. bene à Zenone. Cod. de quadrien. præscript. & in cap. quæ in Ecclesiarum. de constitut.* tenet Innocent. quem alij sequuntur *in d. cap. si diligenti.* Henricus & alij *in cap. nimis. de jurejur.* Joan. Andr. & alij *in cap. 1. de præscript. libr. 6.* quos citat, & sequitur Palatius *in repet. cap. §. sed est pulchra dubitatio. num. 43.* Covarr. *pract. cap. 1. n. 9.* Soares *allegat. 7.* Avend. *ubi suprà, lib. 1. c. 1.* Mombeltran. *prætorum. cap. 5. num. 1.* Valasc. *quæst. 8. n. 21.* cum aliis, facit *l. Castellæ. 2. partit. titul. 1. l. 2.* Et adeò tota jurisdictio Regis est, ut per alium absque ejus mandato exerceri non possit, nec per magistratus, quorum creatio ad Regem pertinet. *l. 1. §. cùm urbem. D. de officio præfect. urb.* Chassan. *de Burgund. rubr. 1 n. 501. cum seqq. l. 1. D. de constit. Principum.* notat Dec. *in l. 1. ad fin. D. de jurisdict. omnium jud.* Andr. de Isernia *in proœmio constit. Neapolitan.* & ibi Afflict. *quæst. 3.* Covarr. *regula possessor. 2. part. §. 3. num. 3.* facit Ordin. *lib. 2. tit. 13. § 1. cap. 1. quæ sint Regal. Authen. de defens. civitat. §. nos igitur, colum. 3.* Idem Covarr. *pract. cap. 1. n. 10. conclus. 10.* Valasc. *de jur. emphyt. q. 8. num. 21. cum seqq.* Et quod intra limites Regni jurisdictio tota Regis sit, maxima juris est præsumptio. Covarr. *ubi proximè.*

2 Hinc fit, quod nullus in regno, jurisdictionem hanc habere potest, nisi habeat donationem à Rege, nec ea uti Ordin. *lib. 2. tit. 45.* nec quæcumque possessio & præscriptio, licet immemorialis illi proderit, non ostenso titulo, Ordin. *ubi suprà, §. 55.* Est enim per prædictam Ordin. damnata talis possessio, non dato titulo, Valasc. *ubi suprà, num. 21.* & reliqui Doctores suprà allegati, & inferiùs dicemus.

3 Quod locum habet, non solùm in personis sæcularibus, sed etiam in personis Ecclesiasticis: in his enim, sive sint prælati Ecclesiastici cujuscomque dignitatis, clerici, sive Magistri Ordinum, aut Prior Ordinis S. Joannis Hierosolymitani, Commendatarij ejusdem Ordinis, sive alterius militaris, aut monasterium aliquod Monachorum, aut Monialium, jurisdictionem non possunt habere in hoc regno, nisi à Rege donatam, & concessam, ita est Ordin. *lib. 2. tit. 45. §. 1.* Palat. *d. repet. cap. §. sed est pulchra dubitatio. num. 49.* ubi allegat Ordin. regni Castellæ *l. 4. lib. 2. titul. 1.* adeò, ut hujusmodi prælati, qui prætendunt habere jurisdictionem sæcularem, & ea uti, teneantur ostendere titulum, id est, donationem Regiam propter juris resistentiam, quia scilicet resistit illis jus. Ord. *d. §. 55. lib. 2. tit. 45.* Nec audiri debet advocatus contrarium asserens, Bœrius *decis. 8.* Avend. *d. cap. 1. num 7.* Valasc. *d. q. 8. num. 27. ad fin.* & est apud nos expressum in regimento da fazenda, *in cap. 4. fol. 2.*

Hinc est, quod si officialis, seu magistratus Re- 4
gius reassumant sibi jurisdictionem, & non permittant prælatis, seu aliis donatariis sæcularibus ea uti, imò privent illos jurisdictione, cujus statim titulum non ostenderint, nisique nec prælati, nec donatarij restituentur quasi spoliati nisi legitimè docuerint de titulo donationis Regiæ, nec eis proderit possessio aliqua, seu præscriptio. Valasc. *q. 8. n. 27. cum seqq.* Et ante eum Bossius *tit. de Principe. n. 324.*

Quia quando lex reprobat possessionem, cum 5
decreto irritante, ut facit præd. Ordin. non datur restitutio propter infectam, & damnatam possessionem, ex Rota antiquiori 4. & antiqua 56. & in nov. 16. *sub titul. de restitut. spoliat.* Valasc *ubi supra, latè num. 27.* & propterea Rex non dicitur hoc casu spoliare.

Diximus autem, quod eis non prodest præscrip- 6
tio, nec possessio, quia præd. Ordin. omnem possessionem damnat, & inficit, & sine possessione nulla datur præscriptio, *reg. Sine possessione. de reg. jur. libro 6.* & lex id potest facere, ut tradit Menchac. *de success. creat. 5. part. lib. 1. §. 10. n. 22.* refert Laçarte *de decima venditionis. c. 19. n. 5.* Imò magnis pœnis afficiuntur, atque jurisdictionum privatione, qui sine Regia donatione, & legitimis titulis jurisdictionem aliquam exercent, ut probat dict. Ordin. §. 55. & cùm tale exercitium jurisdictionis prohibeatur sub pœna, non ostensa donatione, quævis possessio habetur pro non titulo, *cap. Dudum.* ubi gloss. *verb. laicali. de decimis*, etiamsi sit immemorialis, cùm ea damnata sit à lege, & consequenter non prosit: data enim incapacitate possidentis nulla præscriptio juvat possessorem, etiamsi per mille annos possideat, Avendan. *de exeq. mandat. cap. 1. numer. 20.* ante eum Joan. And. & Monach. *in cap. 2. de præscript. libr. 6.* cum multis aliis, & quos refert & sequitur Balb. *de præscript. 2. part. 3. principalis. vers. sextò quæro, num. 23.*

Quod etiam procedit, quia in Regno nostro is, 7
qui non habet titulum à Rege, censetur malæ fidei possessor: quod patet, quia pœnis legis afficitur, ut diximus; at possessio cum mala fide neminem tuetur, ut in *reg. possessor. lib. 6. cap. ultim. de præscript.* nec etiam immemorialem possessorem, ut est gloss. & ibi Perusinus *colum. ultim. in cap. 1. verb. nisi de præscript. lib. 6.* Et est communis opinio, secundùm Alexan. *in l. cùm aliquis. C. de jure deliberandi.* quam sequitur Covarruv. *in d. reg. possessor. 2. part. §. 8. n. 4.* Valasc. *num. 25.*

Est namque jurisdictio in Rege, tamquam in 8
fonte, & pertinet ad Regis supremam potestatem, Bald. *in l. Imperium. D. jurisdict. omnium judic.* Et inde est, quòd omnis jurisdictio procedit, & emanat à Rege tamquam è fonte. Bald. *in cap. 1. quis dicatur Dux vel Marchio.* Alexan. *cons. 24. colum. 1. & cons. 41. ad fin. volum. 5.* Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 8. num. 4.*

Et hinc infert Vaz. *ubi suprà, num. 23.* quòd do- 9
mini terrarum, aut communitates, non habent intentionem fundatam in jurisdictionalibus, in locis, aut oppidis hujus regni, nisi donationes, privilegia, aut sententias latas in supremo senatu ostendant

illarum

illarum jurisdictionum, quas sibi competere contendunt, & Ita quotidie judicari dicit; quidquid aliud de jure communi scribant Abb. & Avil. quos ipse citat; nullus enim potest habere, vel exercere jurisdictionem, nisi de expressa concessione Regis, ut per Chaslanæum *de Burgund. rub. 5. numer. 102. & rubr. 3. §. 4. num. 14.* & expresse Covarruv. *pract. quæst. cap. 1. num. 10.*

DECISIO X.

De Territorio.

SUMMÆ.

1. *Territorium quid sit.*
   Vicus dicitur, qui subest alicui civitati, seu municipio. Ibidem.
2. *Provincia, quæ divisam habet jurisdictionem, duæ diversæ provinciæ censeri debent.*
   Locus, seu vicus, qui subest jurisdictioni alicujus civitatis, de illius territorio esse censetur, licet jurisdictionem habeat separatam. Ibidem.
3. *Castrum, seu vicus beneficio Principis exemptus à jurisdictione alicujus civitatis, ampliùs non dicitur esse de illius territorio.*
4. *Licet Rex respectu jurisdictionis fundatam habeat intentionem in regno; non item respectu territorij, & num. 7. & 8.*
5. *Princeps habet supremam potestatem, & dominium totius Regni sui in universum; non ita in rebus particularibus singulorum.*
6. *Rex non potest disponere ad libitum de patrimonio subditorum.*
7. *Rex non potest citare Baronem, aut alium Magnatem, ut ostendat jura quæ habet in castris, nec ei illa auferre, si illa non ostendat.*
8. *Rex potest cogere vasallum, ut ostendat titulum jurisdictionis, privilegia, aut sententiam, per quam exercet jurisdictionem. Ibid.*
9. *Jurisdictio cohæret territorio.*
10. *Jurisdictio Regalis summè magistratibus Regiis commendatur, ut eam usurpare non sinant.*

1 TErritorium dicitur universitas agrorum, quæ intra fines cujusque civitatis, aut oppidi existit, intra quos Magistratus ejus loci jurisdictionem habet, *l. Pupillus. §. territorium.* ubi Alciat. *D. de verborum significat.* Unde vicus (Aldea vulgo dicitur) qui subditur alicui civitati, seu municipio, & illi respondet, dicitur esse de ejus territorio, per *d. §. territorium, & l. qui ex vico. D. ad municipal.* Distinguitur enim à jurisdictione territorium, plenè Felin. *in c. Rodulphus de rescript. l. 3.* ibi, *ejus civitatis ascribendi sunt ordini. C. de natur. liber.* ubi Bald. & notat Innocent. *in cap. cùm ad sedem de restitut. spoliat.* Angel. *in l. insula. D. de judiciis,* ubi Jacobinus *num. 3.*

2 Et ideò si una provincia in totum divisa est ab alia, etiamsi aliquando fuerit una, tamen propter divisam jurisdictionem, duæ censentur, arg. text. *in l. si eadem D. de officio assess.* ita eleganter Bald. *consil. 583. in princ. volum. 2.* ubi inquit, quod licet vicus, seu locus habeat jurisdictionem separatam, si tamen ejus homines aliquam subjectionem faciunt civitati, ad quam distringi possint, dicuntur esse de territorio illius civitatis, ut notatur *in Authent. quibus modis nat. efficiantur legit.* & sequitur Alciat. *ubi supra, d. §. territorium, num. 53. in fin.* cui & illud convenit, quod scribit Romanus *cons. 218. per totum.* & allegat, & confirmat Socinus *cons. 81. vers. & hanc conclusionem, volum. 1.* ubi dicunt, quòd si locus, aut vicus est subjectus alteri, dicitur esse de ejus territorio, licet sit separatus.

Et per ista dicit eleganter Alciat. *in d. §. territorium,* quòd si Princeps fecit exemptum aliquod Castrum à civitate, cujus territorium erat, quod ampliùs non dicitur esse ejusdem territorij, vel Comitatus. ita Alciatus *ubi suprà, num. 52. vers. sed finge.* & vide Soarez *allegat. 6. & 7. per totam.* 3

Quamvis autem Rex fundatam habeat intentionem respectu jurisdictionis, non item respectu territorij, quia illius non est dominus regulariter, ut notat Abb. *notab. 2. in cap. si diligenti. de foro compet.* Bart. *in l. ultim. D. de jurisdict. omnium judic.* Alciat. *l. 1. in princ. num. 15. D. de acquir. possess.* nisi in tribus casibus, in quibus sit dominus territorij, quos ponit Alciat. *ibidem.* 4

Quamvis enim Imperator, Rex aut Princeps alius similis habeat supremam potestatem, & summam rerum dispositionem, & sit dominus totius regni in universum. *l. deprecatio. D. ad l. Rhod. de jact.* tamen non est dominus in singulari, nec habet dominium particulare rerum singulorum. Bart. *l. 1. Paragrapho per hanc. D. de rei vendicat. & in extravag. ad reprimendam. verbo, totius orbis.* cum notatis per Jasonem *in l. possideri. Paragrapho ex contrario. num. 81. D. de acquirend possess.* & ante eum Archidiacon. *in cap. non licet 12. distinct.* Rom. *consil. 369. circa primum 27.* Guilhel. *cap. Raynutius. verbo, & uxorem,* O. 2. *numer. 32.* Avendan. *de exequend. mandat. cap 4. 1. part. num. 5.* 5

Inde fit, quòd Rex de patrimonio subditorum non potest ad libitum disponere Abb. post Anton. *in cap. constitutus num. 13. de relig. domibus,* nec de eorum dominio, text. *in l. in bello §. manumittendo. vers. quia ut Sabin. D. de capt. & postlim. revers.* ubi dicitur, quòd dominus civitatis potest statuere de Civitate, non de jure dominij civium; nec sine causa post illos privare dominio suarum rerum. Abb. *in cap. dilectus, num. 5. de jur. patronat.* notatur *in l. ultim. C. si contra jus, vel util. pub. & in cap. quæ in Ecclesiarum, de constitut.* ubi Felin. *à numer. 26. vers. tertia conclusio.* 6

Hinc docuit notabiliter Alciat. *in l. 1. in princip. numero 15. D. de acquirend. possess.* quòd Princeps respectu jurisdictionis dumtaxat, habet in territorio intentionem suam fundatam, per *cap. si diligenti.* ubi Abb. *2. notab. de præscript.* Bartol. *in l. 1. in fin. D. de jurisdict. omnium jud.* non autem habet Intentionem suam fundatam, respectu dominij, quia regulariter territorij non est dominus, secundùm ipsos; nisi idem Princeps totum territorium haberet sibi vectigale. *leg. 1. D. si ager vectigal.* aut saltem illam partem, quæ deserta, incultaque est, ut *in rubric. C. de omni agro deserto, & C. de fund. patrimonial. libro 11.* vel nisi mortuo absque herede aliquo ad vacantia bona fiscus admitteretur. *l. vacantia C. de bonis vacant. libro 10. capite 1. quæ sint Regal.* tradit Alciatus *ubi suprà,* videndus. 7

Hinc

8 Hinc etiam est, quòd Rex non potest citare Baronem, aut Magnatem, ut ostendat jura quæ habet in castris; & si non ostenderit, non potest ei illa auferre, quia respectu proprietatis rerum non habet intentionem suam fundatam, sed tantùm respectu jurisdictionis. Paul. *in rep. cap. vers. sed est pulchra dubitatio. numer.* 47. *fol.* 188. ubi citat Hostiens. Joan. Andream. Anton. Cardinal. Specul. Alexand. Innocent. Bald. Jason. & alios, sola enim administratio est commissa Regi, non autem dominium rerum subditorum in particulari, secundùm Glossam & Bart. *in proœmio Deorum.* & Palat. *ubi sup. n.* 42. *in fin.* Potest tamen Rex cogere vasallum, ut ostendat titulum donationis, privilegia, aut sententiam, per quam jurisdictionem exercet, ut suprà diximus. An autem hoc etiam procedat in donatario, qui possidet jura Regalia, aut bona Coronæ, quæ sine titulo de expressa Regis donatione habere non potest? inferiùs tractabitur.

9 Adde quòd & jurisdictio cohæret territorio. *cap. ultim. in fin. de constitut. libr.* 6. *& in l. ultim. C. ubi & apud quem l. pupillus, §. territorium, D. de verberum signific. & l. quicumque. C de fund. limitrophu. lib.* 11. facit text. *in l.* 1. *§. eum urbem. & l. ultim. D. de offic. præfect. urb. l.* 3. *D. de offic. præsid. l.* 2. *D. de jurisdict. omnium jud.* tradit Palat. *ubi suprà, num.* 38. *versic. concludo igitur.*

10 Jurisdictio autem Regalis summè magistratibus Regijs commendatur, ut eam usurpare non sinant. Ordin. *lib.* 1. *titul.* 1. *§.* 39. *& lib.* 1. *titul.* 2. *§.* 5. *& lib.* 1. *titul.* 58. *§.* 15. *& lib.* 1. *tit.* 65. *§.* 16. *& lib.* 1. *tit.* 66. *§.* 13.

DECISIO XI.

An possit Rex jurisdictionem in aliquo castro, oppido, seu civitate donare, & per quę verba id fecisse censeri debeat?

SUMMÆ.

1. *Jurisdictio suprema qua sit.*
2. *Jurisdictio, & suprema correctio inalienabilis est, nec à Rege separari, aut concedi potest.*
   Rex non potest concedere, nec etiam per contractum donare, ut ab auditoribus dominorum terrarum non appelletur ad eum, vel ad ejus tribunal, etiam in causis civilibus. Ibid.
3. *Jurisdictio simplex potest à Rege donari, & in perpetuum concedi bene merentibus, tam sæcularibus, quam Ecclesiasticis, etiam magistris ordinum.*
   Prælati qui temporalem habent jurisdictionem, magistratus sæculares debent constituere, & ab illis appellandum est ad Regem. Ibid.
   Idem statutum est in regno Castellæ per Ferdinandum Regem, & Elisabeth, anno 1502. Ibid.
   Officiales positi per prælatos tenentur servare leges regni. Ibid.
4. *Jurisdictio per quæ verba intelligitur concessa jure communi attento.*
5. *Jurisdictio exerceri non potest, attento jure nostro Regio, sine expresso titulo donationis, aut forali, vel sententia lata in judicio competenti.*
   Donatarius in hoc regno amplius habere non potest, quam quod in donatione expressum continetur. Ibidem.
6. *Jurisdictio de jure communi potest acquiri jure patrimonij.*
7. *Jurisdictio an veniat in venditione, vel donatione facta civitati, remissivè.*
   Donato Castro cum jurisdictione, an veniant condemnationes antea factæ, remissive. Ibid.
8. *Jurisdictio provinciæ an prorogetur ad locum, seu oppidum de novo illi adjectum, remissivè. Ibid.*
   Jurisdictio quando conceditur, semper videtur excepta auctoritas superioris: & si per contractum fiat ad voluntatem superioris, supprimi, & auferri potest. Ibid.
9. *In concessione Castri, vel loci venit merum imperium, & in dubio censetur concessum.*
10. *Quando conceditur merum, & mixtum imperium, censetur consequenter concessum jus plenum regendi, & donatarius constituitur in potestate.*
11. *Donatarius per concessionem meri & mixti imperij, efficitur supremus in terris suis.*
12. *Habere jurisdictionem & vasallos dignitas est.*
   Donatio jurisdictionis solum a Rege fieri potest, & per scripturam debet probari. Ibid.
13. *Donatio apud nos nullo modo acquiri potest, sine expressa donatione Regia.*

JUrisdictio inter Regalia connumeratur, præsertim suprema illa correctionis potestas, de qua lo- 1
quitur Ordin. *libro* 2. *tit.* 45. *§.* 8. quæ respicit Regiam superioritatem, & excelsius ac potentius imperium. Hæc autem suprema potestas, quæ à Castellanis, *Majoria*, dicitur, à nostris, *Correição*, ita unita est, & conjuncta Regis principatui, ut Rex à se illam omnino abdicare, aut separare minimè possit. dict. Ordin. *Paragrapho* 8. tradit latè Covarruv. *pract. q. cap.* 4. *per totum.* ante eum Aretin. *cap. novit. num.* 23. *de judicijs.* Felin. *cap.* 1. *num* 5. *de probationibus.*

Hæc autem omnino inalienabilis est, nec à Re- 2
ge concedi potest, nec separari. Vaz *dict. quæst.* 8. *numer.* 31. Carolus de Grassalijs *de juribus Regalib. jure.* 1. *folio.* 5. Unde infero, Reges nostros non posse etiam per contractum donare, & concedere, ut ad Regem seu ad ejus tribunal non appelletur in causis etiam civilibus, juxta Ordin. *libro* 3. *tit.* 71. *§. ultimo.*

Excepta tamen hac suprema jurisdictione, 3
simplicem aliam jurisdictionem potest Rex bene merentibus donare, etiam *de juro & herdade*, quod in omnes heredes dicitur. DD. *in cap. Abbate sanè, de re jud. libro* 6. *cap. licet. de probat.* Covarr. *pract. quæst. cap.* 4. *numer.* 1. Avendan. *de exequend. mandat.* 1. *part. cap.* 19. *in principio,* nulla enim apud populos hujus regni nativa jurisdictio est. Avendan. *ubi supra, versic. item ex eo.* idque omnibus personis, tam sæcularibus quàm Ecclesiasticis, Magistris ordinum militarium, & alijs. Ordin. *dict. lib.* 2. *titul.* 45. *§.* 6. Et hoc casu, quo prælati jurisdictionem temporalem habent, ab illis appellandum est ad Regem in causis ad sæcularem jurisdictionem spectantibus, ut latè deducit Covarr. *ubi sup. n.* 2. quem legito omnino. Et magistratus ab ijsdem

prælatis constituti,ad has temporales causas, sæculares personæ esse debent, non Ecclesiasticæ, ut optimè in regno Castellæ constitutum est pragmatica quadam Regis Ferdinandi & Elisabeth, facta anno 1502. cujus meminit Didac.à Covarruv. *ubi supra,num.2.* & apud nos est Ordin. *l. 2. titul.45. §.44.* Et officiales positi ab eisdem servare tenentur in causis temporalibus leges regni, Hostiens. *in summa de testibus, §.qualiter ver.an igitur.* Cuman. *consil.41.numer.5.* refert Quesada *diversorum quæst. jur.cap.29.num.14. vers.sicut autem Rex Hispania, &c.* quod autem de jure regni jurisdictio hæc donari possit per Regem, patet ex ordin. *lib.2.tit.35. & tit.45.* ubi plenè.

4 Quibus autem verbis jurisdictio hæc concessa censeatur, jure communi attento, tradit latè Covarruv.*pract.quæst.cap.... num.10.*

5 Tamen jure nostri regni attento, omnia quæ Doctores super hoc puncto tractant, cessare videntur; quia sine titulo expresso donationis, aut forali, aut sententia senatus lata in judicio competenti causarum Regiæ Coronæ non potest apud nos jurisdictio exerceri, nec retineri, quia reprobata est talis possessio, per Ordin. *l.2. tit.45.§ 55. & seq.* tradit Valasc. *d.quæst.8.num.28.* Nec enim donatarius in hoc regno potest amplius habere, quàm quod in donatione expressim continetur; & ideò donationes Regiæ, nuncupatim in donationibus castrorum, oppidorum, & civitatum,de jurisdictione, mero & mixto imperio, semper faciunt mentionem, cùm alioquin non venirent,& hoc jure utimur. Valascus *ubi supra.*

6 Utrùm autem jurisdictio,de jure communi possit acquiri jure patrimonij, videtur quod sic; quia de consuetudine defertur jurisdictio etiam privato, & jurisdictionem non habenti, *l. 1. & l. ultim. C. de emancipat. liber. l. vires.* ubi notatur *C. d. diverf.officiis,libr.12.* & facit text. *in cap.cùm contingat.de foro compet.* ubi Abb. *numer.9.* tradunt DD. post gloss.ibi, *in l.mo e. D.de jurisdict.omnium judic.* ubi latè Jas.*num.41.*Purpur.*num.24.*

7 An autem jurisdictio veniat in venditione, vel donatione facta de civitate, vide Bald. *cons.328. libr.1.* Et donato Castro cum jurisdictione, an veniant condemnationes antea factæ, vide eundem Bald. *cons.419. dominus, libro 4.* Et an jurisdictio unius provinciæ prorogetur ad locum, seu oppidum de novo illi adjectum? vide per Albert. Brunum de augmento *conclus.5.num.8.& conclu.17.*

8 Et nota quod jurisdictio, quando conceditur etiam non subdito, semper videtur excepta auctoritas superioris. DD. *in cap. venientes. de jurejur.* Aretin. *in cap.novit. num.23.de judiciis.* sequitur ibi Felinus *colum.8.vers. quod tamen limita.* Dec. *colum.10.* & ideò si talis concessio transeat in contractum, tamen potest ad voluntatem superioris supprimi,& auferri. Aretin. *ubi supra* quia scilicet per indirectum sibi auferret jus superioritatis, & obedientiæ à subdito debitæ superiori, quod esse non potest.

9 Et adde, quod in concessione Castri, vel loci, venit merum imperium in dubio, & censetur concessum, ut per Bald. *in cap.1.num 5.de Capitaneo, qui cur.vend.* Oldrad.*cons.252.* Afflict. *in constitut. Neapol.in prælud.quæst.22.num.5.* Alexand.*ad Bart. in l.si quando C. de bon. vacant.lib.10.* Albert. *in l. ultim. C. de jurisdict. omnium judic.* Boër. *decis.50. num. 2.* & ante eos Joan. Andr. *ad Specul.titul. de jurisdict.omnium judic.numero 15. vers. quæ autem, meri imperij sunt. in addit. incipit: Pastoralis.* ubi ponit sex opiniones de hac re, & concludit, quod si donatio fiat laico, vel inferiori Ecclesiæ, præter Romanam, semper merum illud imperium ita manet in heredes, & radicarum in ipsa dignitate Regis, seu Imperatoris, quod semper puterit de appellatioue ad se interposita inter subditos cognoscere; quod intellige per viam correctionis supremæ, quæ in signum Regalis, ac supremæ dignitatis spectat ad Reges, ad corrigenda ea, quæ malè & perperàm alij inferiores committunt in subditos suos, de quo est text. in Ordin. *libro 2. titul.45. Paragrapho 8.* quæ ut diximus, *mejoria*, appellatur, seu *correição*, & quam Rex à se abdicare non potest, ut *in d.§.8.* Covarruv.*pract cap.4.* & superiùs adnotavimus.

Et quando conceditur imperium merum, & mixtum, censetur consequenter concessum jus plenum regendi, & donatarium esse constitutum in potestate. Ita Isernia *in c.1.§.si quis de pace tenenda. vers.contrahentium.* Afflict. *in l.2.rubr.3.n.36.lib.2. constit.Neapol.* Roman.*cons.59.num.8.* 10

Et quod per talem concessionem meri, & mixti imperij donatarius æquè sit supremus in suis terris, ut est Imperator in Imperio, & Rex in suo regno, tenet Bart. *in l.infamem in fin. D. de pub. judic.* Abb. *in cap. quæ in Ecclesiarum, colum.2.de constit.* ubi Felin. & Dec. idem Bartol. *in l. acta §. de ampliãda. D.de re jud. & in l. relegatum. D. de pœnis.* Abb. *in cap.cùm R.de re judic.colum.9.* Soar. *allegat.6.num.53.* Et est communis, ut per Afflict. *in prælud.constit.quæst.13.num.6.* 11

Et nota, quod habere jurisdictionem & vasallos, dignitas est, Avendanus *de exequend.mand. 2.part. cap. 14. num. 31.* Et quod donatio hæc jurisdictionis à Rege solùm fieri potest, & debet probari per scripturam. Avend. *de exequend. mandat. cap. 1. num.9. 1.part.* 12

Et in nostro regno sine expressa donatione, nullo modo jurisdictio acquiri potest, ut superiùs jam diximus. 13

DECISIO XII.

Quòd in donatione jurisdictionis requirantur verba multum specialia, ut ea donata videatur.

SUMMÆ.

1. *Licet de jure communi in donatione simplici de Castro, jurisdictio data censeatur, tamen de jure nostro regni nulla censetur concessa jurisdictio, nisi de ella expressa & specialis mentio fiat. & num.5.*

Sine expresso titulo donationis jurisdictio apud nos haberi non potest, & in contrarium non admittitur possessio, seu consuetudo immemorialis. Ibidem.

2. *Jurisdictio à nemine exerceri potest, sine expressa Regis concessione.*

Jurisdi-

Jurisdictionalia omnia in hoc regno sunt Principi reservata. Ibidem.

Reservata Principi numquam censentur in generali concessione donata, nisi in donatione specificè concedantur, & ita multoties judicatum fuit. Ibid.

3. *In donatione simplici de Castro cum jurisdictione, quanam jurisdictio concessa censeatur.*

Auditor tenetur proferre sententias, & mandata nomine proprio, non autem nomine donatarij. Ibidem.

4. *Donatarius non potest conferre officia ad justitiæ administrationem pertinentia, nec præsentare ad illa.*

5. *Donata jurisdictione, excepta tamen aliqua re, an in omnibus alijs casibus censeatur donata jurisdictio? Ibid.*

Si donatio fiat bonorum Regalium, & aliqua excipiantur specialiter, reliqua omnia concessa intelliguntur. Ibid.

Procurator generaliter constitutus, excepto tamen uno, omnia alia etiam requirentia, speciale mandatum videntur illi concessa. Ibid.

Exceptio firmat regulam in contrarium. Ibid.

6. *Donatio tacita jurisdictionis donatario non prodest, imò necessariò requiritur quòd clarè & expressè donatio fiat.*

7. *Quando lex jubet aliquid expressè fieri, non sufficit quòd tacitè fiat.*

Illud quod comprehenditur intellectualiter, non dicitur comprehensum expressè. Ibid.

Ubi de jure in rescriptis beneficialibus requiritur expressa mentio, non sufficit quòd colligatur ex consequentia verborum, Ibid.

8. *Jurisdictio in hoc regno numquam censetur donata, nisi de ea expressa mentio fiat; nec item jurisdictionis species, nisi specialiter concedantur.*

1 SI Rex concedit, & donat alicui Castrum simpliciter, sine ulla jurisdictionis mentione, etiamsi de jure communi jurisdictio data censeatur, ut tradit Covarr. *pract. c. 1. n. 10. cum seq.* & diximus suprà; tamen de jure nostri regni nulla censetur concessa jurisdictio, ut pulchrè ostendit Vaz. Lusitanus *de jur. emphyt. 1. p. q. 8. n. 28.* Ratio est, quia apud nos sine titulo expresso donationis, aut forali, aut sententia senatus, aut titulo simili, non potest haberi, aut exerceri jurisdictio, & reprobata, & damnata est omnis possessio, & consuetudo in contrarium, etiam immemorialis. Ordin. *libr. 2. tit. 45. §. 34. & §. 55. & 56.* imò requiritur, quòd in concessione sit jurisdictio, quæ conceditur, specificè expressa, aliàs donatarius non potest exercere nisi jurisdictionis speciem, quæ sibi nominatim sit donata. Ordin. *ubi supra, §. 7. in fin. & in §. 12. in fin.* ibi, *expressamente concedido.*

2 Et facit, quòd nullus potest habere, vel exercere jurisdictionem, nisi de expressa concessione Regis, ut per Chassan. *in consuet. Burgund. rubr. 1. num. 102. & rubr. 3. §. 4. n. 14.* Covarr. *pract. cap. 1. n. 10.* Huc pertinet, quòd jurisdictionalia, in hoc regno sunt Principi reservata, per *dict. §. 6. & totum titulum 45. d. lib. 2.* Reservata autem numquam censentur concessa in generali concessione, nisi specificè concedantur. tradit Boss. *tit. de Regal. num. 27.* sequitur Vaz *ubi sup. q. 8. num. 25. ad fin.* Et ita servatur in hoc regno, & multoties judicatum fuit, ut est videre in processu de Donna Guiomarde Castro uxoris Laurentij Guedes de Murça super data officij de Meirinho de Murça, & alia loca contra Antonium Lucas, scriba Petro Almirante, anno 1584 apud illum videri poterit processus. Idem judicatum fuit in processu de Alfonso Capicio, scriba Petro Almirante.

Si verò in donatione, alicui concessum sit Castrum cum jurisdictione simpliciter, nullam aliam habet jurisdictionem, quàm audiendi causas ad se per appellationem devolutas à judicibus ordinarijs; aut constituendi auditorem, qui ejus nomine de illis cognoscat, ut probat Ordin. *libr. 2. titul. 45, §. 6. & seq.* Et tamen auditor nomine proprio, non autem donatarij sententiam profert. dict. Ordin. §. 51. de cujus auditoris potestate agit Ordin. *dict. tit. 45. § 41.* 3

Nec talis donatarius potest conferre officia ad justitiæ administrationem pertinentia, nec præsentare ad illa; tum quia auditorem tantùm habere potest: ergo nihil aliud; tum quia officiales non possunt se nominare ab eo constitutos, & suo nomine officia gerere. Ordin. *dict. tit. 45. §. 16.* ergo non possunt ab eo constitui. 4

Patet ergo, quòd in hoc regno, ut concessa censeatur jurisdictio, necessum est ut exprimatur id in donatione; insuper necessarium est, quòd ipsa donatio jurisdictionis species declaret nominatim, ut donatarius illis uti possit, & censeatur habere prædictas jurisdictionis species, Vaz *ubi suprà*, ex Ord. *d. §. 55. & sequenti.*

Quid ergo erit, si Rex in donatione declaret, quòd donatarius utatur jurisdictione, excepta tali re, & tali, an per has exceptiones in omnibus alijs casibus censeatur donata jurisdictio? Ad cujus quæstionis intelligentiam, casum propono, qui accidit in contingentia facti. Rex Sebastianus Magnati cuidam hujus regni donationem fecit cujusdam loci, & quòd ipse omnia officia posset providere, declarando quælibet officia per sua nomina expressa, exceptis officijs pertinentibus ad patrimonium Regis, & jurium exactionem: in illis officijs nominatis, & quæ Rex concedebat donatario, ut possit providere, non erant nominata hæc tria, *Escrivão da camara, Orfaõs, & Almotaceria.* Postea Rex de his tribus ultimis officijs, & non nominatis in donatione, gratiam fecit cuidam N. Huic datæ se opposuit donatarius, oppositis exceptionibus in Cancellaria (ut moris est.) Dicebat autem, quòd etiamsi Rex in donatione, & concessione quam ei fecerat, declaraverat aliqua officia, quorum provisiones eidem concesserat, cùm inferiùs in donatione reservaverit sibi solùm officia spectantia & pertinentia ad patrimonium ipsius Regis in illo loco, & civitate, videri debet in effectu ei dare, & concedere omnia alia officia pertinentia ad regimen civitatis, & quæ non pertinebant ad patrimonium ipsius Regis, & ita comprehendere officia illa tria data per Regem, nempe *da camara, Orfaõs, & Almotaceria*, cùm non sint patrimonij Regis, sed *regimento da cidade.* Et ita argumentabatur, quòd illa reservatio, quasi exceptio, firmabat donationem in reliquis omnibus 5

officijs non reservatis, ex reg. text. *in l. cùm prator. D. de judicijs. & in l. martius. C. de procurat.* Dec & Cagnol. *in rubr. D. de reg. jur.* Facit etiam pro hac parte, quòd ubi fit donatio bonorum Regalium, in qua aliqua specialiter excipiuntur, tunc reliqua omnia Regalia universaliter concessa intelliguntur, tradit Joan. Anton. Rubeus *cons. 50. praesupponitur in facto. n. 2.* Dec. *cons. 192.* faciunt notata per DD. *in cap. qui ad agendum, §. 1. de procurat. lib. 6.* ubi si quis constituit procuratorem generaliter, ut possit omnia facere, excepto uno; propter talem exceptionem, videntur illi concessa omnia alia, etiam requirentia speciale mandatum. Facit & illa traditio vulgaris, quòd exceptio firmat regulam in contrarium. Gloss. & Bart. *in Authent. de non alienand. §. ut autem, collat. 2.* notat idem Bart. *in l. quaesitum, §. denique D. de fundo instr.* DD. per illum text. *in cap. nonne, de praesumpt.* & ideò qui unum excipit, reliqua videtur concedere, & in donatione idem tenet Specul. *de jurisdict. omnium jud. vers. quae autem meri sunt imperij, num.* facit optimè Gloss. *vers. quae autem, in cap. quoad translationem. de officio deleg. per cap. Nuper. de sententia excommunic.* & Ordin. *lib. 2. tit. 28. in princ.*

6 Contrarium tamen videtur dicendum, ea ratione; quia reservatio illa, ut aliquid operetur, illud resultabit ex illa, scilicet tacita quaedam voluntas Regis, praesumpta per quamdam consequentiam, & per argumentum, scilicet, quòd exceptuando, & reservando Rex sibi aliqua officia, & donando altera, intelligitur, quòd habuit tacitam voluntatem dandi, & concedendi donatario omnia officia. Atqui donatario minimè prodest id quod tacitè donatur, imò necessarium est, quòd clarè & expressè ei donetur & concedatur in donatione verbis expressis, & specialibus. Ordin. *libr. 2. titul. 45. §. 2.* ibi, *expressamente lhe for outorgado, & in fine.* ibi *per nos concedida.*

7 Quando autem lex expressè aliquid fieri mandat & jubet, non sufficit tacitè fieri. Jas. *in l. prator. in pr. D. de novi oper. nuntiat.* Sequitur Alc. *in l. cùm quid n. 25. D. si cert. petat.* ubi eleganter de materia, & non videtur satisfactum legi, ubicumque lex requirit aliquid specialiter fieri, seu expressim, si fiat verbis generalibus, ut inquit Ang. *in Auth. de hered. & Falcid. §. si verò expressim.* plures citat, & sequitur Afflict. *dec. 44. n. 13.* quem legito: & quando lex requirit expressam mentionem alicujus rei, non sufficit comprehensio tacita, vel virtualis, aut deductio ex mente & intentione, aut ex verborum consequentia. Ita pulchrè notarunt Ant. & Imol. *in cap. translato. de constit.* dicentes, quòd illud quod comprehenditur intellectualiter, non dicitur comprehendi expressè ad idem. Facit etiam, quod eleganter notat Dominic. *in cap. humanum genus. 1. dist. col. 5. super gloss. verbo, prohibetur.* quòd illud non dicitur expressum, quod continetur ex mente, vel quadam consequentia verborum; & ideò infertur, quòd ubicumque in rescriptis beneficialibus, ex juris dispositione requiritur expressa mentio, non sufficit mentio descendens ex consequentia verborum, sed requiritur expressa, sequitur Abb. *in cap. ad aures. de rescript.* Felin. *in d. cap. Translato. col. 2.* quod etiam comprobatur ex glossis *in cap. inquisitores, verbo, expressè, de haeret. libr. 6. & in Clement. 2. verb. expressè,* *de praebend.* quatenus dictae glossae probant, quòd illud verbum, expressè, requirit expressam mentionem, non autem quae comprehendatur ex verbis quantumcumque generalibus, idque mihi pulchrè probare videtur nostra Ordin. *titul. 45. lib. 2. §. 10. vers. E quanto.* in illis verbis: *com que expressamente for declarado*, junctis verbis inferiùs positis. *vers. Pero não he nossa tenção.* & ibi, *per nenhũas clausulas nem palavras quando quer que forem geraes.* & ibi, *particular, & expressa menção.* & Gloss. illa *in d. cap. inquisiteres.* & Dominic. *in d. cap. humanum genus.* sequitur Felin. *in d. cap. translato. col. 3. num. 5. vers. secundus casus.* ubi resolvit, quòd quando lex specialiter requirit, quòd fiat expressa mentio, aut formalia, aut de tenore alicujus rei, aut similia verba, quòd tunc non sufficiat intellectualis comprehensio, nec tacita, aut per consequentiam, aut per verba generalia, sed requiritur particularis, & expressa mentio, ut inquit Ordin. *ubi supra.* Ex ijs infertur ad nostrum casum, cùm enim Ordin. & lex requirat, quòd donatarius non utatur nisi ijs rebus contentis, & expressis in donatione, non sufficit, ut possit providere officia, quae non sunt in donatione nominata, nec hoc casu sufficit intellectualis comprehensio, cùm non adsit expressa, per jura suprà allegata; & quia ubi jura dicunt, quòd aliquid exprimatur specialiter, non sufficit exprimere in genere, notatur *in cap. qui ad agendum de procurat. l. 2. D. si quis caut.* Afflict. *decis. 44. numero 12.* Haec causa ventilata fuit in senatu anno 1586. Inter Didacum Nabo, & Ducem de villa Real, scriba Petro Almirante.

Ex quibus omnibus conclusio fit, quòd in hoc Regno numquam censetur donata jurisdictio, nisi de ea fiat mentio; & non censentur donatae jurisdictionis species, nisi specialiter concedantur. Valasc. *ubi suprà,* quem legito. 8

DECISIO XIII.

Jurisdictio quando censeatur concessa privativè, vel cumulativè.

SUMMAE.

1. *Jurisdictio specialis concessa alicui loco, ubi quis habet jurisdictionem universalem ordinariam, non videtur concessa privativè, sed cumulativè.*
2. *Jurisdictio ordinaria favorabilis est, & si cum extraordinaria concurrat, praeferri debet.*
   Papa concurrens cum alijs ordinarijs in collatione beneficiorum, praefertur si praevenit collationem. Ibidem.
   Potestas conferendi, vel praesentandi ad beneficia non videtur concessa privativè, sed cumulativè ad superiorem. Ibid.
   Patronus in praesentando praeferri debet illi, cui potestatem, & jus praesentandi concessit. Ibid.
3. *Si Rex concedat locum, seu castrum cum jurisdictione simpliciter, non censetur donata jurisdictio privativè, sed cumulativè.*
   Hoc procedit etiamsi Rex concedat donatario, ut eyus auditor uti possit ijs omnibus, quibus utuntur corregidores Regij. Ibidem.

4. Quod

4. *Quod potest esse apud plures in solidum, non videtur ademptum uni, etiamsi alteri concedatur.*
5. *Officialis specialis de novo in civitate creatus, non minuit jurisdictionem magistratus generalis.*
6. *Limita si species jurisdictionis, quæ conceditur, sit diversa à jurisdictione generali.*
7. *Limita etiam ubi jurisdictiones sunt diversæ per summas.*
8. *Limita ubi jurisdictio ita uni concessa est, ut solus eam exercere possit.*
9. *Limita tandem, quando in favorem particularis personæ deputatus est judex specialis.*
10. *Præscriptio jurisdictionis Episcopalis, non censetur præscripta exclusivè ad Episcopum, sed cumulativè, & locus est præventioni.*
11. *Rex qui concedit castrum, seu oppidum cum jurisdictione simpliciter, non intelligitur in dubio concedere privativè, sed cumulativè respectu suorum officialium.*
12. *Jurisdictio in hoc Regno, regulariter in dubio censetur donata privativè, cum appellatione ad Regem, & avocatione in casibus Curiæ.*

1 REgulariter ubi aliquis judex habet jurisdictionem universalem ordinariam, si alteri concedatur jurisdictio specialis, non videtur concessa privativè; sed cumulativè ad illam ordinariam. Ita probat text. *in l.1. & in l studentibus. C.de officio præfect. urb.* & ibi notat Bart. text. *in cap.1. Paragrapho ex parte, de concess. præbend. lib.6. cap. per hoc. de hæret. in 6.* Aretin. *cons.102. spectabilis. colum.1.* Felin. latè *in cap. Pastoralis, in principio. colum.1. vers. regulariter videtur de officio ordinarij.* Jas. *in l. quod in rerum, §. si quis post. colum.5. vers. ultimò nota enim sequent. D. de legat.1.* Dec. *cons.131.* Jas. *in l. Titia textores, colum.2. D.eod.* tradit Vantius *de nullitat. sentent. ex defect. jurisdict. n.25. & 26.* Thom. Grammat. *decis.30.* Menoch. *de arbitr. lib.1. qu.40. & obiter 3. remedio retinend. numer.367.* Gutier. *in pract. quæst. lib.3. quæstion.24. per totam.* ubi loquitur de jurisdictione consulum mercatorum civitatis Burgensis.

2 Ratio est, quia jurisdictioni ordinariæ favendum est, & si concurrit cum extraordinaria, sive delegata, præferri debet ordinaria, ut tradunt Abb. & Felin. *in cap. ceterùm, colum.2. de judic.* Dec. *d. cons. 131. latius ceteris.* Felin. *d. cap. Pastoralis.* ubi ponit hoc pro regula: quam tamen limitat octo modis, post Alexand. *in d. l. Titia textores.* & Andr. Sycul. *in cap. studuisti. de offic. deleg.* refert idem Dec. *cons. 644.* Vant. *ubi suprà.* Addit Palat. *in introduct. rubr. numer.6. & 8.* ubi dicit, quòd sicut Papa concurrit cum alijs ordinarijs in collatione beneficiorum, & præfertur, si prævenit, aut præoccupat collationem; ita & Rex in officijs, *cap. duanm. § nos igitur de præbend. libr.6.* Adde text. notabilem pulchrè id probantem *in cap. statutum, §. nos igitur de præb. lib.6.* ibi, *& si Episcopo memorato, &c.* ubi potestas data alicui conferendi beneficia, vel præsentandi ad illa, non videtur data privativè à superiore; qui dictam potestatem concessit: ex quo text. infert pulchrè Dec. *cons. 542.* retenta conclusione, ver. ultimo adhoc facit: quòd si patroni jus præsentandi alicui dederunt, quòd in dubio id non concesserunt privativè, quoad illos, nec abdicarunt à se potestatem, & jus præsentandi; & quòd si priùs præsentaverint, quàm is, cui donarunt jus præsentandi, præferri debet præsentatio facta à patronis, per *dict. text. in cap. statutum. §. nos igitur.* ubi multa adfert Dec. ibi in confirmationem eorum, quæ diximus, quæ omnino sunt notanda.

3 Hinc etiam fit (ut ad nostram materiam propiùs accedamus) quòd si Rex concedit locum, aut Castrum cum jurisdictione simpliciter, non censetur dare privativè respectu ipsius Regis & suorum officialium, & magistratuum, & aliorum ministrorum, sed cumulativè; & ob id præses cujuscumque provinciæ (quos vulgariter *Corregedores das comarcas* vocamus) concurrere poterit cum auditore donatarij, quem ipse in loco suæ jurisdictionis constituit, quamvis auditori sit concessum, ut possit exercere aliquos actus correctionis, quia nihilominus corrector illos exercebit, & erit locus præventioni, v. g. si intraverit aliquem locum donatarij, & electionem officialium illius anni non invenerit factam, poterit etiam tunc corrector illam facere, ut in facto vidi judicatum. Quod intelligendum est & ampliandum, etiam si à Rege domino loci concessum sit, & donatum, quòd possit ejus auditor uti, in locis suæ jurisdictionis, seu auditoriæ; ijs omnibus, quibus utuntur prædicti correctores Regij in locis suæ jurisdictionis, juxta Ordinationes Regias, ut habent aliqui domini terrarum, in hoc regno, & ego vidi in aliquibus donationibus: hæc enim jurisdictio etiam concessa est donatario, & ejus auditori cumulativè, & non privativè, per jura suprà allegata; nec est cur in hoc casu diversa sit ratio, ac in priori; unde si corrector intraverit locum donatarij alicujus, & invenerit electiones officialium non factas, & inquisitiones non factas, etiam hoc & illud faciet, & sic de alijs similibus, ut superiùs diximus.

4 Hoc confirmatur ex doctrina Bart. *in l. Quoties §. ult. D. de admin. tutor.* ubi dicit, quòd in his, quæ possunt esse apud plures in solidum, ut est jurisdictio, non videtur ademptum uni, quod est alteri concessum: ex quo infert, quòd si aliquis ad regendam terram, vel Castrum (quæ vel quod de novo adjungitur territorio civitatis) deputatur singularis rector, quòd nihilominus generalis rector, id est, potestas, habet in illa terra vel Castro jurisdictionem, ad quod adducit in arg. text. *in d. l. quoties. §. ultim. supra allegato.*

5 Ad idem facit, quod idem Bartol. adnotavit per illum text. *in d. l.1. C. de offic. præfect. urb.* quòd licet in civitate fiat unus officialis specialis super damnis datis, ex superabundantia, non tamen per hoc tolletur jurisdictio, quam habet potestas, qui habet generalem jurisdictionem. Idem tenet Aug. *in Authent. ut defuncti, seu funer. eorum. colum.5. & in l.3. § illud. Cod. de canon. largit. libr.10.* licet ibi non satis firmet. sequitur, & refert Gondiçallus à villa Diego *in tract. de leg. quæst.8. colum.2. num.10. 11. & 12.* ubi ad hoc citat text. *in d. l.1. C. de offic. præfect. urb.* & text. juncta Gloss. *in l. magisteria. C. de jurisdict. omnium judic.* & ibidem prædictus Gondiçallus limitat istam doctrinam aliquot modis.

6 Quorum primus est, quando species jurisdictionis, quæ specialiter conceditur, est diversa species juris-

jurisdictionis à priore generali; puta, quia prior est legati, qui ordinariam habet. *cap. 2. de offic. leg. lib. 6.* altera delegata: quo casu legatus non potest se intromittere de causa delegata, quia censetur privativè commissa per text. *in d. c. studuisti. de offic. deleg.* secus autem, quando utraque esset ordinaria, quia tunc intelligitur cumulativè concessa per suprà dicta secundùm Gondiçall. *ubi suprà, num. 12.* ubi inquit, quòd sic intelligeret illam materiam, & ita dicit tenere Bald. *in l. unica. §. ubi autem, C. de caduc. tollend.* Ex quo infert, quòd si uni datum est imperium, alteri cognitio civilis causæ, unus non se poterit de jurisdictione alterius intromittere, per *l. solemus §. latrunculator. D. de judic.*

7 Limitat. 2. Ubi jurisdictiones sunt divisæ per summas, ut notatur *in l. placet. C. de pedan. jud.*

8 Limitat. 3. Ubicumque jurisdictio est concessa uni, ita quòd eam solus exerceat, & ponit exemplum in judice insinuationum, juxta formam statuti.

9 Limitat. 4. Quando in favorem particularis personæ deputatur judex specialis, ut puta, dicit statutum, quòd de causis hospitalis, domus misericordiæ, summariè cognoscat collateralis potestas, quia tunc ille solus potest cognoscere, & ita dicit sentire Jacobum de Arena *in l. quod in rerum, §. si quis, de legat. 1.* & subdit Gondiçall. *ibi n. 13.* quòd ratio est, quia ista commissio nedum est in specie, sed in individuo. Sed ego dubito de hoc, quia licet detur potestas cognoscendi summariè, tamen datur ad universitatem causarum, datus autem ad universitatem causarum, vel est ordinarius, vel delegatus, qui ordinario æquiparatur quoad hoc, & ita intelligit *d. cap. studuisti*, idem Gondiçall. *ubi suprà, num 14.* qui allegat text. *in d. cap. per hoc de haret. lib. 6. in princip.* & ibi Gloss. quæ sic limitat *d. cap. studuisti*, unde in exemplo judicis hospitalis videtur, quòd judex fuit delegatus, & non ad universitatem causarum, aut fuit datus privativè, aliàs in dubio censebitur cumulativè datus.

Hinc infertur ad jurisdictionem datam judicibus pupillorum, seu orphanorum, judicibus Coronæ, & patrimonij Regij, judici causarum Indiæ, judici Cancellariæ, conservatori Germanorum, conservatori monetariorum, & similibus, ut ex supradictis intelligamus, an cumulativè jurisdictio data ijs censeatur?

10 Illud adde, quòd si aliquis citra Episcopum præscripsit jurisdictionem Episcopalem in aliqua parte suæ diœcesis, & quæratur utrùm in dubio videatur præscripsisse non exclusivè ad Episcopum, sed ut quilibet possit exercere, & locus sit præventioni? dicendum erit, quòd cumulativè, secundùm Hostiens. & Joannem Andr. *in d. cap. pastoralis, de officio ordinarij.* quorum opinionem menti tenendam, & ab ea in praxi non recedendum, dixit Abb. *num. 7.* ubi etiam dicit quòd hæc est pulchra quæstio, licet ibi in contrarium inclinet, maximè ubi præcessit Episcopi contradictio, & secuta fuit nihilominus præscriptio.

11 Ex his resolutio est, quòd in dubio Rex concedendo Castrum, aut oppidum cum jurisdictione simpliciter, non intelligitur in dubio concedere privativè, sed cumulativè respectu suorum officialium: Avendan. *de exequend. mandat. 1. parte, cap. 1. numer. 31. & cap. 19. in princip.* maximè data negligentia dominorum. Avendan. *ubi supr.* Ordin. *libro 3. titul. 71. Paragrapho penult. & ultim.* Si tamen Rex id expressè concedit privativè, non est, quòd in claris, conjecturis opus sit. *l. continuus. D. de verborum.* Verum tamen est, quòd aliquando Rex concedit, & donat, quòd corrector alicujus provinciæ, seu *da comarca*, non intret aliquem locum alicujus donatarij; & tamen excipit, *salvo se for per nesse mandado*, ut ego vidi in aliquibus donationibus. Et in hoc regno regulariter in dubio 12
censetur jurisdictio data privative in prima instantia, cum appellatione ad Regem, & avocatione in casibus curiæ; & quòd id possit Rex facere, vide Avendan. *de exequend. mand. cap. 1. num. 19. in princip.* Et sic judicatum fuit in senatu, de quo inferiùs agemus latiùs.

DECISIO XIV.

Per quæ verba censeatur donata à Rege potestas providendi, seu præsentandi ad officia Tabellionum.

SUMMÆ.

1. *Donatio jurisdictionis simpliciter concessa, regulatur juxta Ordin. libr. 2. tit. 45.*
2. *Ordin. nullam jurisdictionem concedit, nisi illam qua clarè & nominatim expressa est in donatione.*
3. *Data officiorum tabellionum concessa non intelligitur, nisi id verbis expressis in donatione contineatur.*

Provisiones officiorum nomine donatarij fieri non debent, licet eis in donatione potestas providendi, & præsentandi ad talia officia, concedatur. Ibidem.

Potestas hæc præsentandi, quando censeatur donata. Ibidem.

4. *In materia jurisdictionis, seu jurium Regalium donatarius plus habere non potest, quam quod ei in donatione expressè & clarè concessum sit.*

Expressum non dicitur, quod comprehenditur sub verbis generalibus. Ibidem.

5. *Quando lex requirit alicujus rei expressam mentionem, non sufficit quòd tacitè, aut intellectualiter, sive per consequentiam, & generalitatem verborum comprehendatur, & num. 6.*

Ubi jura dicunt, quòd aliquid specialiter exprimatur, non sufficit illud exprimere in genere. Ibidem.

7. *Quando tractatur de re aliqua odiosa, requiritur expressio verborum, alias de ea actum esse non intelligitur.*
8. *Quando lex requirit expressionem, ut magis liqueat de mente & voluntate concedentis, seu disponentis, non sufficit tacita comprehensio.*

Quando lex concedit instrumentis publicis executionem, quatenus in eis aliquid exprimatur, non censetur id concessum, quando tacitè id in eis comprehenditur. Ibidem.

9. *Jus supremæ potestatis, & correctionis, non sufficit quòd in donatione tacitè à Rege auferatur, sed necessario requiritur, ut expressè declaretur.*

Qua

Quæ valdè notabilia sunt, non censentur comprehensa, nisi specialiter, & nominatim exprimantur. Ibidem.

1 DOnationem fecit Rex cuidam nobili de oppidis quibusdam simpliciter, absque aliqua declaratione jurisdictionis: petiit is nobilis à Rege, ut fieret declaratio, quam jurisdictionem per talem donationem in prædictis oppidis exercere deberet; consulti à Rege fuerunt Senatores palatij, qui responderunt per talem donationem nullam aliam jurisdictionem ei concessam fuisse, nisi illam, quæ juxta Ordin. Regiam *lib. 2. tit. 45.* donatariis competit & personis, quibus Rex similes donationes facit. Juxta hanc Senatorum Palatij responsionem illi fuit data provisio, & additum fuit, quòd officiales Illorum oppidorum donatarij nomine vocarentur, id est, *que se chamassem por elle.* Hoc obtento, petiit iterùm à Rege, ut illi concederet datam officiorum, frustrà enim officiales ejus nomine vocarentur, si ipse talia officia non provideret, & erat maximum absurdum. Iterùm consultati fuerunt Senatores Palatij, qui voluerunt audire procuratorem Regiæ Coronæ, is autem respondit:

2 Per talem donationem priorem, nullam tali nobili jurisdictionem datam fuisse, cùm ei nihil aliud concessum fuisset, nisi tantùm jurisdictionem regulatam, secundùm Ordin. Regiam superiùs allegatam: Ordinatio autem nullam jurisdictionem concedit, nisi illam, quæ in donationibus clarè, & nominatim expressa est. Cùm autem in portaria, seu data, nulla mentio facta esset jurisdictionis in individuo, nulla censeri debet tali nobili data jurisdictio, & per consequens, nec præsentatio ad officia: & cùm officiales præsentare non possit, nec providere de officiis, non erat dicendum Regem illi donasse, ut officiales donatarij nomine vocarentur, nisi tantùm, quo casu talis donatarius eos præsentaret, & provideret de illis officiis. Quod conducit ad intellectum. Ordin. *lib. 2. tit. 45. §. 3. & §. 16. ad finem.*

Et circa hoc, & intellectum Ordin. *dict. titul. 45. §. 16.* ibi, *não os darão per suas cartas*, incidit quæstio in senatu, quæ talis est: Rex donavit cuidam nobili oppida quædam, declarando, quòd illa ei donabat cum omnibus suis pertinentiis, jurisdictione, & dominio, & cum patronatibus Ecclesiarum ad Regem spectantibus in illis oppidis. Dubitabatur, an per hæc verba Rex donasse visus esset datam tabellionum, id est, ut officia tabellionatus provideret donatarius Regis?

3 Et videtur, quod data prædictorum officiorum non censetur concessa, ex eo scilicet, quia nullum verbum reperiebatur in donatione, ex quo hoc colligi possit, præter verbum illud, *Cum jurisdictione*, at Ordin. nostra dicit, quod quando simpliciter donatur jurisdictio alicujus loci, seu oppidi, & non fuerit expressa jurisdictio, quam donatarius exercere debet, quod hoc casu donatarius eo modo jurisdictione utatur, ut declaratur in Ordin. *tit. 45. §.* incipit, *Os Duques*, & sequentibus, ubi jubet, quod tabelliones donatarij nomine non vocentur, nisi hoc eis in donatione expressè concedatur; & per consequens probare videtur, quod donatarij non possunt talia officia providere, nisi id in donatione verbis expressis contineatur, quod meliùs, & apertiùs probatur, ex Ordin. *d. tit. 45. §. 16.* incipit, *& as pessoas a que for*, qua cautum est, ne provisiones officiorum, nomine dominorum terrarum fiant, licet in suis donationibus & privilegiis donata eis sit potestas providendi talia officia, sed quod tenentur & debent eligere personas idoneas, & illas ad officia præsentare; quæ tamen potestas præsentandi illis solùm censetur donata, quorum donationes & privilegia fuerint confirmata: atqui in nostro casu talis donatio, nec privilegium extabat, in quo expressim declaratum esset, ut officia donatarius possit providere; igitur, &c.

Accedit, quòd in materia jurisdictionum, seu 4
jurium Regalium donatarius plus habere non potest, quàm quod nominatim, & expressim ei in donatione concessum sit, ut probat Ordin. *d. tit. 45. §.* ibi, *expressamente lhe for outorgado.* Ceterùm quando lex formaliter requirit alicujus rei expressam mentionem, non potest dici expressum, ut legi satis fiat, quod comprehenditur sub verbis quantumcumque generalibus, ut est Gloss. *verbo, expresse. cap. inquisitores, de haret. lib. 6. & in clem. 2. vers. expressè de prabend. lib. 6.* & mihi satis id probat Ord. *hoc titul. in §. 8. 9. & 10. ver. E quanto*, ibi, *em que expressamente for declarado.* junctis illis verbis inferius positis, ibi, *por nenhũas clausulas nem palavras, quanto quer que forem geraes*, & illam Glossam *cap. inquisitores.* secutus est Felin. *in cap. translato. col. 3. n. 5. vers. secundus casus.* ubi resolvit, quod ubicumque lex requirit expressam mentionem, non sufficit quod illa tacitè, aut intellectualiter, sive per consequentiam, aut generalitatem verborum comprehendatur, per dictam Gloss. & quæ scripsit Dominic. *in cap. humanum genus. 1. distinct.* super Gloss. *verbo, prohibetur. colum. 5.* Et facit etiam quod ubi jura dicunt, quod aliquid exprimatur specialiter, non sufficit illud exprimere in genere, ut per Afflict. *decis. 44. num. 12.* per notata *in cap. qui ad agendum. de procurat. libr. 6. & in l. 2. D. si quis cautionibus.*

Item facit, quod non videtur satisfactum legi, 5
ubicumque lex requirit aliquid specialiter exprimi, seu expressim, si id fiat verbis generalibus, ut inquit Angel. *in Authent. de hered. & Falcid. §. si verò expressim.* & plures quos citat, & sequitur Afflict. *decis. 44. num. 13.* ubi illum omnino videas bene declarantem, & superiùs latè diximus.

Quibus adde, quod quotiescumque lex aliquid 6
expressè fieri requirit, non sufficit tacitè fieri secundùm Alciat. *in l. cùm quis, n. 25. D. si cert. petat.* secutus Jas. *in l. prator. in principio. D. de novi oper. nunt.*

Item lex aliquando requirit hujusmodi verbo- 7
rum expressionem, quia de re aliqua odiosa tractatur, de qua verisimile sit in dubio actum non esse, & tunc non sufficit tacita comprehensio, ita Alciat. *ubi supra, num. 20. & sequent.* per Gloss. *cap. 2 de schismat.* hic autem agitur de correctione Regali alienanda, quod summè odiosum est, & prohibitum, ut videre est ex Ord. *hoc tit. 45 § 8. & seqq.* ergo non sufficit tacitè induci talem alienationem.

Præterea, aliquando lex requirit talem expressio- 8
nem, ut ex ea magis liqueat de mente, aut voluntate disponentis, seu concedentis; & tunc etiam non sufficit tacita comprehensio, secundùm Bald. *in leg. si quotidianum. C. de legat.* sequitur Alciat. *ubi supra, num. 25.*

num. 25. Quod etiam ex eo confirmatur, quod si lex concedit instrumentis publicis executionem, quatenus in eis aliquid expressum est, non censebitur id concessisse eorum respectu, quæ tacitè in eis continentur, secundùm Anton. Imol. & Felin. *in cap.* 3. *col.* 2. *de constitut.* & Decium *in d. l. cùm quis.* quos ibi *num.* 24. citat, & sequitur Alciat. At lex hîc requirit talem verborum expressionem, ad hoc, ut magis liquidò appareat de mente, aut voluntate Regis concedentis, aut disponentis, igitur, &c.

9 Item, aliquando lex requirit talem expressionem, quia agitur de tollendo priore jure. ita Alciat. *ubi supra, n.* 21. per *l. fin. C. de novation.* idque confirmat *n.* 22. & hîc lex requirit hujusmodi expressionem, quia agitur de abdicando, & tollendo jure correctionis ab ipso Rege, quod ab eo abdicari in totum non potest, ut est Ordin. *in d. §.* 10. ergo non sufficit, quod tale jus, & tam suprema potestas à Rege tacitè auferatur, nec aliter, quàm per expressam talis abdicationis declarationem. Quò pertinet illud, quod dici solet, quod ea quæ valdè notabilia sunt, non censentur comprehensa, nisi speciatim & nominatim exprimantur. *l. apud Labeonem. §. hoc edictum. vers. ea enim. D. de jurejur.* imo omissa intelliguntur. Gloss. *cap.* 2. *de prabend. lib.* 6. Gomez *in rubr. de infirmis resignat. quæst.* 3. *in princip.*

DECISIO XV.

Attentatum an dicatur committi à Rege, qui, finita instantia, recuperat jurisdictionem castri detenti à Prælato ejus vasallo, sine Regia donatione, aut simili titulo. Et an dicatur attentatum, si id faciat idem Rex, lite pendente.

SUMMÆ.

1. *Lite pendente nihil potest innovari, nec aliquis à sua possessione amoveri.*
2. *Rex habet fundatam intentionem in omnibus civitatibus, oppidis, seu castris sui regni, & jurisdictio ab illo, tamquam e fonte emanat.*
3. *Rex potest cogere dominos terrarum, ut ostendant titulos suos: quòd si id non faciant, potest eos privare castris, & jurisdictione.*
4. *Donatarij spoliati dici non debent, nec restitui, si Rex capiat possessionem, non ostenso titulo.*
5. *Qui habet possessionem infectam, & damnatam à lege, cum decreto irritante, non restituitur, ut spoliatus.*
6. *Prælati non sunt restituendi adversus Regem, possessionem sæcularem recuperantem, si expressum titulum non præsentaverint, per quod evidenter & notoriè constet, quod jurisdictionem sæcularem legitimè sint assecuti.*

   Possessor qui possidet vi, clam, aut precariò, vel contra quem facit jus commune, potest, etiam lite pendente turbari, & violenter expelli. Ibid.

   Rex non dicitur spoliare vasallum, quando utitur jure suo, nec intervertere possessionem, si utatur sua Regali potestate. Ibid.
7. *De jure communi instantia censetur perempta, si per triennium lis cessaverit: de jure autem Regio, elapso semestri, seu anno, postquam conclusum est in causa.*
8. *De jure communi finita instantia per lapsum temporis, pereunt omnia acta respicientia ordinem judiciarium, & de novo incipere necesse est: non idem de actibus respicientibus decisionem causæ.*
9. *De jure nostri Regni acta judicij non pereunt, sed sola citatio, quæ necessariò de novo fieri debet, & idem si morte litigantis instantia perierit.*
10. *Lis à contestatione dicitur incipere, secundùm communem.*
11. *Limitatur communis opinio, ut non procedat, ad effectum causandi vitium litigiosi: nam ad hoc, dicitur incipere à citatione, qua pendente nihil innovatur.*
12. *Si causa per semestre tacuerit, citatio extinguitur, & jam non dicitur litis pendentia.*
13. *Citatio non legitimè facta, non inducit litis pendentiam, & actor potest recuperare possessionem absque vitio attentati.*
14. *Citatio circumducta non inducit litis pendentiam, nec arctat citatum, imò redditur inefficax, & invalida.*
15. *Pendente lite, Reus rem litigiosam alienare non potest, nec actor reum sua possessione privare.*
16. *Finita, aut perempta instantia per lapsum temporis, non dicitur lis pendere, ad inducendum vitium litigiosi, nec etiam ad inducendam prohibitionem, ne aliquid innovetur circa rei possessionem.*

   Res super qua est contentio, perempta instantia potest alienari, quæ tamen ea pendente alienari non potest. Ibid.
17. *Ubi actum est nomine dignitatis, aut Ecclesiæ, instantia activè, & passivè transit in prælatum successorem: quòd si successor reus fuerit, de novo debet citare, alias non dicitur litis pendentia, nec attentatum, si aliquid innovetur.*
18. *Attentatum lite pendente, revocari debet: secus si clarè, & notoriè constet de non jure petentis revocationem.*
19. *Attentatum, pendente lite, regulariter revocatur: maxime si illicitè fuerit attentatum.*
20. *Ubi dantur diversa remedia ad unum consequendum, uno electo, alterum non tollitur.*
21. *Rex licitè capit possessionem castri d'Albandra, de novo tamen, de Regia liberalitate donationem fecit Archiepiscopo, & Ecclesiæ Olyssipponensi.*

CUm Archiepiscopi Olyssipponenses essent in possessione Castri d'*Albandra*, & jurium Regalium, & jurisdictionis civilis, & criminalis, nec Præses provinciæ ibi correctionem faceret; tempore Iffantis Alfonsi Cardinalis, & Archiepiscopi Olyssipponensis de mandato Regis Joannis felicis memoriæ hujus nominis tertij, ejus fratris; procurator Regiæ Coronæ in jus vocavit coram judice Regio Senatus supplicationis prædictum Cardinalem, super prædicto castro d'*Albandra*, & ejus jurisdictione: oblatoque libello pro parte prædicti Cardinalis, opposita fuit exceptio incompetentiæ, quæ ei admissa non fuit, & pronuntiatum, quod respondere tenebatur in judicio Regio, cùm ageretur de jurisdictione Regia: de quo nos inferiùs latiùs agemus.

Hoc

Hoc tempore mortuus est Cardinalis Alfonsus, & successit in Archiepiscopatu Olyssipponensi Dominus Ferdinandus de Meneses, translatus ex Episcopatu Lamacensi, qui impetravit à Rege Joanne provisiones aliquas, ut lis quiesceret aliquo tempore, & numquam libellum pro parte procuratoris Regiæ Coronæ oblatum contrariavit, sed petiit tempus ad deliberandum, & simul exceptiones opposuit, quibus contendebat Capitulum Sedis Olyssipponensis esse ad causam vocandum, eò quod agebatur de ejus interesse; vacante namque sede, Capitulum exercet jurisdictionem *cap. 2. de sede vacant.* Et cùm lis hæc inciperet anno 1537. exceptiones hæ fuerunt oppositæ in mense Novembris anno 1546. & postea tacuit lis, & non ampliùs prosecuta fuit, & est processus apud scribam processuum Regiæ Coronæ.

Cùm Rex Philippus bonæ memoriæ succederet in hoc Regno, electúsque Archiepiscopus Olyssipponensis Donus Georgius de Almeidas, jussit Rex, ut ejus procurator litem cœptam prosequeretur: & cùm hoc tempore mortuus esset prædictus Archiepiscopus, voluit Rex, ut pro parte Regiæ Coronæ possessionem caperet præses illius provinciæ, prædictæ jurisdictionis. Dubitatum fuit, an id possit Rex jubere?

1 Et videbatur, quod non. Nam lis pendebat, qua pendente, nihil innovandum est, id est, non potest quis amoveri à sua possessione, ut est text. juncta Gloss. *verb. innovari in Clement. 2. ut lite pendent.* Et si amovetur, debet restitui, ut spoliatus, via attentatorum, ut per Rotam novam *decis. 4. alias 57. ut lite pendent. & in tit. de restitut. spoliat. decis. 2. alias* 14. refert Alex. *cons.* 130. *n.* 5. *lib.* 4. Dec. *cons.* 460. *numer.* 19. *vers. nec obstat.* Menoch. *de recuperand. possess. rem.* 17. *à num.* 38.

2 Quo tamen non obstante, visum est, posse Regem id facere: ratio erat, quia numquam Archiepiscopi donationem, nec titulum ostenderunt, quibus eis Castrum, & jurisdictio donata esset: cùm autem Rex intentionem suam fundatam habeat in omnibus civitatibus, oppidis, & castris sui Regni, & in illo tamquam in fonte sit jurisdictio, & ab illo emanet. *cap. in apibus.* 7. *quæstione* 1. resolvit Chassanæus *de Burgund. rubr.* 1. *numer.* 101. *cum sequentib.* Alciat. *l.* 1. *in principio num.* 15. *D. de acquirend. possess.* Covartuv. *practicarum cap.* 1. *num.* 10. *conclus.* 10. Alvar. Vaz *de emphyt. quæst.* 8. *num.* 21. *cum sequentibus*, nil mirum, si non ostenso titulo, possit Rex possessionem castri, & jurisdictionis capere.

3 Quod adeò verum est, ut possit Rex cogere dominos terrarum, ut ostendant titulos suos, & donationes, & inquit Boër. *decis.* 8. quod non est audiendus ad vocatus contrarium allegans, idem tenet Avendan. loquens in regno Castellæ, *de mandat. Princip. cap.* 1. *num.* 7. & loquens in nostro regno Vaz. *ubi suprà, d. quæst.* 8. *num.* 21. *ad fin.* qui omnes inquiunt, quod si domini terrarum non ostenderint titulos, & donationes suas, Rex illos privare possit castris, & jurisdictione, quousque de titulis doceant.

4 Et hinc inferunt suprà allegati, quod non possunt tales dici spoliati, nec restitui debent, cùm non ostensis titulis constet de notorio defectu proprietatis: resistit namque jus commune, quo Rex fundatam habet intentionem, ut suprà diximus. *cap. ad decimas, de restitut. spoliat. lib.* 6. & est text. *in cap.* 1. *quæ sint Regal.* tenet Palat. *in repet. cap. §. sed est pulchra dubitatio. notab.* 2. *§.* 1. *numer.* 43. Soares *allegat.* 7. *colum.* 2. Covarr. *in regula, possess.* 2. *part. §.* 3. *de reg. jur. lib.* 6.

Quod in nostro regno fortiùs procedit Ordin. 5 namque *lib.* 2. *tit.* 45. *§.* 55. *&* 56. damnat omnem possessionem in jurisdictionalibus absque titulo: quo casu cùm detur talis reprobatio facta à lege, eum decreto irritante, adeò inficitur possessio, ut spoliato non detur ejus restitutio, propter infectam, & damnatam possessionem, ex Rot. antiquori 4. & antiqua 56. & in nova 16. *de restitut. spoliat.* sequitur Vaz. *ubi suprà, num.* 27. post alios, quos citat.

Ad argumentum autem, quod conficiebatur, nempe committi attentatum pro parte Regis, cùm pendente lite, privetur Archiepiscopus sua possessione, quo casu remedio attentatorum restituendus priùs est, per notata *ad cap. non solùm de appellat. l.* 6. *& in cap. Ecclesia S. Mariæ, ut lit. pendent. Clem.* 2. *eod. titul.*

Respondebatur, quod hoc locum non habet in 6 Rege, qui recuperat jurisdictionem sæcularem, quam prælati possident in tertis aliquibus, super vasallis Regis, cùm titulum expressum non præsentaverint: tunc namque restituendi non sunt, nisi evidenter ostenderint, quòd jurisdictionem talem legitimè sint assecuti, quia præsumuntur eam injustè occupasse in loco, & personis Regi subjectis, ut tenet Palat. in specie *in repetit. cap. notab.* 2. *Paragrapho sed est pulchra. numer.* 43. *vers. unde si Rex.* ad quod allegat text. *in d. cap. ad decimas, & in cap. cùm persona. de privileg. l.* 6. per quem infert notabiliter, quòd possessor, contra quem facit jus commune, etiam lite pendente, possit turbari, & violenter expelli, sicut qui possidet vi, clam, aut precario, in cujus confirmationem allegant Anchar. qui id ita dicit *in d. cap. cùm persona, notab.* 11. Coadjuvatur hoc ex notabili dicto Baldi *in l.* 2. *C. de servitut. colum.* 5. & 8. quod Rex non dicitur aliquem vasallum spoliare, quando utitur jure suo, nec intervertit possessionem possessoris, quando sua utitur Regali potestate.

Secundò respondebatur, hoc casu dici non posse 7 litem pendere propriè, nam de jure communi instantia perit, si per triennium lis tacuit, *l. properandum, in principio. C. de judic.* & in hoc nostro regno, elapsis sex mensibus, seu anno, postquam conclusum est in causa, juxta Ordin. *lib.* 3. *tit.* 1. *§.* 15. Et diximus 1. *part. decisionum decis.* 181. & sic triennium juris communis, apud nos redactum fuit ad sex menses, & ad annum, per ea quæ tradit Bald. *in d. l. properandum. num.* 6. & in omnibus his casibus instantia finitur.

Attamen, etiamsi de jure communi, finita, aut 8 perempta instantia per lapsum temporis, pereant omnia acta judicij, id est, respicientia ordinem judicij, qualia sunt citatio, libellus, litis contestatio, terminus probatorius, satisdatio, & alij similes actus, licet non pereant acta respicientia decisionem causæ, qualia sunt, probatoria, ut videtur probate text. *in d. l. properandum, in §. & si quidem.* & ibi Gloss.

Gloss. & DD. & est vera, & communis conclusio,
secundùm Marant. *de Ordin.judic.part.5.judicium,
lis, causa, instantia.num.55.* ubi multos Doctores
citat. Adeò, ut necessum sit de novo incipere, &
novam facere citationem, & novum offerre libel-
lum, & repetere omnia alia acta ordinis judicialis,
ut per eumdem Marantam *ubi suprà, d.num.55.&
num.42.& num.2.*

9 Tamen, de jure nostri Regni acta non pereunt,
sed sola citatio, quæ de novo fieri debet, & ante-
quam fiat, non potest lis currere, ut disponit Or-
din. *ubi d. suprà, d.§.15.* Et idem requiritur de jure
regni, ubicumque instantia perit morte alicujus ex
litigantibus, ut in Ordin. *lib.3.tit.27.§.2.& tit.82.
in princip.*

10 His suppositis, respondendo ad argumentum
dicebatur, quod etiamsi regulariter lis dicatur in-
cipere à litis contestatione, ut per Marantam *ubi
suprà, num.64.* qui communem dicit, ea Cyno,
Bartol. Angel. Alexand. & Jason. *in l. causas, C.de
transaction.*& probat.text. *in cap. super quæstionum.*
juncta gloss. ibi, *verbo, litis exordium de officio de-
legat. & c. ex parte.* O.3. *de verborum significat.* &
idem tenet Felin. *in dict. cap. super quæstionum. co-
lum.4. & sequent.* reprobata Gloss. *in d. l. causas.*
quæ tenuit, quod lis incipiebat ante litis contesta-
tionem.

11 Limitatur tamen hæc communis opinio, ut non
procedat ad effectum causandi vitium litigiosi,
aut litis pendentiam; ad hunc enim effectum lis
dicitur incipere à citatione, ut declarat Felin. *ubi
suprà,* quem sequitur Maranta *dict. numero 65.* fa-
cit & text. *in Clement. 2. ubi lite pendent.* qui text.
expresse requirit citationem partis, & quæ sit fa-
cta de mandato judicis competentis, de quo per
Dec. *cons.460. colum. penult. in fin.* & Aleaand.
cons.130. colum 4. num. 5. libr.4. & hæc talis litis
pendentia operatur, ut nihil interim innovari possit,
id est, non possit is, cum quo lis est, à possessione
sua amoveri, ut expouit Gloss. *verbo, innovari. in d.
Clement. 2.*

12 In casu verò, de quo agimus, non aderat citatio;
prior enim jam per lapsum semestris extincta fuit,
& periit instantia, & non potest lis currere absque
nova citatione. Ordinat. *dict.libro 3.titul.1.§.15.*
tradit notabiliter Marant. *ubi suprà, d. num.55. ad
fin.* Si igitur instantia periit per lapsum temporis,
& citatio deficit; necessariò dicendum est, quod non
pendet lis, nec dicitur litis pendentia, quod erat
intentum.

Confirmatur & hoc, quia licet citatio inducat
13 litis instantiam, ut *in dict. Clement. 2.* tamen hoc
non procedit, ubi citatio non fuit legitimè facta,
ut concludit Dec. *dict. cons 460. à num.25.* ubi à
Papa fuit facta commissio sub hac forma: *Constito
summariè de non tuto accessu, citet, inhibeat, &c.* &
quia hæc rescripti forma non fuit servata, nec priùs
constitit de non tuto accessu; ideò dicit Decius,
quod dicta citatio, tamquam minùs legitima non
inducit litis pendentiam: & poterit nihilominus
actor possessorem conventum amovere à possessio-
ne, & illam recuperare absque vitio attentati, ut
concludit eo loci Decius. Si ergo ubi citatio sit
facta, si tamen non est legitimè facta, non inducit
litis pendentiam, quantò minùs debet illam indu-
cere, ubi citatio, quæ facta fuit, nulla est & inva-
lida, & sine aliquo effectu, eò quod instantia finita
fuit.

Item confirmatur hæc pars, quia, ubi citatio fuit 14
circumducta, puta, quia actor non comparuit in
termino citationis, non inducitur litis pendentia,
quia talis citatio redditur inefficax: & ideò non
arctat citatum, sed est reiteranda, ut illum possit ar-
ctare, secundùm Guilhelm. *in l. sicut. Cod. de præ-
scriptionibus 30. vel 40. annorum.* quem sequitur
Felin. *in cap. illud. colum. 4. de præscript.* & cùm
citatio, perempta instantia per lapsum temporis,
manet etiam circumducta, quia periter est invalida,
& inefficax, & ideò reiteranda; idem dicendum est
de illa, ut non inducat litis pendentiam, ut eam non
inducit citatio circumducta.

Confirmatur & hoc alio fundamento, quia 15
quemadmodum litis pendentia impedit, quod res
litigiosa alienari non possit, *ut per totum titul. D.
& Cod. de litigiosis.* Ordin. *libro 4.titul.10. per to-
tam.& §.3.& sequentibus.* ita etiam impedit, quod
inter litigantes nihil innovari possit, id est, ut pos-
sessor sua possessione privari non possit, nec illa spo-
liari, probat text. *in dict. Clement.2.* juncta Gloss.
verbo, innovari. ut lite pendente. cujus Gloss. memi-
nit Aleaand. *dict. consil. 130. colum.4. numero 5.* &
ita quemadmodum reus rem litigiosam non po-
test alienare, ita actor reum sua possessione privare
non potest.

Tunc sic, finita, aut perempta instantia, per lap- 16
sum temporis, non dicitur lis pendere, quoad in-
ducendum vitium litigiosi; ergo nec etiam ad in-
ducendam prohibitionem, ne aliquid innovetur
circa rei possessionem. Assumptum, seu antece-
dens probatur per Gloss. 1. *in l. 1. Cod. de præscript.
longi tempor.* quam ibi sequitur Paul. & Salicet.
Alexand & Jason. *in l.2.* uterque *numero 19. Codic.
de edendo.* & ibi inferunt, quod finita instantia po-
terit res alienari, super qua est contentio, quæ
tamen ea pendente alienari non poterat, idem tenet
Bartol. *in l. fin. C. de litigiosis, & in l. 1. Paragrapho
fin. D. eod. titul.* & hæc est communis & verior
opinio contra Gloss. *in l. properandum, §. 1. verbo,
judicij. C. de judic.* & sic benè sequitur, quod finita
instantia cessat vitium litigiosi, & consequenter li-
tis pendentia.

Ulteriùs, post inceptam litem mortuus fuit Car- 17
dinalis Alfonsus, & postea Donus Ferdinandus de
Meneses, & Donus Georgius d'Almeida Archi-
episcopi Olyssipponenses; & quamvis ubi actum
est nomine dignitatis, aut Ecclesiæ, instantia acti-
vè & passivè transeat in prælatum successorem, se-
cundùm Abb. *in cap. quia V. de judic. colum. pen. vers.
tertius casus.* sequitur ibi Dec. *numer.8.* post alios,
quos citat; tamen omnes sentiunt, quod iste suc-
cessor, si reus fuerit, debet de novo citari, & idem
videtur probare Ordin. *lib.3.tit.27. in principio, &
tit.82. in princ.* quod cùm factum non fuerit, non
potest dici, quòd lis pendeat; nec dici attentatum,
si nomine Regis fuerit capta possessio Castri *d'Al-
bandra,* & jurisdictionis.

Confirmatur & hoc, nam etsi attentatum, lite 18
pendente, revocari debeat, id procedit, nisi clarè
& notoriè constet de non jure petentis revoca-
tionem; quia notorius juris defectus, ex parte pe-
tentis

tentis revocationem attentatorum, ipsorum revocationem impedit, ut est Rotæ decisio in novis *decis.* 2. *aliàs* 14. *de restit. spoliat.* & ibi ejus additio. *numer.* 4. ubi allegat Joannem Monachum *in cap. cupientes, de electione, lib.*6. *& aliam decis.*7. *de probat.* Hic autem constabat notoriè de non jure Archiepiscopi, & de jure Regis, qui habet fundatam intentionem in omnibus oppidis, & Castris sui regni, ut superiùs diximus.

19 Ultimò confirmatur, nam etsi attentata, lite pendente, revocentur regulariter. *d. cap. non solùm, de appellat. lib.*6. & superiùs diximus, hoc intelligitur, quando illicitè fuerunt attentata, ut notatur per Gloss. *in verbo, reducendum in d. cap. non solum.* tradit *in notab.* Dec. *d. cons.*460. *num.*19. Unde cùm Rex, non ostenso titulo donationis, aut alio simili per Archiepiscopum de Castro hoc, & jurisdictione illius possit illud recuperare; bene sequitur, quod hoc poterit etiam licitè facere, lite pendente, absque vitio attentati.

20 Et quamvis à principio Rex id possit facere, & tamen voluit ordinario judicio potiùs agere, non ob id visus est renuntiare remedio extraordinario capiendi possessionem propria auctoritate, eò quod sunt diversa remedia; & uno electo, alterum non tollitur, ut eleganter tradit Dec. *d. cons.* 460. *à num.* 6. Deinde hæc remedia non sunt contraria, sed diversa, cum ad eumdem finem tendant, recuperandi scilicet possessionem jurisdictionis, & Castri: unde cùm utrumque sit in favorem actoris, unum per aliud non tollitur, ut concludit Bartol. *in l. consentaneum, colum. fin. C. quomodo, & quando judic.* probat Dec. *ubi supra, numero* 9. faciunt tradita per DD. *in l. non codicillariter.* ubi Bartol. *C. de testament. & in l. post diem. D. de lege commissor.* Alexand. *consil.* 130. *numero* 8 *libro* 4. facit dictum Bald. *in cap.* 1. *circa fin. de controvers. feud. apud &c.*

21 Et ita factum fuit, quod Rex cepit possessionem Castri, & jurisdictionis; de novo tamen donationem Archiepiscopo, & Ecclesiæ Olyssipponensi fecit de præd. Castro *d'Albandra*, & ejus jurisdictione, quæ res digna visa fuit tanto Rege.

DECISIO XVI.

De Civitate, Oppido, & Castro.

SUMMÆ.

1. *Civitas quæ dicatur, & in quo differat ab oppido, aut Castro, remissivè.*
Bona civitatis quæ dicantur, & an publica dicenda sint? Ibid.
2. *Castrum quid sit.*
Donatio castro, oppido, aut municipio, donata etiam intelligitur ejus jurisdictio, & territorium: maximè si donetur cum suis pertinentiis, & hæc fuerint sub dominio donantis tempore donationis. Ibidem.
3. *Pagus, seu villa, quæ municipio, aut civitati subest, venit in concessione castri, oppidi, aut civitatis.*
Hoc intelligendum est, si talis pagus, aut villa respondeat municipio, aut civitati, saltem quoad jurisdictionem: secus si jurisdictionem habeat separatam, vel alteri subsit. Ibid.
4. *Amplia hoc ultimum, si talis pagus, aut vicus regimen habeat per se, licet in aliquo deserviat eidem municipio, aut civitati.*
5. *Amplia etiam, ut procedat in villula, quæ ex numero aliquot paucorum colonorum conflata est, ia sermino, aut districto alicujus pagi, aut vici, qui habet territorium separatum, & per se regimen aliquod.*
Impositio onero, seu collecta in civitate illis, qui vicum incolunt, non possunt alij de villula sic eximere a contributione facienda cum illis de vico, si sunt de ejus territorio: secus si dominus civitatis villulam redigeret in oppidum, aut municipium, assignato ei territorio. Ibidem.
6. *Castrum de jure communi quis potest ædificare, nisi id faciat ad æmulationem, vel materiam seditionis præbeat.*
Facere, seu erigere castrum, seu fortalicium, sine Principis licentia, prohibitum est. Ibid.
7. *Castra antiqua, aut fortalicia diruta, an quis possit reædificare? remissivè.*
8. *Castrum an dicatur esse de Regalibus? remissivè.*
9. *Castri fovea, an sit de Regalibus? remissive.*
10. *Rex an possit facere de aliquo vico, qui civitati subest, oppidum, seu villam? remissivè.*
Bonum est Regem id facere de consensu Magistratuum. Ibidem.

Civitas quæ dicatur, & in quo differat ab oppido, aut castro, vide Bartol. *in extravag. ad reprimendum, verbo, qui sint rebelles. vers. Lombardia. per totum.* Et quæ dicantur bona civitatum, & an publica dicenda sint? dic, quod publicæ res, proprio sermone, sunt, quæ populi Romani sunt, *l. bona civitatis, D. de verb. signif.* quia populus ea primùm in senatum, deinde in Principem transtulit, *l.*2. *§. deinde & §. novissimè, D. de origine jur.* Alciat. *in d. l. bona.* & ideò publica, quasi populica dicuntur: abusivè autem bona cujuscumque civitatis dicuntur publica, *d. l. bona*, & inferiùs dicemus latiùs. 1

Castrum verò dicitur, quasi, *casa alta*, seu fortis, munita muris, ut per Bart. *in d. Extravag. verbo. quo sint rebelles. verbo. Lombardia. num.*4. ubi plura de castris. Alvarus Vaz *de emphyteusi, quæst.*8. & castro, seu oppido, aut municipio concesso, intelligitur concessa ejus jurisdictio, & territorium, si hæc erat sub dominio donantis tempore concessionis, præsertim si donetur castrum cum suis pertinentiis, ut per Soares *allegat.*7. 2

In pago autem, aut villa, quæ municipio, aut civitati subest, ut membrum, quia est in ejus territorio, an veniat in tali concessione? dic quod sic, secundùm Covarruv. *practicarum, cap.*1. *à num* 10. Quod intellige, si talis pagus, aut villa respondeat municipio, aut civitati, saltem quoad jurisdictionem; quia tunc dicitur esse de ejus territorio: secus si quoad jurisdictionem non respondeat, sed per se jurisdictionem habeat, vel alteri subsit, quia tunc non dicetur esse de illius territorio, argum. text. *in l. nullum, versic. quid si in vico. D. de officio præfect. urb. in l. qui ex vico. D. ad municipal.* Innocent. *in capcùm* 3

cùm ad sedem. de restitut. spoliat. Bart. *in l. 1. §. qui urbem. D. de offic. præfect. urbis.*

4 Quod amplia etiamsi talis pagus, aut vicus in aliquo deserviat eidem municipio, aut civitati: nam villa, vel castrum, quod habet per se regimen, licet in aliquo deserviat civitati, non dicitur propriè ejus membrum, nec de comitatu ejus, ut inquit Bald. per illum text. *in l. Scapham. D. de evictionibus.*

5 Amplia etiam procedere in villula, quæ ex numero aliquot paucorum colonorum conflata est in termino, aut districtu dicti pagi, aut vici; nam hæc villula parva subest illi pago, & vico, qui territorium habet, & per se aliquod regimen; non autem principali civitati, aut municipio, ut in pulchro casu respondit Soares *ubi supra, allegat. 7.* post Joan. Andr. *ad Speculat. in additione magna, incipit, per hanc legem.* ubi concludit, quod imposito onere, seu collecta in civitate, illis, qui vicum incolunt (nos dicimus *Aldea*) non possunt alij de villula se eximere à contributione facienda, cum illis de vico, quia sunt de ejus territorio, neque possunt se separare, ut sibi principaliter collecta à civitate imponatur: secus esset si dominus civitatis illam parvam villulam, propter loci distantiam, vel hominum auctam multitudinem redigeret in oppidum ac municipium, assignato ei territorio, ita, quòd per se regimen haberet aliquod, quia tunc maneret exempta à vico illo, vel pago, & per se faceret pagum, aut vicum, sicut de provincia diversa dicitur, *l. si eadem. D. de assessor.* ita Soares *ubi supra.*

6 Castrum autem utrùm quis possit ædificare? vide Gomez. *l. 46. Tauri, numer. 14.* ubi concludit, quod sic, de jure communi, nisi id faciat ad æmulationem, vel materiam seditionis præbeat, per text. *in l. opus. D. de operibus. pub. & in l. per provincias, Cod. de ædificiis privat.* & interiùs dicemus. Sed hodie dicit, quod in regno Castellæ prohibitum est facere castrum, vel fortalicium, sine Principis licentia. Idem tenet Avendan. *de exequend. mandat. c. 1. num. 2.*

7 Et an possit quis antiqua castra, aut fortalicia diruta reædificare? vide Gomez. *ubi suprà, num. 15.*

8 Et an castrum dicatur de Regalibus? vide Boss. *de Regalibus, num. 38.*

9 Et an fovea castri dicatur de Regalibus? vide eumdem *ibid. num. 39.*

10 Et an Rex possit facere de aliquo vico, seu, *Aldea*, quæ subest civitati, oppidum, seu villam? vide per Soares *d. alleg. 7.* ubi tenet, quod sic; sed id facere Regem bonum est de consensu magistratuum civitatis, seu oppidi, quibus suberat prædictus vicus. Quod in facti contingentia, sic factum vidimus per Regem Sebastianum, in oppido de Chamusca donato illustrissimo viro Francisco de Sylva patri Principis Rhodetici Gomez de Sylva.

DECISIO XVII.

Utrùm Rex possit donare, vel alienare unam de civitatibus sui regni, invitis civibus?

SUMMÆ.

1. *Rex secundùm quosdam regulariter non potest donare, vendere, vel alienare civitatem, vel oppidum Regni sui, invitis civibus.*
Limita nisi per antiquam consuetudinem præscriptam, Reges id soleant facere. ibid.
Reges hujus Regni Lusitaniæ à primordio Regni sunt in possessione donandi civitates, & oppida cum jurisdictione vasallis suis. Ibid.
2. *Forali novo creditur, si se referat ad antiquum, quod non ostenditur.*
3. *Privilegium perditur per non usum, per tempus immemoriale.*
Tempus centum annorum habetur pro immemoriali, quando alias de memoria hominum non constat. Ibid.
4. *Per renuntiationem privilegij, etiam tacitam, reditur ad jus commune, & privilegium amittitur.*
Acquisita de jure speciali faciliùs perduntur: & quandoque per unicum actum renuntiatur privilegio. Ibid.
Consuetudo antiqua jus non scriptum constituit. Ibidem.
5. *Rex jure communi attento, potest alienare, aut donare unam ex suis civitatibus, etiam sine consensu civium, si modò talis donatio grave aut enorme damnum non inferat Regno.*
6. *Rex noster habet jus acquisitum donandi oppidum, de quo agitur, suis vasallis, non solùm per consuetudinem generalem hujus regni, & totius Hispaniæ, sed etiam per legitimam præscriptionem.*
Vasallus contra vasallum potest præscribere ea, quæ sunt Regalia, ordinario tempore: Rex autem non solum ordinario, sed etiam extraordinario, quod in Rege majori cum ratione procedit. Ibid.

QUamvis aliqui Doctores teneant, quod regulariter Rex non potest dare nec vendere, nec alienare civitatem, vel oppidum sui regni, & alium dominum facere illius, invitis civibus, quos refert latè Tiraq. *de retract. lignag. §. 26. gloss. 1. num. 78.* & Boër. *in tract. magni concil. n. 17.* ubi inquit, quod vasallus Principis est dignior aliis. Soar. *alleg. 9. num. 6.* Menchac. *controvers. illustr. c. 5. per totum.* quem vide *n. 14.* & Capicium *decis. 166.* Menoch. *de recuper. possess. remed. 1. n. 81.* & Nevizan. *cons. 12. inter Bruni consilia.* Tamen hoc communiter limitari solet, nisi per antiquam consuetudinem præscriptam, Reges id soleant facere, ita pulchrè Guilhelm. loquens de cons. Regni Franciæ, *in cap. Raynutius, verbo, duas habens filias, à n. 69.* post Bald. *in c. 1. §. ex eadem lege. de lege Corradi.* quem sequitur Dec. *in l. debitorum. col. 1. vers. ex consuetudine. C. de pact.* Fabian. *de empt. q. 4. principal. in quæst. 6. in princ.* idem sensit Bald. *in c. 1. in 2. lectura. col. pen. n. 18. de judicijs.* ibi, *vel ibi erat de consuetudine.* dum respond. *ad c. inter dilectos. de fide instrum.* Et Reges hujus regni Lusitaniæ à 1

primor-

primordio Regni in possessione sunt de dandis civitatibus, & oppidis cum jurisdictione, vasallis suis, & illis donationem facere ad libitum, ut illis placuerit.

2 Accidit tamen, quòd in quodam oppido per forale illius erant hæc verba, *E per quanto a dita villa pello foral antigo della, lhe fos dado privilegio, que nunca fosse dado o sinhorio della a pessoa nenhũa, a nos praz de lho approvar, & confirmar por este nosso foral pera sempre.* Erat dubium, an non obstante hoc forali, Rex posset donationem de oppido facere vasallo suo? Et dicendum est, quòd sic, nec obstant verba foralis; primò quia non ostendebatur forale antiquum, ad quod referebatur novum, argum. *c. 1. de fide instrum.* & Ordin. *lib. 3. tit. 60. in princ.*

3 Secundò, quia privilegium perditur per non usum, per tempus immemoriale, ut consuluit Bart. *cons. 103. n. 13.* quem sequitur Alex. *cons. 16. n. 23. vol. 5.* Aret. *cons. 153. col. fin.* Et tempus centum annorum, quod erat elapsum à tempore primæ donationis, quæ fuerat facta anno 1483. Habetur pro immemoriali, quando aliter de memoria hominum non constat, ex multis relatis per Duenh. *reg. 90. num. 1.* Covarr. *reg. possess. 2. part. §. 3. fol. 32. pag. 4.* & licet ibi disputat, tamen in hoc inclinat.

4 In præsenti autem casu hoc oppidum donatum fuit N. & posteà altera donatio facta fuit ejus filio anno 1505. & hoc toto tempore numquam oppidani usi sunt hoc privilegio contento in forali, & sic illud amiserunt.

Tertiò, quia faciendo Reges donationem bis, patri & filio de hoc oppido, semper oppidani tacuerunt, & consenserunt, & noluerunt uti privilegio contento in forali, & sic per hujusmodi consensum videntur illi tacitè renuntiasse; & cùm per talem renuntiationem, etiam tacitam, redeatur ad jus commune, videntur omnino sibi præjudicasse, & tale privilegium amisisse, ex notabili doctrina Abb. *in cap. veniens. num. 22. de præscript.* sequitur & commendat Felin. *ibi colum. pen. num. 5.* ubi subdit, quòd acquisita de jure speciali faciliùs perduntur, quia quandoque per unicum actum renuntiatur privilegio *cap. cùm accessissent. de constitut.* ubi idem Felin. eamdem doctrinam multis similibus exornat *colum. 2.* Et cùm hic prædicta renuntiatio redigat hunc casum ad terminos juris communia, juxta quod Rex potest donare civitatem, aut oppidum sui Regni, vasallo suo, ut diximus (quia consuetudo antiqua jus non scriptum constituit, ut notatur *in rubr. C. d. quæ sit longa consuet. & in §. ex non scripto instit. de jur. natur. gent. & civili*) videtur, quòd oppidani per talem renuntiationem, privilegium amiserint.

5 Quartò confirmatur hoc, quia etiam cessante tali consuetudine, inquit Dec. *in d. l. debitorum*, quòd jure communi attento, potest Rex alienare, aut donare unam ex suis civitatibus, etiam sine consensu civium, si modò talis donatio grave aut enorme damnum non inferat Regno, ut esset, si donando abdicasset à se totum jus Regium, ut per Jas. *cons. 10. vol. 3.* Ludovic. Gomez *in §. Item Serviana. colum. 16. vers. hac tamen concl. instit. de actionibus.* Soares *allegat. 7. num. 8.* Gregor. Lopez *l. 22. tit. 13. part. 2.* Azeved. *l. 1. tit. 10. num. 13. lib. 5. novæ recopilat.*

Quintò accedit, quia Rex noster per se, & per 6 Reges suos antecessores, est in pacifica possessione dandi hoc oppidum uni ex suis vasallis, à centum annis retrò, absque contradictione oppidanorum; unde non solùm per consuetudinem generalem Regum hujus Regni, & totius Hispaniæ, id potest facere, ut suprà dictum est; sed etiam per legitimam præscriptionem habet hoc jus acquisitum. Et si unus vasallus contra alterum vasallum potest præscribere ea, quæ sunt Regalia, ordinario tempore, Palat. *in repet. cap. notab. 2. § 2. versicul. sed est pulchra dubitatio, num. 48. versicul. adde prædictis*, & dicemus inferiùs; majori ratione potest Rex præscribere contra vasallum, non solùm ordinario tempore, sed etiam extraordinario, nempe 40. annorum, & hic elapsi sunt centum anni, qui sufficiunt ad prædictam præscriptionem; & ista possessio, & præscriptio magis favorabilis est, quando tales donationes fiunt his personis, quæ similes res habere consueverunt, ut erat is, in quem donatio fiebat, & ejus antecessores, ut aliàs considerat Paul. *cons. 287. notandum, colum. 2. vers. & quia libr. 2.*

Et ita fuit judicatum anno 1583. in mense Junij, scriba Petro Almirante, in judicio Coronæ, in processu oppidi *das Alcaçovas*, cum Don. Georgio Henriques.

DECISIO XVIII.

Civitatis bona utrùm possit Princeps donare.

SUMMÆ.

1. *Bonorum, quæ ad civitatem pertinent, duæ sunt genera: alia sunt communia ac destinata, & exposita ad usum publicum; alia communia, sed destinata ad civitatis particulares usus.*
2. *Bona civitatis, quæ destinata sunt ad usum publicum, in duplici sunt differentia; alia quæ sunt perpetuò exposita ad eum usum, & omnibus patent, alia quæ non semper, sed aliquando.*
3. *Bona civitatis, quæ perpetuò exposita sunt ad usum publicum, quænam sint.*
4. *Bona civitatis quæ sunt communia, sed non semper exposita publico usui, quænam sint.*
5. *Bona communia civitatis, quæ destinata sunt ad usus particulares usus, alia sunt publica quoad dominium & usum publicum; alia communia quidem quoad dominium, sed particularia, quoad usum: & quæ sint.*
6. *Princeps potest donare locum, aut fundum communem alicujus civitatis, qui sit destinatus ad usum publicum universorum semper, & omni tempore.*
7. *Princeps potest concedere cuilibet privatæ personæ, ut ædificet in loco publico Reipublicæ, quod intelligo ut num 9.*
8. *Solum, seu fundus civitatis, & ad usum publicum perpetuò expositus, quem civitas nec arundè colit, nec redditus ex eo recipit, potest à Rege simpliciter donari, præsertim ad templum Dei ædificandum.*
9. *Princeps de jure non licet hoc donare, nisi id fiat citra damnum, & præjudicium vicinorum.*

10. *Ædificium regulariter cedit solo, nisi Princeps, qui facultatem ædificandi dedit, aliter statuerit, vel ex eo locus sacer factus fuerit.*

11. *Fundus qui ex illis bonis publicis est, quæ in petunia civitatis esse dicuntur, non potest a Rege donari, nec valet talis donatio.*

Rex non potest simpliciter donare rem, quæ & ratione dominij, & possessionis ad civitatem pertinet. Ibidem.

12. *Rex, seu Princeps non recognoscens superiorem, quamvis habeat supremam potestatem, & sit dominus totius Regni; tamen singulariter non est dominus, nec habet dominium in particulari rerum subditorum.*

Rex, seu Princeps supremus, de patrimonio, & bonis subditorum non potest ad libitum disponere, nec illos dominio suarum rerum sine causa privare: bene tamen potest id facere ex causa. Ibidem.

13. *Hoc tamen si faciat sive ob privatam, sive ob publicam utilitatem semper tenetur domino rei ablatæ pretium refundere.*

Dominus qui sine causa privat vasallum suo feudo, tenetur aliud æquivalens ei præstare. Ibid.

Idem dicendum est de Papa, qui clericum sine causa, suo privat beneficio. Ibidem.

14. *Civitas tenetur stare Regia donationi, nec potest ejus implementum recusare, si fundi justum pretium ei oblatum fuerit.*

15. *Donatarij an possint, in hoc eodem casu, Principem donantem obligare, ut civitati pretium solvat, vel alium fundum æquivalentem præstet, remissivè.*

16. *Fundus de quo hic agebatur, erat vacuus, & incultus, & donatio de illo simpliciter facta valida fuit.*

17. *Assignatur ratio, ob quam Princeps potest bona communia civitatis donare, quæ perpetuò publico usui patent; non tamen ea, quæ sunt de patrimonio civitatis, ex quibus redditus ac fructus recipit.*

18. *Bona, & jura Regnorum sunt publica, & in nullius bonis esse dicuntur.*

19. *Rex potest unam de suis civitatibus cuilibet donare absque incolarum consensu, nisi fuerit immensa donatio, vel omne jus Regium in totum a se abdicaverit.*

20. *In exiguis donationibus nullus requiritur consensus nec procerum, nec consiliariorum.*

21. *Rex potest donare unam de suis civitatibus, etiam invitis civibus, si inde aliquod notabile præjudicium ipsis civibus, vel Regia Coronæ non sequatur, quod in donatione rei particularis civitatis multò facilius procedit.*

22. *Benè tamen Rex faciet, si in hujusmodi donationibus faciendis a Decurionibus consensum petierit.*

DOnavit Rex N. quamdam fundi, aut campi partem cujusdam civitatis, qui extra & prope muros illius erat. Civitas contendebat illum ad se pertinere, & in suo dominio esse; ideòque non potuisse à Rege absque Decurionum consensu donari; juxta *regul. Id quod nostrum, D de regul. jur.* Quæsitum fuit, utrùm valuerit donatio, & civitas jure illam impugnaverit?

1 Et pro faciliori casus evidentia præmitto, quòd bonorum, quæ ad civitatem aut municipium pertinent, duo sunt genera. Nam alia sunt communia, ac destinata, & exposita ad usum publicum; alia sunt communia civitatis, sed destinata ad ejus particulares usus.

Illa autem, quæ destinata sunt ad usum publicum, rursus dividuntur: nam alia sunt perpetuò exposita ad eum usum, & omnibus patent; alia quæ non semper, sed aliquando. 2

Et illorum, quæ primi generis sunt, erat campus Martius Romæ, qui semper, & omnibus patebat, ad conveniendum, & deambulandum, *l. sed Celsus. & de contrahenda empt.* & fora (*praças* vocamus) quorum meminit Claud. Cantiuncula *in § universitatis. instit. de rerum divis.* & areæ, *chãos*, quæ vacabant, ad ædificia in illis facienda; & insulæ, quæ etiam erant areæ vacuæ in circuitu ædium, quas etiam insulas appellabant, & ideò ipsæ areæ, quibus ædes illæ circumdabantur, etiam insulæ dicebantur. Ita videtur probare text. *in leg. 2. §. publici. D. ne quid in loco public.* ibi, *areas, & ad insulas.* adjuncta Festi definitione, quam refert & sequitur Alciat. *in l. urbana familia, numer. 4. D. de verborum significat.* qui insulas interpretatur, esse domos, quæ vicinorum communibus parietibus non conjunguntur, sed quoquo versum, vel publica, vel privata area ambiuntur, quod etiam sequitur Budæus, quem citat, & probat additio. *ad l. 3. Paragrapho effractura. D. de officio præfecti urb.* ut hoc obiter adnotemus. 3

Sed & ejusdem generis sunt agri, quos vocitamus (*rocios do conselho*) qui frequenti usu solent esse juxta muros civitatum, ad populi deambulationem, & pastum animalium; quorum etiam meminit *d. § public.* ibi, *agros.* quamvis illud verbum latiùs pateat.

Sunt etiam viæ publicæ, *ruas*, & itinera publica, *caminhos & estradas publicas, d. §. public.* ibi, *vias publicas itineraque publica.* cujusmodi etiam sunt pontes, fontes, stagna, *chafarices ou tanques*, & alia id generis, quæ continuò sunt patentia, & exposita usibus publicis.

Alia autem secundi generis, quæ sunt communia civitatum, sed non semper exposita publico usui, erant theatra, amphitheatra, & stadia. *§. universitatis, instit. de rerum divis. l. in tantum, Paragrapho 1. D. eod.* Palatia, & navigia publica, ad transvehendos viatores. Gloss. *d. Paragrapho universitatis, que são as barcas que tem algũas cidades, & villas nos rios que passaõ por seus termos: as casas da camera: & da audiencia: que chamão paços de conselho, as casas dos açougues & Cadeas do Conselho, & Teracenas como as do Cartão de Lisboa*, & alia ædificia similia, quæ aliquando patent omnibus, aliquando clauduntur. 4

Secundùm genus bonorum, quæ publica sunt, & communia civitatum, diximus esse eorum, quæ sunt ad particulares earum usus destinata; & ita possunt distingui, bona communia, quæ non semper publicis usibus patent: nam alia sunt publica civitatum, quoad dominium & usum communem, ut theatra, stadia, & similia, quæ suprà enumeravimus; alia sunt publica civitatum: communia quidem quoad dominium, sed quoad usum particularia, puta ad fontes, pontes, aquæductus, 5

ductus, & alia ædificia publica struenda, vel reficienda, ac reparanda, qualia sunt molendina publica. Gloss. *d. l. sed Celsus*, & pascua, *quæ saõ as defesas do Conselho*, quotum meminit ibi Cantiuncula, & alij fundi civitatis, & servi Reipublicæ, secundùm Gloss. *d. §. universitatis*. per text. *in d. l. in tantum. §. 1. D. de rerum divis.* cujusmodi sunt domus multæ civitatum, & agri, ac fundi, ex quibus Respublica pensiones, ac redditus percipit, de quibus agitur in titulis *D. de administrat. rerum ad civitatem pertinent. Et de pascuis public. & de locat. prædiorum civil. & alijs titulis trium librorum posteriorum Codicis.* Hæc autem bona inquit *d. l. Celsus*, esse in pecunia civitatis, & ideò posse vendi, & alienari; non item alia, quæ superiùs in prima specie posuimus, ut est Campus Martius, & similia, de quibus vide Avendanum *de exequend. mandat. lib. 2. cap. 1. à principio.*

6 His suppositis. Pro parte Regij procuratoris allegabatur, Principem posse donare locum aut fundum communem alicujus civitatis, qui sit destinatus ad usum publicum universorum, semper & omni tempore, ita videtur probare text. *in d. l. 2. in principio, ibi, decretione Principum, D. ne quid in loco public. conjuncto §. publici loci & §. hoc interdictum versic. ad ea.* ibi, *quæ publico usui destinata sunt.* unde plateam, aut aliam quamlibet rem Reipublicæ huic similem, potest Princeps alienare, & donare cui voluerit. Soares *allegat. 7. colum. 3. versic. præterea.* allegat text. quem dicit notabilem *in l. 1 post principium.* & ibi Bart. *D. ne quid in loco publico. & in l. prohibere. § plane.* & ibi notat Bart. *D. quod vi, aut clam.* & idem dicit de via publica, per text. *in l. viam publicam. l. continuus §. cùm quis. D. de verb. oblig. at l. Celsus, in principio. D. de contrahend. emption.*

7 Sed & ltidem potest concedere alicui privatæ personæ, ut ædificet in publico loco Reipublicæ, aut civitatis, & aream in eo loco donare ad ædes extruendas, ut probant illa jura, & text. *in d. l. prohibere. §. planè. versic. sed si a Principe.* ubi Bartol. & multò magis ad templum Dei ædificandum, ut probat text. *in l. sacra. versic. sciendum* ibi, *cùm Princeps eum dedicavit, vel dedicandi dedit potestatem*, & ibi Gloss. & Bald. notant. *D. de rerum divis.*

8 Quare si solum, de quo agitur, publicum est civitatis, & perpetuò expositum ad usum publicum, puta hominibus, ad deambulandum, & ludendum, recreandi animi gratia, aut pecoribus, ac jumentis ad pascendum, nec civitas illud arando colit, aut ad aliquem alium usum, aut redditus capit: donationem Regis valuisse dicebat, præsertim quia facta fuerat, ut ibi ædificaretur templum Deo sacrum, atg. text. *in d. l. sacra, in princ.*

9 Ceterùm, quia jura ita permittunt Principi hæc donare, ut nihilominus id fiat citra damnum & præjudicium vicinorum, *dict. leg. 2. §. marito. & §. si quid à Principe. D. ne quid in loco public.* dispiciendum erit, an ex ea donatione aliquod damnum vicinis inferatur, aut civitati: & utrùm is, qui illud senserit, æstimationem ejus, vel quòd sua interfit, illatum sibi non esse, possit petere; aut saltem, ut quantò fieri possit, minùs damnum sentiat, ut infrà attingam.

10 Et quamvis ædificium suprapositum in alieno loco, maneat ejus, qui dominus est loci; tamen id intelligitur, nisi Princeps, qui talem facultatem ædificandi dederit, aliter statuerit, ut per Bartol. *in l. flumınum. D. de damno infect.* aut nisi ex publico fiat locus sacer, juxta *d. l. sacra. in principio. D. de rerum divis.* Nam quod sacrum, sanctum, aut religiosum est, id in nullius bonis vel dominio esse oportet. *§. nullius autem, instit. de rerum divisione.*

Porrò, si is fundus ex illis bonis publicis est, quæ in pecunia civitatis sunt, ut inquit *d. l. sed Celsus, suprà allegata*, & ut superius exempla posuimus, quia civitas illum arando excolit, aut locet, aut aliter eo utatur, ut inde redditus recipiat; tunc major videtur dubitatio, utrùm valuerit donatio Regia? & quidem probabilius est eam non valere in hac specie: non enim potest Rex ita simpliciter donare rem, quæ & ratione dominij, & possessionis ad civitatem pertinebat, per d. jura *in l. in tantum. §. 1. de rerum divis. & §. universitatis. & l. statuas. D. de acquirendo rerum domin. & l. civitatibus. D. de leg. 1.* 11

Nam Rex, aut alius Princeps, etiam non recognoscens superiorem, quamvis habeat supremam potestatem, & summam rerum dispositionem, & sit dominus totius Regni, argum. text. & ibi notat. *in l. deprecatio. D. ad leg. Rhod. de jact.* tamen singulariter non est dominus, nec habet dominium in particulari rerum singulorum subditorum, ut per Bartol. *in l. 1. per hanc D. de rei vendicat. & in Extravag. ad reprimendum, verbo, totius orbis.* Jason. *in l. possideri. Paragrapho ex contrario numero 81. D. de acquirend. possess.* Et ideò de patrimonio, & bonis subditorum non potest ad libitum disponere. Abbas *in cap. constitutus, numero 13.* post Anton. ibi, *de religios. domib.* nec sine causa potest illos privare dominio rerum suarum, Abbas *in cap. dilectus, numero 5. de jur. patronat.* notatur *in l. fin. Codic. si contra jus vel util. publ. & in cap. quæ in Ecclesiarum, de constitut.* & ibi Felin. *à numerò 26. versic. tertia conclusio.* Alciat. *in l. 1. in principio. D. de acquirend. possess. numero 15.* Ex causa tamen bene potest id facere, secundùm præcitatos auctores, maximè si boni communis, & publicæ utilitatis causa id faciat. 12

Ceterùm sive id faciat ob privatam, sive ob publicam utilitatem, semper tenetur domino rei ablatæ pretium solvere, secundùm Gloss. *in l. Barbarius D. de offic. prætor.* ubi latè & benè Jason. *à numero 36. usque ad numer. 44.* & Felin. *in d. cap. quæ in Ecclesiarum, numero 28. versic. prima declaratio.* qui allegat Archidiaconum *in cap. per principalem, 2. quæstion. 3.* ubi inquit, quòd licet Princeps possit uni subdito rem suam auferre, & alij dare; non tamen id facere potest quin priùs domino pretium rei refundat, & idem tenet Angel. *in l fin. colum. 2. D. de appellat. recipiend. & l. item si verberatum, Paragrapho 1.* & ibi etiam Bald. *D. de rei vendicat.* Angel. *cons. 137. visis omnibus*, aliam rem æquivalentem reddat, ut in simili dicitur de domino, qui absque causa vasallum feudo privat, quia tenetur aliud æquivalens ei præstare. Gloss. *verbo, non potest in cap. 1. Paragrapho ad hæc de pace juram. firmand.* Unde ibi infert Bald. idem esse dicendum de Papa, qui clericum sine causa suo privat beneficio, quia tenetur illi providere de alio æquè bono, ac simili, quod refert, & sequitur Felin. *ubi suprà, d. num. 28.* Jas. *ubi suprà, num. 41. & 43.* 13

in fin. & tenet additio ad Bartol. *verbo* , *talem remedium, in fin. in l. prohibere. §. planè. D. quod vi* , *aut clam.*

14 Qua ratione in hoc secundo casu, videtur , quòd si justum pretium civitati offeratur istius fundi, teneatur stare prædictæ donationi ; nec poterit recusare ejus implementum, oblato pretio, imò tunc erit judicandum, ut illa adimpleatur.

15 Utrùm autem donatarij in hac ipsa specie suprà posita , possint obligare Principem donantem , ut civitati pretium solvat , vel alium fundum similem, seu æquivalentem præstet ? decidi poterit ex his, quæ annotat Gloss. Bartol. Paul. & alij scribentes *in l. Arist. Paragrapho fin. D. de donat.* Dec. *cons.* 281. *colum.* 2.

16 Verùm hæc dubitatio hoc casu videbatur cessare, quia fundus iste vacuus erat, & incultus, atque usui publico perpetuò destinatus , per suprà dicta 1 quo casu debet donatio judicari simpliciter valida , & in eo tantùm emendari , aut suppleri, in quo fuerit alicui tertio præjudicialis, & damnosa.

17 Ratio autem differentiæ inter hos duos casus, illa mihi videtur , quia res illæ, quæ semper & continuè usibus publicis patent destinatæ , non sunt patrimonium civitatis , quia non sunt in ejus pecunia , ut inquit Jur. Cons. *in d. l. sed Celsus*, & ob id Princeps illa solet donare , ut bona vacantia , aut agros desertos , aut res, quæ quodam modo in nullius bonis sunt : nec per hoc aliquod præjudicium notabile civitati infert , ex quo illa conqueri possit de aliqua proprij patrimonij diminutione , quòd planè potest dicere de alijs rebus , si à Principe donentur, ex quibus ipsa redditus ac fructus recipit, quia sunt de ejus patrimonio in particulari ; tametsi earum redditus deputati existant ad publicos sumptus, ut suprà proposuimus.

18 Et confirmatur hæc ratio ex eo , quòd regnorum bona & jura sunt publica , & per consequens in nullius bonis, ut alibi dixit Palatius *in repetit. cap. per vestras, §. sed est pulchra. num.* 43.

19 Quo fit , ut Rex possit unam de suis civitatibus alij domino donare, etiam invitis civibus , & absque incolarum consensu , nisi esset immensa donatio, puta alicujus magnæ urbis , aut oppidi, & à se abdicaret Rex omne jus Regium , quod in ea haberet, ut notat Jason. *cons.* 80. *libr.* 3. Brunus *cons.* 45. *colum.* 1. & diximus *supr. proxima decis.*

20 In alijs autem exiguis donationibus , nullus requiritur consensus procerum , aut consiliariorum Regni , ut per Alexand. *cons.* 214. *in re tam gravi. libro* 6. nec municipum , aut oppidanorum, ut per Fabianum *in tract. emptione. q.* 11. 3 *quæst. principal.* Gomez. *Paragrapho item Serviana. colum.* 16. *Instit. de actionibus.*

21 Cùm igitur Rex possit donare unam de suis civitatibus, etiam invitis civibus, & incolis , ubi nec ipsis , nec Regiæ Coronæ aliquod inde sequitur considerabile præjudicium , prout erit , cùm donat alicui Duci , Marchioni, Comiti, Baroni, aut vassallo sibi subdito , secundum Angel. *in d. l. prohibere. Paragrapho planè*, certè multò faciliùs poterit donare partem aliquam ipsius civitatis, qualis erat fundus iste , de quo agebatur , cùm idem sit judicium de toto quoad totum , quod est de parte quoad partem. *l. quæ de tota. D. de rei vendicat.* maximè quando in parte , tanta, aut major versatur ratio, quàm in toto. Si enim Rex totam civitatem potest donare , aut villam , quia non est in pleno & absoluto dominio aut patrimonio civium ; eadem, imò etiam majori cum ratione , poterit donare prædictum fundum , tam minimam partem civitatis, & qui publicè & continuè usui publico sit expositus, nec sit in nullius bonis , quia ideò etiam non est in ejusdem civitatis patrimonio , sed Rex est in universum dominus illius , & similium rerum ad rempublicam pertinentium , ut etiam sunt viæ publicæ , & fora , quæ eadem quoque ratione Princeps donare potest. *l.* 2. §. *publici. D. ne quid in loco publ.*

Bene tamen Rex faciet , si in hujusmodi donationibus à Decurionibus consensum petierit , nec 22
similes donationes fecerit , si Reipublicæ damnosæ fuerint, & præjudicium attulerint.

DECISIO XIX.

An Rex successor in Regno teneatur habere ratas donationes factas à prædecessoribus ?

SUMMÆ.

1. *Rex successor in regno tam jure hereditario, quàm per electionem, tenetur habere ratas donationes & collationes factas à prædecessore , maximè si fuerint in remunerationem servitiorum.*
2. *Hoc intelligendum est , nisi tales donationes graviter Coronam lædant : secus si non lædant , vel modicè lædant.*
3. *Imperator , aut Rex non potest donare jura Regni ; aut Imperij, ea in totum à se abdicando ; benè tamen potest communicando.*
4. *Hoc intelligendum est , si donatio fiat sub nomine dignitatis.*

Obligatio Principis non ligat successorem in dignitate , nisi contractus sub nomine dignitatis celebratus fuerit. Ibid.

5. *Quid requiratur ad hoc, ut aliquid intelligatur nomine dignitatis concessum, & num. sequent.*
6. *Quid dicendum sit in officijs , remissivè.*
7. *Princeps ex causa superveniente , potest non solùm modificare donationem a se factam , sed etiam revocare , etiamsi sit facta per viam privilegij , aut contractus.*
8. *Quod habet locum, si ex post facto donatio , seu privilegium cæpit esse damnosum Regi , Regno, aut Reipublicæ.*
9. *Idem dicendum est, si Princeps ob bonum publicum velit gratiam, seu donationem revocare , aut limitare.*

01. *Rex potest donationes revocare, etiam faciendo legem generalem.*

11. *Rex debet se abstinere ab hujusmodi revocationibus, & limitationibus.*

Verbum Regis debet esse immobile sicut Polus. Ibidem.

REx successor in Regno, etiam non jure hereditario , sed per electionem , tenetur habere 1
ratas donationes , collationes , & infeudationes factas

factas à prædecessore, *cap. 1. de donationib.* Bald. *cons.359. vol.1.* ubi etiam loquitur in officijs, quando collatio facta est sub nomine dignitatis, sequitur Capicius *decis. 121. num. 4.* maximè si sint factæ in remunerationem servitiorum, Molina *lib. 1. de primogenijs, cap. 3. n. 18.* ubi alios allegat. facit in argumentum Ordin. *lib. 2. tit. 28. §. 1.*

2 Quod intelligendum est, nisi tales donationes graviter & enormiter Coronam lædant; nam tunc potest successor illas revocare: secus si non lædant, vel modicè lædant. *cap. Apostolica,* & ibi notat. *de donat.* Alvarotus *in cap. 1. in princ. de his qui feudum dare possunt.* Jacobin. *de feud. in vers. Princeps. col. 2. & 3.* post Bald. *in l. 1. D. de constit. Principum.* sequitur Capic. *ubi sup.* Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 10. num. 18.* Duenhas *reg. 293.* post Bart. *in l. prohibere, §. planè, D. quod vi, aut clam.*

3 Unde Imperator, aut Rex non potest ita donare jura Regni, aut Imperij, ut in totum ea à se abdicet, quia ita esset in ejus potestate, Imperium aut Regnum annihilare; sed bene potest donare communicando, & non abdicando: & ideò potest facere Duces, & Marquiones, secundùm Angel. *in l. 2. §. hoc interdictum. D. ne quid in loco public.* & concedere eis civitates, & oppida.

4 Quod intelligendum est, quando donatio est facta sub nomine dignitatis, ut sentit Capic. *ubi suprà,* ex eo scilicet, quia illud, quod dicitur, obligationem Principis ligare etiam successorem in dignitate, Abb. *in cap. quoniam Abb. de offic. delegat.* intelligitur, quando sub nomine dignitatis, contractus celebratus esset, ut limitat Dec. *in cap. 1. col. 5. de prob.* per text. *in d. cap. quoniam Abb.* & quæ ibi notantur.

5 Et ad cognoscendum, an sit nomine dignitatis, inspici debet, an titulus privilegij incipiat nomine appellativo, videlicet, Rex Philippus: non autem nomine proprio, quia tunc non videtur concessum nomine dignitatis, secundùm Abb. *in d. cap. quoniam,* quod tamen non videtur probare Capic. *ubi suprà, n. 6.* dicens, quòd si ita intelligeremus, nullum privilegium, aut bulla Pontificia esset facta sub nomine dignitatis, omnes enim incipiunt à proprio nomine, licet in subscriptione Regia, numquam ponitur nomen proprium, sed dignitatis, puta, *El Rey.* ita Capic. *ubi suprà,* quem omnino videas, & ibi citat Bald. *cons. 427. vol. 1.* qui dicit quòd id verbum, *Dominum nostrũ,* positum cum verbo, *Rege,* videtur denotare, quòd actus non sit gestus nomine dignitatis.

6 Verius tamen, & probabilius videtur, quòd etiamsi apponatur nomen proprium, & nomen dignitatis, puta, Rex, aut Papa; veluti si dicatur, Clemens Papa, aut Philippus Rex, nomine dignitatis ictum dicatur, quia facit illud ut Rex, & subscribit solo nomine Regis, puta dicendo, *El Rey,* ut superiùs diximus.

7 Quid autem dicendum sit in officijs, in sequenti decisione tractabitur. Et vide Barbosam *l. quia tale. num. 79. cum sequentibus D. solut. matrimonio.*

8 Sed quæstionis est, An Princeps ex causa supervenientе possit non solùm modificare donationem à se factam, sed etiam revocare? & dicendum est, quòd sic, etiamsi sit facta per viam privilegij. Aretin. *in cap. novit. num. 25. de judicijs.* & ibi Felin. *col. 10.* Paul. *in l. 1. de libert. & eorum lib.* & etiam per viam contractus. Rom. *cons. 369. num. 27.* Tiraquel. *de pœnis. in præfatione. num. 41.*

9 Causa autem potest esse, si ex postfacto donatio, seu privilegium cœpit esse damnosum Regi, aut Regno, & Reipublicæ, ex Aretin. *ubi supra, n. 25.* ubi etiam Felin. *col. 7.* Paul. *cons. 386. lib. 1. col. ult.* Roland. à Valle *cons. 1. ex num. 158. lib. 2.* maximè si tempore donationis nondum tale damnum extabat, sed postea emersit, notatur *in cap. quanto. de censibus, cap. ex multiplici. de decimis.*

10 Et idem est, quando propter bonum publicum Princeps vult gratiam, seu donationem revocare, vel limitare, quia bene potest. Felin. *in c. 1. de probat.* Anton. Gabriel. *communium opinionum. lib. 3. tit. de jure quæsito non tol.* Molin. *de primogen. lib. 4. c. 3. à n. 17.* Pinel. *l. 1. C. de bon. mat. part. 3. n. 62.* Matien. *lib. 5. tit. 7. l. 11. gloss. 8. n. 4.* Peregrinus *de jure fisci. lib. 1. tit. 3. n. 67.* Quod autem dicatur enorme damnum, relinquitur arbitrio judicis. Menoch. *de arbitr. lib. 2. casu 74.* facit Ordin. *lib. 2. tit. 35. §. 17.* Palat. *repet. rub. §. 69. per totum.* Rebuff. *ad ll. Gallic. 2. tomo tit. de rescrips. pag. 65.* Covarr. *resolut. libr. 3. cap. 6. colum. fin.* Pelaez *de majorat. quæst. 44. numero 11.* Costa *in l. cùm talo. §. si arbitratu hæredis. 2. num. 6. D. de condition. & demonstrat.* facit lex Castella 2. *titul. 9. lib. 5. Ordinament.* & vide in nostris decis. *1. parte. decis. 71.*

11 Imò & faciendo legem generalem potest Rex revocare donationes. Alexand. *cons. 109. libr. 3. & cons. 189. libr. 2.* latè Gomez. *in reg. de non tol. jure quæsit. q. 15.* Guido *cons. 195.* facit *l. qui fundos.* ubi Platea. *C. de omni agro deserto. lib. 1.* tradit Afflict. *in cap. 1. num. 25. de natura feudi, & in constit. Neap. rub. 8. lib. 2. num. 10.*

12 Abstinere tamen se debet Rex ab hujusmodi revocationibus, & limitationibus, arg. text. *in l. perfecta. Cod. de donat. quæ sub modo.* quæ lex multò magis locum habet in Regibus, & Principibus, ut per Bald. *cons. 327. l. 2.* tradit Palat. *in rub. §. 69. num. 13.* Salon. *cons. 25. num. 16. & cons. 26. numer. 3.* debet enim esse verbum Regis immobile sicut polus, ut inquit Bald. *cons. 279. lib. 3.* refert Molin. *de primogen. libr. 4. cap. 3. numer. 19.* variatio namque in Principe, cujus actus debent esse stabiles, damnatur. Rot. *in antiq. de præbend. decis. 33. numer. 1. colum. 3. fol. 47.*

DECISIO XX.

An Princeps possit auferre officium, quod alicui concessit ad vitam, vel ad certum tempus?

SUMMÆ.

1. *Princeps non potest sine justa causa auferre officium, quod alicui concessit ad vitam, vel ad certum tempus.*

Contrarium sentit communis. Ibid.

2. *Limitatur communis opinio, ut non procedat in officijs, quæ pretio à Rege impetrantur.*

Sic etiam limitatur Ordin. lib. 1. tit. 98. Ibid.

3. *Limitatur etiam prædicta communis, ut non procedat in officijs, quæ à Principe conceduntur ob servitia & benemerita.*

4. *Princeps si propter culpam officialis, ei auferat officium,*

officium, non tenetur ad satisfactionem.

Ordin. lib. 1. tit. 98 quando habeat locum. Ibid.

5. *Princeps tenetur ad satisfactionem, quamvis ex aliqua justa causa auferat officium, si tamen fuerit sine demerito possidentis.*

Ampliatur hoc secundùm quosdam, ut non procedat, quando Princeps aufert alieni rem quaesitam, seu de jure gentium, seu de jure civili. Ibid.

6. *Officia, quae gratis conceduntur, adjecta clausula, quatenus concedenti placuerit, vel ad concedentis beneplacitum, an morte concedentis expirent. remissivè.*

7. *Officium culpa officialis amissum, si culpa postea per Principem remittatur, & ei concedatur licentia exercendi rursus idem officium, an dicatur novum, & ex nova concessione obtentum, an verò antiquum. remissivè.*

8. *Officia nova an possit Rex creare in civitate, quam effecit noviter ex pago posito intra territorium alterius civitatis; remissivè.*

1 OFficium si Princeps alicui concessit ad vitam, vel ad certum tempus, non potest sine justa causa, ante tempus illi auferre, ut pulchrè defendit Pinel. *in 1. p. rubr. Cod. de rescindenda vendit. cap. 2. n. 31.* per fundamenta adducta *n. 1. & 2. & 3. versic. altera inspectio est*, retorquendo arg. contraria, quae fiunt ex eo, quòd Papa de plenitudine potestatis, quam habet in beneficialibus, sicuti potest privare clericum suo beneficio, ita Rex, potest privare quem subditum suum officio suo etiam absque causa, arguendo etiam de beneficijs ad officia, in quibus de uno ad alterum licitum est arguere. Bart. *in l. 2. §. data D. de optione legat.* Rebuff. *2. tom. ad ll. Gall. glos. 2. pag. 343.* Pinel. *ubi sup.* Nam inquit idem Pinel. imò sicut Papa illud non potest, ita nec Rex, & ibi tenet, officijs & saecularibus dignitatibus non posse quem absque culpa privari ante tempus, licet contrarium sentiant Bald Palat. Suar. Afflict. Thom. Grammat. Albert. Brunus, Paulus, Boërius, & Guilhelm. & alij, quos citat Pinel. *ubi supra col. pen.* & est communis.

2 Quia communi opinione retenta, limitat eam Guilhelmus in officio, ecuuia concesso à Rege, ex Bal *in l. qui te ... C. unde liberi*, & alij quos Guilhelm. citat. idem probat Paul. *in rubr. C. de Justiniano. C. confirmand. num. 6. & in l. digna vox. num. 6. C. de legibus.* Afflict. *decis. 128. num. 10.* Palat. *d. rubr. de donat. inter vir. & uxor. §. 10. num. 5.* Dec. *cons. 292. numer. 7. & cons. 390. num. 7.* Rubeus *in repetit. §. quidam rectè. l. Gallus, num. 211. D. de liber. & posth.* quos citat & sequitur Pinel. *ubi suprà*, & reddit rationem, quia tunc sit contractus, qui Principem ligat, ex Abb. & Felin. & Capic. quos citat. & ita limitat Ordin. *libr. 1. titul. 98.* quae dicit continere magnum rigorem, ut procedat in officijs, quae gratis à Principe conceduntur, non in illis, quae pretio ab eo impetrantur; quod subjicit in Lusitania esse insolitum, licet in alijs Regnis frequentiùs fieri soleat.

3 Limitabitur etiam praedicta communis opinio, ne procedat in officijs à Principe concessis ob servitia & benemerita, secundùm Afflict. *tit. quae sint Regal. §. potestas, numer. 3.* Caple. *decis. 121. numer. 15.* Suar. *allegat. 9. pag. 3. versic. 2.* Socin. *consil. 58. num. 9. lib. 1.* Bald. *in l. si cùm mihi D. de dolo.* Palat. *d. rub. §. 50.* Felin. *in cap. novit. n. 12. de judic.* Tiraq. *in l. si unquam, verbo, donatione, numer. 13.* quos refert Pinel. *ubi supra, colum. fin.* qui tamen hoc de remuneratione longè aliter putat resolvendum, ex ijs quae scripserat *in l. 1. 3. part. numer. 63. illat. 6. C. de bon. matern.* ubi tenet, quòd non obstantibus meritis, Princeps potest ex causa revocare talia donata, ut ibi probat *in versic. sic etiam extra legem.* sed tenebitur ad satisfactionem, ubi revocat sine culpa possidentis. Adde idem tenentes eum communi, Thom. Grammat. *decis. 55. num. 26.* Dec. *cons. 412. num. 22.* Greg. Lopez. *l. 2. tit. 12. part. 2. littera R.* Menchac. *l. 2. controversiarum usufrequent. cap. 2. num. 2.*

Si tamen ex causa aufert Princeps talia officia, 4
an teneatur ad satisfactionem? Distinguendum puto, an propter culpam officialis aufert, & tunc non tenetur ad satisfactionem: ita procedit dict. Ordin. *lib. 1. tit. 98. in principio ibi, que se mos delles mal servido, & elles errarem nos ditos officios*, & infrà, ibi *nos servem mal nelles, & fazem o que não devem, & encarregã e nossa consciencia, ou damnificão, & roubão nossa fazenda.* & ita fortè loquitur Gozadin. *cons. 5. numero 17.* Jason. *in l. quoties. numer. 17. C. de rei vendicat.*

Aut verò Princeps aufert officium hujusmodi, 5
propter aliam causam, puta ob privatam, sive ob publicam utilitatem, legem condendo, vel aliàs ex justa causa, sine demerito possidentis, ut per Pinel. *l. 1. 3. p. n. 62. illat. 16. C. de bon. mater.* & tunc tenetur ad satisfactionem, secundùm Gloss. fin. *in l. Barbarius, D. de officio prator.* ubi latè & benè Jas. *à numer. 36. ad num. 44.* & ibi citat aliam glossam similem *in l. fin. C. ex quibus causis servi pro praec. libert. accipiunt.* & dicit esse text. planum *in l. 2. C. eod.* quem d. gloss. allegat. idem tenet Felin. *in cap. quae in Ecclesiarum, numer. 28. versic. prima declaratio, de constitut.* & antea Innocent. *in cap. nisi cùm pridem. colum. 1. vers. nos dicimus, de renunciat.* cum traditis à Felino *ubi supra*, & Jason. *in l. fin. num. 2. C. si contra jus vel utiil. public.* qui loquuntur, etiam, ubi res aufertur ex causa justissima, sequitur Pinel. *ubi sup. d. 1. p. c. 2. C. de rescindend. vendit. num. 14.* ubi plures alios citat tenentes hanc satisfactionem deberi, ubi Princeps aufert alicui rem sibi quaesitam, ex jure gentium, & Pinel. ampliat idem esse etiam inter quaesita de jure positivo, quod tenet etiam *in d l. 1. p. 3 illat. 16. Cod. de bon. matern. num. 62.* contra Doctores suprà citatos, & Alexand. *cons. 101. num. 8. lib. 1.* Tametsi glossa, quam citat *in l. si forte 14. in fin. D. quemadmodum servit. amittat.* dicat illud, quod circa satisfactionem rei quaesitae de jure positivo dicitur, non servari aliquando, in quo sentiat non deberi satisfactionem. Adde tamen Afflict. *in c. 1 §. similiter, ex num. 24 de Capitan. qui curiam vend. in 3. feud. fol. 105.* ubi illam satisfactionis obligationem multipliciter limitat.

Quando autem officia, quae gratis conceduntur, 6
etiam adjecta clausula, quatenus concedenti placuerit, vel ad concedentis beneplacitum, morte concedentis expirent? vide Bald. Alber. & Bolognin. *in suis interpretationibus jul. juris peritos per illum text. D. de excusat. tutor.* Bart. Bald. *in l. de pupillo, §. si quis ipsi pratori, D. de novi oper. nuntiat.*

Boër.

Boër. *decis.* 149. *numero* 11. Vaz *de jur. Emphyt. part.* 34. *numero* 6. Gammam *decis.* 353. quos legito.

7 Quando autem quis officium sua culpa amisit, si postcà ei remittitur per Principem, ac subinde licentia conceditur exercendi rursus idem officium, an dicatur novum quasi ex nova concessione obtentum, an antiquum? vide Jul Clar. *in simili quæst. de feud. quæst.* 8. *num.* 6. quod contigit in hoc regno de facto, inter quosdam magnates, super officio de veedor da fazenda, & in officio Senatoris Palatij, & ibi citat Jul. Clar. Doctores & jura, & vide Ordin. *lib.* 2. *tit.* 14. *in fin. princ.*

8 Officia nova an possit Rex creare in civitate, quam effecit noviter ex pago posito intra territorium alterius civitatis? vide per Soares *allegat.* 7. *colum. penult.*

DECISIO XXI.

An officia, data à Prorege, seu Gubernatore Indiæ, aut alterius provinciæ, expirent finito officio Proregis, vel Gubernatoris.

SUMMÆ.

1. *Officia, quæ à Proregibus, & Gubernatoribus provinciarum possunt provideri, expirant, finito tempore sua gubernationis.*
2. *Officium Proregis seu Gubernatoris est temporale, & officia ab illis collata, ultra tempus sua gubernationis durare non possunt.*
3. *Proreges, seu Gubernatores provinciarum liberam debent habere potestatem providendi officia, sicut & prædecessores habuerunt, aliàs maximum eis fieret præjudicium.*
4. *Magistri ordinum militarium possunt officia data à prædecessoribus auferre, & alijs dare: quod etiam in prælatis procedit.*
5. *Limitatur prima conclusio de Prorege, ut non procedat, quando provisus ab eo, per Regem tale officium confirmaverit.*
Confirmando dare videtur, qui potest dare. Ibid.
6. *Quid judicatum sit in casu præsentis decisionis.*

1 HAnc quæstionem ponit Capicius *decis.* 136. ubi eleganter tenet, quod cùm hæc officia possint à Proregibus provideri, & Gubernatoribus, finito tempore gubernationis, expirat talis gratia, & potest à successore revocari, loquens in prædicta decis. in Prorege Neapolitano.

2 Cùm enim Proregum, seu Gubernatorum officium temporale sit, non possunt officia ab illis data, durare ultra tempus suæ gubernationis: non enim plus durare debet officialis, cui ipsi officia conferunt, quàm durat officium ipsius Gubernatoris, arg. *cap. cùm non liceat de præscript. reg. accessorium, de regul. jur. libr.* 6.

3 Ulteriùs si id ita non esset, maximum præjudicium fieret successoribus, quibus libera debet manere potestas providendi talia officia suo etiam tempore, tradit in simili Innocent. *in cap.* 1. *ad fin. de majorit. & obedient.* Bald. *in cap.* 1. *qui successor. feud. dar. tenebantur. numer.* 3. Afflict. *decis.* 101. *numer.* 3. Anton. Gabriel. *libr.* 3. *communium opin. de jur. quæsit. non tollend. conclus.* 5. *num.* 14. Ludovicus de Molin. *de primogenit. lib.* 1. *cap.* 25. *n.* 5. Gamma *decis.* 353.

Sic & pari modo Magistri ordinum militarium possunt officia à prædecessoribus data auferre. Gamm. *ubi supra*, ut & in prælato tenet Faber *in Paragrapho item si instituat. mandat.* refert Afflict. *d. decis.* 101. Boër. *decis.* 149. *num.* 24. Molin. & Gamm. *ubi supra.* Pelaes *de majoratibus, 4 parte, quæst.* 10. *numero* 4. quos tamen vide. Et sic in facto pronuntiatum fuit in officio dato à gubernatore quodam temporali prioratus do Cratio, Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani, cujus gubernatoris officium expiravit eo tempore, quo administratio prædicti prioratus per Summum Pontificem concessa fuit Serenissimo Principi Alberto Archiduci, tum temporis hujus regni Gubernatori: & ego causam prædicti Principis egi, tam in judicio prætorum curialium, scriba Joanne de Paiva, quàm in judicio expeditorum gravaminum senatus supplicationis; & fuit lata sententia contra officialem provisum per illum gubernatorem temporalem prioratus do Cratto, in favorem procuratoris Principis Alberti anno 1592. scriba Ferdinando Maciel. 4

5 Limitatur tamen prior illa conclusio, de Prorege, ut locum non habeat, quando provisus ab illo per Regem confirmat hujusmodi officium: tunc namque confirmando, datum censetur à Rege, ex reg. illa, quod confirmando dare videtur, qui dare potest Felin. *in cap. inter dilectos, numer.* 16. *de fid. instrum.* Bart. *in l. more. numer.* 5. *D. de jurisdict. omnium judic.* Decius *cons.* 341. *num.* 7. Et ex tali confirmatione Regis, nova concessio dicitur, & à Rege facta, *l. si donatio*, ubi Bald. *C. de donat.* bonus text. *in l. cùm prætor. §. ancilla. D. de rei vendicat.* nec à Prorege succedente potest revocari; & sic servat stylus nostri Regni.

6 Quod nota, quia vidimus de facto in officio dato à Prorege Indiæ, & judicatum fuit expirare per adventum novi Proregis, & per illum provideri posse cui vellet, eò quod non habebat confirmationem Regis. Et vide ad materiam latè doctissimum Barbosam *in l. quia tale, à numer.* 76. *cum multis seqq. usque ad finem D. solut. matrim.*

DECISIO XXII.

An si rex extinguat officium suæ datæ in aliqua civitate, in qua donatarius ex donatione Regis habet datas officiorum, & subroget aliud ejus loco, maneat officium subrogatum de data Regis an donatarij?

SUMMÆ.

1. *Facti species.*
2. *Data officij, quod in locum alterius extincti subrogatur, ad eumdē pertinet, ad quem spectabat officia extincta providere.*
Subrogatum sapit naturam ejus rei, in cujus locum subrogatur. Ibidem.

3. *Donatio, per quem conceditur potestas providendi officia in aliqua civitate, non est extendenda, nisi ad ea tantum, quæ tempore donationis jam creata erant.*
4. *Verba prolata non sunt attendenda, si ex mente proferentis quid diversum colligatur.*
5. *Verba generalia posita in donatione circa provisionem officiorum non comprehendunt nisi ea tantùm, quæ tempore donationis jam creata erant.*
6. *Quod specificè & expressim in donatione non declaratur, non censetur donatum, quamvis verba multum exuberantia ponantur.*
7. *Ubi lex Regia & stylus regni disponit, cessat jus Canonicum & civile.*
Intelligitur cap. quia circa, de privilegiis. Ibid.
8. *Quid judicatum fuerit in præsenti quæstione.*

1 QUæstio hæc contigit in facto, meo tempore, inter procuratorem Regium & Ducem excellentissimum Averij, in duobus officiis tabellionum subrogatis per Regem loco officij executionum extincti, in civitate Conimbricensi, quod officium executionum erat data Regia, officia autem aliorum tabellionum de data Ducis tamquam donatarij Coronæ Regiæ, quæsitum fuit an hæc duo subrogata manerent de Regis data, an Ducis, vigore donationis, quæ ei provisionem officiorum tabellionum, in prædicta civitate donabat?

2 Et pro parte Regis allegabatur, quod data horum officiorum, quæ subrogata fuerunt in locum officij extincti executionum de data ipsius Regia, ad Regem pertinebat, ex reg. vulgari text. *in l. si eum. §. qui injuriarum. D. si quis caut.* ubi Jas. *num. 22. & sequentib. §. fuerat.* & ibi Jas. *instit. de act. l. comperimus. C. de proxim. sacror. scriniorl.* 12. quibus juribus probatur subrogatum sapere naturam ejus rei, in cujus locum subrogatur, & idem reputatur ac illud, *l. si filia, §. 1. D. de conditionibus, & demonstrat. l. si donata. §. si sponsus. D. de donat. inter vir. & uxor.* latè Tiraquel. *in l. boves. §. hoc sermone. limitat. 14. in princip. D. de verb. significat.* Nec contra hoc faciebat, quod in contrarium allegabatur, Ducem esse donatarium ex donatione Regia facta Magistro Ordinis Divi Jacobi de Spata, ejus avo, & ad illum pertinere datam officiorum tabellionum illius civitatis; & cùm hæc officia subrogata in locum alterius extincti, erant officia tabellionum, ad Ducem tamquam
3 ad donatarium pertinebat data illorũ. Nam respondebatur donationem solùm comprehendere officia tabellionum, quæ jam creata erant tempore prædictæ donationis; non verò ista duo subrogata in locum officij extincti, quod erat de Regis data, tradit Isernia *in cap. 1. in fin. de vasallo decrepit. ætatis.* facit text. *in cap. cum Capella de privilegiis.* tradunt DD. *in l. si servitus. D. de servitut. urb. præd.* Boër. *decis. 50.* DD. *in cap. ut circa, de privilegiis. & in cap. ex parte, de decimis.*

Dicebatur etiam pro parte Ducis, per verba provisionis Regiæ, per quam hoc officium extinctum fuit, constare Regem de novo hæc officia creasse, quæ sunt hæc, *Eu ouve por bem de crear novamente na cidade de Coimbra dous tabelliaẽs do judicial, alem do seis que nella ora ha.* & cùm de novo essent creata dicta officia, ad illum pertinere datam illorum vigore donationis.

Respondebatur ad hoc, non esse attendendum ad verba, sed ad id quod in effectu Rex voluit facere, juxta regul. *l. si insulam. D. de præscrips. verb. cap. intelligentiam, de verb. significat.* In effectu autem Rex subrogationem fecit officij extincti de ejus data, non autem creationem novam de illis duobus officiis: unde succedit regula superiùs posita, quod reputantur in omnibus, tamquam illud officium extinctum, in cujus locum subrogata fuerunt. *d. l. si eum, §. qui injuriarum, D. si quis caut.* & sic pertinet provisio ad Regem, ut pertinebat provisio officij extincti. Ulteriùs etiamsi concederemus de novo 5 creata fuisse, adhuc ad Regem pertinet provisio, & non ad Ducem, eò quod verba generalia posita in donationibus non comprehendunt nisi officia, quæ erant jam creata tempore donationis, & non de novo creata. *l. Rutilia Polla. D. de contrahenda empt. cap. ultim. de sepultur.* resolvit in specie Matthæus de Afflict. *in constit. Neapolit. l. 3. rub. 4 num. 7. & sequent.* Covarr. *practicarum quæst. cap. 1. num. 10.* qui videndus est, & facit in arg. Ordin. *lib. 2. titul. 27. §. 2.* eò maximè, quia secundùm stylum hujus Regni, & leges illius, id quod specificè & expressim in donatione non est declaratum, non est donatum, licet in donatione verba multum exuberantia ponantur, Ordin. *lib. 2. titul. 35. §. 24. & titul. 45. §. 1. & 2. in fin.* ibi, *expressamente lhe for por nos outorgado.* facit text. *in cap. quamvis de præbend. lib. 6. cap. cum capella. de privil.* ubi summi Pontifices gratias lædentes jura Sedis Apostolicæ restringunt.

Nec obstat *cap. quia circa, de privilegiis.* quia, 6 ubi est lex Regia & stylus Regni cessant jura tam Canonica, quàm civilia. Ordin. *libr. 3. titul. 64. in princ. & Paragrapho. 1. & 2.* Deinde in illo text. est casus specialis, nempe remissio decimarum in favorem religionis, quo casu datur specialis ratio, ut comprehendantur decimæ possessionum novè acquisitarum, juxta text. *in l. sunt personæ. D. de religios. & sumpt. funer.* unde non possumus arguere de casu illo speciali ad nostrum casum, in quo non fit lata interpretatio, sed stricta, nec habet locum *l. fin. D. de constitut. Principum*, nec reg. *l. veteribus. D. de pact.*

Allegabatur etiam pro Rege, in donatione facta 7 Dono Georgio Magistro Ordinis Divi Jacobi, exceptuatum statim fuisse dictum officium executionum, in cujus locum subrogata fuerunt alia duo; quo supposito, facit optimè in favorem Regij procuratoris dictum Bald. *in cap. 1. §. si quis de manso; numero 7. de controvers. investit.* quod refert Pelaes *de majorat. 1. part. quæst. 10. num. 13.* quos legito.

Et sic pronuntiatum fuit in favorem Regij pro- 8 curatoris 6. die Maij anni 1600. scriba Augustino Rebello. Pendet tamen processus in instantia revisionis, ut audio, & vide doctissimum Barbosam *in l. divortio. §. quod in anno. numer. 17. D. soluto matrimon.*

DECISIO XXIII.

De resignationibus officiorum an possint per donatarios acceptari.

SUM-

SUMMÆ.

1. *Donatarij tam de jure Regni, quàm de jure communi non possunt resignationes officiorum acceptare.*
2. *Resignatio officiorum debet fieri, in manibus Regis, seu superioris, qui possit eam acceptare: provisio autem per habentem conferendi potestatem.*
3. *Tenor sententia latæ in casu præsentis decisionis.*
4. *Provisio officij, seu beneficij sine consensu illius, qui habet jus præsentandi est nulla.*
5. *Per resignationem factam in manibus non habentis facultatem admittendi illam, non dicitur beneficium vacare, nec renuntians repellitur ab agendo, nec jus proprietatis amittit.*

   Beneficium non dicitur vacare, donec superior ratam habeat resignationem, vel sententiam ferat contra resignantem. Ibidem.
6. *Resignatio quando fit in manibus Regis, resignans amittit jus suum, & donatarius poterit officium alteri conferre, vel præsentare ad illud.*

   Potestas admittendi resignationem, non inconvenit quòd sit apud unum, & apud alterum collatio. Ibidem.
7. *Quid dicendum, si per Regem renuntiatio non admittatur? remissivè.*
8. *Provisio & admissio resignationis, est quid diversum; & concesso uno, non ob id alterum censetur concessum.*
9. *Referuntur decreta, quæ a Rege lata fuere super hujusmodi resignationibus.*
10. *Donatarius, qui habet potestatem providendi officia, quando vacaverint, potest ea providere etiam si vacent per renuntiationem.*

    Verbum (quando vagarem) *positum in Ordin. comprehendit quemcumque modum vacationis. Ibidem.*
11. *Qui habet potestatem nominandi ad officium, si non nominaverit, censetur nominatus filius major.*

    An appellatione filiorum in officiis veniant filiæ? remissivè. Ibidem.

1 DOnatariis non datur potestas admittendi resignationes officiorum, tam de jure communi, quàm de jure Regni, ex Ordin. *lib.1. tit. 95. in principio, & lib.2. tit.45. §.16.*

2 Et hoc casu resignatio fiet in manibus Regis, aut superioris, qui illam potest admittere. Provisio autem fiet per habentem conferendi potestatem, ut docet Staphileus *de litteris gratia, tit. de variis mod. cat. §. modò pro declaratione, n.14. & 16. pag. mihi* 166. per text. *in cap. dudum. de præbend. lib.6*

Et ita judicatum fuit in processu Francisci de Sampaio, contra Lupum Borges, circa officium tabellionis, *do Conc. de villas boas.*

3 Tenor autem sententiæ est hujusmodi:

Acordão em Relação, &c. vistos os autos, & provisão embargada, embargos do embargante remettidos a este juizo, que lhe forão recebidos, contrariedade do embargado, mais artigos doaçoẽs, escreturas juntas, prova a todo dada, mostrasse o embargante ter por duas doaçoẽs as dadas dos officios de tabelliães, nas villas de Villa frol, Villas boas, & nas outras contendas nas ditas doaçoẽs, assi & da maneira que teverão as duas dadas Manoel de Sampaio, & Fernão Vaz de Sampaio seus antecessores: Mostrasse mais que renunciando hum Fernão Pires Tabellião do publico, & judicial na villa de Villa frol em hum Antonio Correa nas maos del Rey Dom João que Deos tem: o dito Manoel de Sampaio appresentar o dito Antonio Correa, & o dito senhor Rey lhe confirmar a tal presentação, dizendo que o fazia assi por ão dito donatario pertencer a tal presentação por sua doação: a qual interpretação, & declaração do dito senhor Rey he conforme a significação, & rigor das palauras das ditas doaçoẽs, & regras de direito commum, & ordenaçoẽs deste Reyno em tal caso: & não mostra o embargado que depois do dito embargante ser donatario destas terras, & ter dellas posse, vagando algum officio de tabellião, per renunciação feita nas mãos do Rey, o dito Rey o provesse sem presentação do dito donatario, nem ser contra elle dada algũa sentença em contraditorio juizo neste caso, em que se julgasse pertencer ao dito senhor Rey a dada de tal officio depois de ter aceitada a renunciação feita em suas mãos; & as cartas que o embargado appresenta não o provão, porque hũa dellas falla em o filho que se proveo per morte do tabellião, & as outras forão embargadas pello embargante, & seus procuradores; & dos taes embargos se deceo por fazer graça, & amisade a parentes seus que nisso intercederão, sem renunciar o seu direito de prover, nem desistir dos taes embargos, desconfiando de sua justiça em os taes embargos, & determinação delles. O que todo visto, forma das doaçoes do embargante, interpretação do proprio Rey dellas, no caso de que se trata com o mais dos autos, & disposição do direito commum, & ordenaçoes em tal caso julgão a provisão embargada per subreptitia, & nulla; em a qual não derogão as doaçoẽs do donatario, & se passou per petição, em que se calou o poder que o embargante donatario na provisão deste officio tinha, & mandão que não passe pella chancellaria, nem por ella se faça obra algũa: & condemnão o embargado nas custas dos autos destes embargos, em Lisboa a 23. de Fevereiro de 82. Scriba Petro Almirante.

Et provisio aliter facta erit nulla, sicuti facta sine consensu ejus, qui habet jus præsentandi, *cap. ex his. cap. ex insinuatione. de jur. patron.* & sentit Gloss. *verbo, manibus, in clem. unica. de renuntiat.* Imò sicuti facta de beneficio non vacante, quia per resignationem factam in manibus non habentis facultatem admittendi illam, non debet beneficium vacare. Rot. *dec. 2. de renuntiat. & dec. 4. in novis, incipit, si opponatur, in additionibus, n. 3. in fin. & n. 7.* ubi allegat Felin. *cap. in nostra. corol. 34. de rescript.* qui omnes dicunt, quod taliter renuntians non repellitur postea ab agendo, quia non amiserit jus proprietatis. 4

Imò nec dicitur tale beneficium vacare, aut amitti, donec superior ratam habeat, aut aliàs admittat, & approbet ejusmodi renuntiationem, aut ferat sententiam contra renuntiantem, qua beneficium judicet renuntiatum, & vacans, ut in effectu videtur resolvere decisio Rot. 1. & 3. *in antiquior.* Bisignet. *de renuntiat.* unde, ita hoc casu, donec Rex approbet renuntiationem factam, non valebit renuntiatio, nec dicetur officium vacare, ideo illud donatarius non poterit providere, quia non potest conferre nisi officia vacantia. Ordin. *d. lib. 2. tit. 45. §. 16.* ibi, *vagarem.* 5

Quando autem resignatio fit in manibus Regis, resignans amittit jus suum, & donatarius poterit 6

terit conferre officium, seu præsentare ad illud, ex Rot.nov. *dec.1.de renuntiat.* & *d.dec.4.in addit.n.5.* ubi probatur, quòd non inconvenit, quòd quis habeat potestatem admittendi resignationem, & alius collationem, ut hoc casu, quo Rex renuntiationem approbat, & donatarius dat officium.

7 Quid autem sit dicendum, si renuntiatio à Rege, aut superiore non fuerit admissa; vide Gomez. *in reg. de infirm. resignant. q.29.*

8 Et ratio supradictorum ea est, quia is, cui per donationem fuit à Rege concessa data, aut provisio officiorum, non potest eorum resignationem accipere, quia provisio & admissio resignationis sunt diversa; & ideò concesso uno non censetur aliud concessum, nisi simul utrumque concedatur, ut *in cap. dudum. in princ. de præbend. lib.6.* imò tenet expressè Rot. nova *dec.5. de renuntiat.* ubi inquit: *Nota, quod cui datur potestas conferendi beneficia vacantia, non videtur dari potestas, quòd possit renuntiationem recipere à volentibus resignare.* & idem tenuit Rot. *in antiquis dec.6.* & *in dict. dec.5.* reddit aliam rationem; scilicet, quod in resignationibus possunt evenire multa, in quibus factum resignantis possit lædere illum, ad quem pertinet provisio, ad quod dicit facere text. *in cap. dudum. de præbend. lib.6.* idem tenuit Cardinal. *dict. quæst.7. in clement.1. de rerum permutatione.*

9 Audi ergo, quid Rex postea hoc casu decreverit: *Pretendendo hum donatario da Coroa N. apresentar nos officios que os proprietarios renunciavão em suas mãos, se consultou a sua Magestade E vendo sua Magestade a consulta que sobre isso se fez, mandou per carta de 2. d'Outubre de 89. que o dito N. não pedia apprezentar por renuncia ção, senão quando vagasse por morte, salvo renunciando em mãos del Rey, & aceitando el Rey a tal renunciação avendo o officio per vago como se fosse por morte; o neste caso pedia o dito Donatario N. apresentar.*

Et foi perguntado a sua Magestade se se avia de entender o sobre dito em todos os donatarios: Respondeo, Sua Magestade vio a consulta em que se pergunta, se nas renunciações dos officios se ha de entender com os mais donatarios da Coroa, o que sua Magestade tem mandado que se faça com o donatario. N. E. parece a sua Magestade que assi deve ser pois a razão he toda hũa, & que assim he sua Magestade informado que se tem praticado em alguns casos com outros donatarios, per carta de sua Magestade de 15. de Jan. 1599. no livro da Rellação, fol. 349. verso. & no livro de Desembargo do Paço fol. 145.

10 Donatarius namque, cui est concessa data officiorum, quando vacaverint, potest etiam providere, quando vacant per renuntiationem; nam illud verbum, *quando vagarem*, positum in Ordin. *lib.2. titul 45. §.16. & 19.* comprehendit quemcumque modum vacationis, sive per obitum sive per renuntiationem, vel alio modo, ut per Gloss. *in cap. cupientes. verb. vacantibus. de elect. lib.6.* cui similis in *cap. si propter. de rescript. eod. libr.6.* Ripa *respons.21.* & sic servatur in nostro regno. Et judicarum fuit in processu Emanuelis Arnao scribæ de *Pena Cova*, per D. Franciscum de Leyria, scriba processus Petro Almirante.

11 Qui autem habet potestatem nominandi ad officium filium, & non nominaverit, an censeatur nominatus filius major? vide text. *in l. unum ex familia §. rogo.* ubi DD. D. *de leg.2.* facit in arg. Ord. *libr.4. tit.36. §.2.* & vidi consultum per gravissimos advocatos & doctissimos, quod conferetur nominatus filius Major in officio quodam de data Curiæ hujus civitatis. Illud autem nota quod in officiis, filiæ non veniunt appellatione filiorum. Bald. *in cap. ad audientiam. O. 2. de rescript. ad fin.* Vaz *cons.129. num.12.*

DECISIO XXIV.

Utrùm officia vendi possint? circa intellectum Ordin. *lib.1. titul.95.*

SUMMÆ.

1. *Venditio officiorum sæcularium non est prohibita nec jure divino, nec naturali.*
2. *Emptio officiorum publicorum de jure civili prohibita est, & consequenter venditio.*
   Inferior a Principe non potest officium publicum vendere. Ibid.
3. *Princeps non recognoscens superiorem potest officia publica vendere.*
   Prohibitio de jure positivo Principem non ligat. Ibid.
4. *Quamvis Principi non recognoscenti superiorem licitum sit officia vendere, convenientius tamen est, ne vendantur: quod servatur in Regnis hic enumeratis.*
   Hæc procedunt in officiis habentibus jurisdictionem aliquam annexam: secus si jurisdictionem annexam non habeant, ut sunt officia tabellionum. Ibid.
   In nostro Regno horum officiorum venditio Principi reservata est. Ibid.
5. *Officia publica in nostro Regno renuntiari non possunt sine licentia Regis.*
6. *Renuntiatio facta sine licentia Regis non valet, nec renuntians amittit jus suum, nec possessionem officy.*
7. *Facultate obtenta a Principe, ad renuntiandum officium, renuntiatio fieri potest, non tamen venditio, nec per talem renuntiationem pecunia recipi.*
8. *Renuntiatio infirmi resignantis de jure nostri Regio non valet, si renuntians ante 30. dies ex eadem infirmitate decedat; quod in beneficiis Ecclesiasticis de jure communi receptum erat, si ante 20. dies moriebatur renuntians.*
   Apud Gallos oportet quòd renuntians vivat 40. diebus. Ibidem.
9. *Officialis qui errores commisit, nec officium vendere nec renuntiare potest, licet à Rege facultatem habeat vendendi, seu renuntiandi hujusmodi officium.*
   Accusato propter delictum, officium non debet dari: secus si Princeps id sciendo admittat renuntiationem. Ibidem.
   Pendente lite super erroribus Princeps non tenetur admittere renuntiationes. Ibid.
10. *An donatarij possint dare spectativas ad officia vacatura, & serventias officiorum.*

Quamvis officiorum sæcularium venditio nec 1 jure divino nec naturali prohibita sit, ut tradit Guilhelm. *in cap. Raynutius. verb. duas habens filias. num.32.*

num. 32. *de testam.* Sot. *lib.* 3. *de just. & jur. quæst.* 6. *art.* 4. *col.* 3. Tellius *in l. Taur.* 26. *num.* 10. Menchac. *illustr. quæst. cap.* 42. *num.* 9. *ad fin.*

2 Tamen de jure civili prohibita erat emptio officiorum publicorum. *l.* 1. *D. ad l. Juliam, de ambitu.* & consequenter venditio, juxta regulam correlativorum, de qua *in l.* 1. *Cod. de indict. viduit. toll. l.* 1. *C. de Capres. lib.* 10. & in specie videtur text. *in l.* 1. *C. de pistoribus, lib.* 11. & *in l. unic. C. de officio præfect. senat. lib.* 12. not. Bald. *in l. Barbarius, D. de offic. prætor.* Sot. *cons.* 146. *n.* 2. *lib.* 1. Rebuff. *ad ll. Gall.* 2. *tom. tit. de mercator. minut. vendend. art.* 1. *gloss.* 5. *ad fin.* Franciscus Marcus *dec.* 149. *n.* 5. Unde infertur non posse quem inferiorem à Principe vendere officia, cùm non possit contra legem facere, *l. nemo potest, D. de legat.* 1. facit dictum Abb. *in c.* 1. & 2. *ne prælat. vices suas.* & inquit Sot. *de just. & jur. d. lib.* 3. *quæst.* 6. *art.* 4. *col.* 3. *ad finem.* quod domini inferiores non possunt vendere hujusmodi officia, idque generaliter procedit, quidquid distinguat Menoch. *ubi suprà, cap.* 43. *num.* 10. & apud nos probat Ordin. *lib.* 2. *tit.* 46.

3 Princeps tamen non recognoscens superiorem potest hæc officia vendere, quia cùm prohibitio sit juris positivi, eum non ligat. *cap. propos[u]it. de conc. preb. l. si quis in princ. testam. D. de legat.* 3. Salon. *in proœmio legum Taur. num.* 462. & *cons.* 41. *num.* 19. facit *l.* 1. *D. ad leg. Jul. de ambit.* & apud nos probat Ordin. *ubi supra.* licet aliqui Doctores contrarium teneant.

4 Quamvis autem officia vendi possint per Principem non recognoscentem superiorem, convenientius tamen est ne vendantur. tradit Sot. *de just. & jur. quest.* 6. *art.* 4. *column.* 4. & quod id sit Principi indecens, tenet Afflict. *lib. constit. rubr.* 93. *n.* 6. Rebuff. *in l. unic. gloss.* 1. *n.* 133. *C. de sententiis quæ pro eo quod interest.* & in Hispania ita servari testatur Tellius *in l. Taur.* 26. *num.* 11. ex quadam pragmatica 65. cujus tenorem refert idem Tellius *ubi suprà.* & in Gallia ita observari testatur Guilhelm. *in d. cap. Raynutius. verbo, duas habens filias. n.* 54. & 55. tradit Navarr. *in manuali cap.* 25. *n.* 7. & refert quamdam constitutionem Pij V. & in Regno Neapolitano idem constitutum est *lib.* 1. *constit.* 6. *l.* 2. & ibi Afflict. *n.* 2. & 3. quod procedit in officiis habentibus annexam jurisdictionem aliquam, ut sunt officia magistratuum, & similia habentia jurisdictionem: quod si annexam jurisdictionem non habuerint, ut sunt officia tabellionum, & similia, hæc quidem vendi poterunt, Avendaños *respons* 9. *n.* 2. Quod tamen in nostro Regno non habet locum, quia Princeps id sibi reservavit, Boër. *dec.* 14. Menchac. *illustr. quæst. c.* 43. *n.* 10. & probat d. Ordin. *lib.* 1. *tit.* 95. *in princ.*

5 Imò nec renuntiari officia possunt in nostro regno absque licentia Regis. d. Ordin. *lib.* 1. *tit.* 74. *in princ.* circa quod videndus est Rom. *singular.* 348.

6 Adeò quod aliter renuntiatio facta nihil valeat, & consequenter renuntians non amittat jus, nec possessionem, arg. *c. non præstat. de reg. jur. in* 6. Jas. *in l.* 1. §. *si vir uxori. n.* 27. *D. de acquirend. possess.*

7 Facultate autem obtenta à Principe, ad renuntiandum officium, renuntiatio fieri poterit, dummodo idoneus Principi præsentetur. Tellius *l.* 4. *Taur. num.* 65. sed per talem facultatem non poterit vendere, cùm hæc prorsus sint separata, arg. *cap. susceptum de rescript. in* 6. nec etiam poterit propter talem renuntiationem pecuniam recipere. *cap.* 1. §. *callidis de prohibit. feud. alienat. per Freder.* Sot. *de just. & jur. lib.* 3. *quæst.* 6. *artic.* 4. *colum. penult. ad medium*, & vide Tellium *l. Taur.* 26. *num.* 13. qui circa hoc meminit cujusdam pragmaticæ Regni Castellæ, & tenorem ponit.

Si autem renuntians officium, est in infirmitate 8 constitutus, & decessit ante 30. dies ex ea infirmitate, non valebit renuntiatio nec provisio ratione illius facta, sed remanebit vacans officium, ac si renuntiatum non esset. Ordinatio *d. lib.* 1. *titul.* 95. §. 1. quæ à jure communi differt, nam hoc tantùm in beneficiis Ecclesiasticis receptum erat, juxta reg. *de infirm. resignant.* in quibus oportebat renuntiantem vivere viginti diebus solùm post renuntiationem, licet hæc Ordinatio in officiis sæcularibus requirat triginta dies. Quinimò apud Gallos oportet quod vivat quadraginta dies, tradit Rebuffus *in praxi. ad regul. de infirm. resignant. Gloss.* 3. *ad fin. pag.* 516.

Idem probat hæc Ordin. quod si ille, qui habet 9 à Rege facultatem vendendi, vel renuntiandi officium, si errores committat, & postea renuntiet, non valebit talis renuntiatio, nec venditio, eo modo quo declaratur in d. Ordin. *lib.* 1. *tit.* 95. §. 2. juxta quam notabis, quod accusato propter delictum non debet officium dari. *l. reus delatus. D. de muner. & honor.* Boër. *dec.* 105. *num.* 15. secus tamen si Princeps id sciendo, admisit renuntiationem: nam ex hoc videtur dispensare, *l. quidam consulebat. D. de re jud.* Sed si hoc expressum non est, dicitur commissa subreptio, ac ob id non valebit talis renuntiatio, arg. *cap. constitutus. de rescriptis.* Dominic. *cons.* 105. *n.* 11. Nec Princeps pendente lite super erroribus tenetur admittere prædictas resignationes. Tellius *l. Taur.* 40. *num.* 66. omnino videndus.

An autem donatarij, quia officia ex donatione 10 Regia conferre possunt, spectativas ad supradicta officia vacatura possint dare, & promittere? dicendum est quod non: id enim soli Regi licitum est, & concessum à jure Principi non recognoscenti superiorem, arg. eorum quæ notantur *in cap.* 2. *de concess. preb. libr.* 6. *cap.* 2. *de preb. eodem lib. cap.* 2. *de concess. preb.* ubi Doct. Facit Ordin. *libr.* 2. *titul.* 45. §. 19. ibi, *quando vagarão.* & aliis, §. *ex illius ordinationibus.* Donatarij autem serventias officiorum dare non possunt, ut est express. Ordinat. *libro* 2. *tit.* 96 §. 7. *ad finem.* quam vide, & *lib.* 2. *titul.* 45. §. 24. *in princ.* & *alibi.*

DECISIO XXV.

Castella seu Castra Regni, quæ dicuntur fortalitia, utrùm connumerari debeant inter bona Regiæ Coronæ.

SUMMÆ.

1. *Castra & fortalitia omnia Regni pertinent ad Regiam Coronam, & in illis habet Rex fundatam suam intentionem.*
   Ubi lex regni non disponit, lex Regni vicinioris est sequenda. Ibidem.

2. *Pri-*

2. *Privato non licet Castrũ in limine Regni ædificare.*
3. *Castra in limine Regni à solo Rege possunt obtineri.*

1 FOrtalitia,& Castella Regni, omnia sunt Regiæ coronæ, & in illis Rex habet fundatam suam intentionem, l.1.tit.18.p.2. ibi, el Senhorio pertence, &c. ubi Gregor.Lopez.gloss.1.dicit,quòd circa Castra & fortalitia Regni habet de jure Dominus Rex intentionem fundatam, quemadmodum habet in ceteris Regalibus & jurisdictionalibus, Concordat l.1.tit.17.part.2. ubi postquam statutum est, quod Princeps habet bona patrimonialia ad instar privatorum,adjecit hæc verba, y entras ha que pertencem al Reyno assi como villas, y Castellos. quibus locis non obscurè probatur, verum esse quod diximus, Castra regni omnia de Regalibus esse, & super illis habere Regem suam intentionem fundatam, ut in dict.l.1. adnotavit Gregor. Lopez ex auctoritate Baldi cons.159.lib.3. & quamvis in nostro Regno Lusitaniæ legem non habeamus hoc sic declarantem, sequenda est lex Castellæ, tamquam Regni vicinioris,ex traditis per Bart. in l. omnes populi.D. de just. & jur. maximè cum illa lex juri communi conformis sit, secundùm Gregor. ibi, ex Bald.quem citat. facit. Ordin. lib.3.tit.63.§.1.& 2.

2 Ulteriùs, quando oppidum, seu Castrum est in limine Regni, non licet privatò Castrum ædificare. l.quicumque. & ibi Gloss. & Bart. C. de fund.limitroph.lib.11.l.fin.titul.18.part.2. ubi Gregor.verbo, de novo. & alia lex 7.tit.7.libr.4.Ordinament.ubi notavit Glossator Peres. Avend. de exequend.mand. cap 4.libr.1. Aviles praetorum.cap.12.

3 Et quod Castra in liminibus Regni à solo Rege possint obtineri, tradunt Afflict. titul.quæ sint Regal. num.65. Gigas de crimine læsæ Majest. quæst.46. Igneus in l. donationes. C.de donat.inter vir.& uxor. num.42.& 49 & est bonus text.in l.2.C. de fund. limitroph.lib.11.l.opus.D.de operib.pub. & ibi bona Gloss. & in l. per provincias.C.de ædific.privat.& in l.omnes.C.de fund.patrimon.lib.11. quod & in Regno Franciæ reservatur,ut per Carol.de Grallal. lib.2. de Regal.c.3.colum.7.fol.25. Menchac. quæst.illustr. cap.6.in princ.Gomez l.46.Taur.num.14. Padilha. in l.altius.C.de servitut.& aqua.num.14.cum seq. Ex quibus sine dubio Castella & fortalicia hujusmodi, quæ sunt juxta limina Regni, ad Coronam Regni pertinent, & in illis Rex habet intentionem fundatam,& hoc jure utimur.

DECISIO XXVI.

Utrùm Rex teneatur Castrum restituere donatarij filio, quod ab hostibus captum, ipse Rex suis sumptibus recuperavit?

SUMMÆ.

1. *Prædia, seu quævis alia immobilia ab hostibus capta, si postea contraria vi ab illis recuperentur, suis prioribus dominis sunt restituenda.*
   Idem dicendum est, si Episcopatus aut Parochia ab infidelibus occupetur, & postea à fidelibus recuperetur. Ibid.
2. *Limitatur hoc in Castro, quod Rex suis sumptibus recuperavit, ut domino illius non restituatur, nisi prius refundat sumptus, quos Rex fecit in eo recuperando.*
3. *Sublimatur hoc, quando Princeps fortificat Castrum vasalli, ut exinde commodiùs bellum hostibus inferat, quia bello finito, domino restituendum est, nec tenetur ad sumptuum solutionem, nisi tamquam quilibet de populo, in cujus favorem Castrum fuit fortificatum.*
   Fortalicia, quæ cedunt usibus propriis dominorum, quamvis fiant ad tutelam civitatis, debent ab eorum dominis custodiri, ac reparari tempore belli & pacis, non autem a communitatibus. Ibid.
4. *Sublimitatur superius dictum, nempe quòd Rex non tenetur restituere ejus vasallo Castrum, quod ab hostibus suis sumptibus recuperavit, nisi priùs refundat quod in eo comparando consumpsit, ut procedat, dummodo tamen Princeps compenset quidquid percepit ex redditibus Castri, vel illius occasione lucratus est, idque usque ad dictorum sumptuum quantitatem.*
   Hoc idem dicitur de eo, qui rem alienam emit, non ut ipse lucraretur, sed ut domino restitueret. Ibidem.
5. *Sublimitatur itidem superius dictum, scilicet, quod fortalicia debent reparari, & custodiri ab ipsis dominis, tempore belli & pacis, ut procedat, quando ea conditione donatum est tale fortalicium, ut tempore belli & pacis dominus illud reficeret, vel semper refectum seu melioratum haberet: secus si simpliciter ei donatum fuit, vel alio titulo acquisitum.*
6. *Dominus Castri tenetur in totum ad impensas utiles & necessarias factas à Principe in fortificando Castro: secus si nec utiles, nec necessaria fuerint, quia tunc non tenetur, nisi ut quilibet de populo.*
7. *Cives domini Castrorum, seu arcium, de jure nostro Regio non tenentur illas reficere tempore belli: sed refici debent de redditibus tertiarum (ut vocant) quæ solvendæ sunt Regi.*
   Limita in arcibus, & Castellis, quorum reparatio pertinet ad præfectos arcium, seu Alcaides mores. Ibidem.
   Sublimita, casu quo hæc reparatio ad eos non pertineat, quia tunc ex dicta tertia est facienda. Ibidem.

REx donavit Castrum in Brasilia, cum suo territorio N. posteà Galli hostes vi ceperunt illud: quod cùm diu retinuissent, nec N. prædictus, nec ejus filius,& successor possent recuperare,etiam interpellati à Rege sæpiùs; Rex ipse comparata classe, multis repleta militibus, multa impensa, Castrum adortus, illud è manibus hostium eripuit, eo animo, ut vim & injuriam illatam sibi repelleret, ac vindicaret, & ita incommoda & damna sibi suisque inde eminentia evitaret, hostes suis finibus expelleret, ne, dum vasallis suis talia Castra adimerent, ditionis suæ dominium,& Regnorum suorum limites coangustarent ac restringerent. Cumque Rex illud Castrum retineret, nec dicto N. vellet restituere; Regem,& ejus coronæ Regiæ advocatum convenit, petens sibi restitui. Quæritur utrùm Rex debeat Castrum filio N. & ejus successori restituere?

Et

1 Et videtur quòd sic primùm per text. notabilem *in l. si captivus. § expulsis hostib. D. de captivis.* ubi ea prædia, sive alia immobilia, quæ hostes eripuerunt, & nostri milites contraria vi recuperarunt, non fiunt capientium, sed prioribus dominis restituuntur, facit text. *in l. Pomponius. D. de acquir. rerum domin.* tradit Soar. *alleg. 8. n.* 1. *& seq.* ubi inquit, quòd si Episcopatus occupetur ab infidelibus aut parochia, & recuperetur à fidelibus, debet talis Episcopatus redire ad suum Episcopum, & talis parochia redire ad suum Episcopatum, per text. *in c. pastoralis. 7. qu. 1. & cap. redintegranda. O. 1. 3. qu. 1.*

2 Sed tamen hoc limitandum videtur, quòd talis restitutio fiat, si modò priùs dominus Castri restituat ac refundat Regi sumptus, quos fecit in eo recuperando, quia scilicet utiliter gessit ejus negotium, ita per plura & singularia fundamenta concludit Anch. *in reg. peccatum col. 36. vers. sed occurrit quæstio. de reg. jur. lib. 6.* sequitur & commendat Palat. *in rub. de donat. inter vir. & uxor.* §. 65. *incip. limitabis tertiò, n. 61. ver. ex quibus omnib.* ubi per hoc decidit quæstionem hanc in casu, qui contigerat durante schismatis tempestate in illis Regnis; nam aliqui tyranni occuparunt Castra ad alios pertinentia, ex quibus Castris in loca vicina sæpiùs incursiones faciebant, & per tyrannidem multa damna alijs inferebant; cumque domini Castrorum ea recuperare non possent, alij domini temporales, quorum terra & vasalli talia damna patiebantur, dicta Castra pecunia redemerunt, aut obsidione, cum magno exercitu & sumptibus obtinuerunt, non animo lucrandi, sed potiùs restituendi veris dominis, & evitandi prædicta incommoda, quæ sibi & suis in dies inferebantur, utque ne illam vexationem redimerent, cùm aliter se defendere non possent: & dicit ubi suprà, quòd certè isti non dicentur malæ fidei possessores, nec tenebuntur veris dominis Castra restituere, nisi priùs satisfiat eis de expensis & damnis, quæ in recuperatione talium castrorum sustinuerunt, quoniam (inquit) utiliter negotium eorum gesserunt, quorum castra erant, & allegat Anchar. *ubi sup.* & text. *in l. fin. C. de bon. auctorit. jud. possid.* quem dicit menti tenendum, & videndum Bart. *in l. nam & Servius. D. de negot. gest. & in l. si non sortem. §. si centum. D. de condict. indeb.* Et ibi etiam *in ver. ex istu alias.* intulit ad alium casum in contingentia facti. Nam cùm Regnum Navarræ eo tempore multis calamitatibus laboraret, & Pontem Ferratum quidem in custodiam tenerent pro Regina Joanna: Comes de Lemes videns Castrum illud periculo subjacere, quia forsan alij magnates illud capere volebant, ipse illud cepit, ut Reginæ (sicut ille dicebat) restitueret, vel pro ea conservaret, & dicit Palat. quòd si d. Comes ea intentione illud fecit, non incideret in pœnam: immò potuit sumptus ibi factos repetere, per ea quæ dixerat de emente rem alienam, ut vero domino restituat.

3 Quæ tamen videntur limitanda secundùm mentem præfati Doctoris, quando Princeps fortificat Castrum vasalli, vel Ecclesiæ, ut exinde commodiùs guerram faciat; quia postea, finita guerra, domino Castrum repetenti debet restitui, nec ille sumptus Principi solvere tenetur, nisi tamquam unus de populo, cujus populi favore Castrum fuit fortificatum, secundùm Bald. *in l. si aliquem in fine principij. D. de officio proconsul.* quē sequitur Jacobin. *in tract. feud.* allegat. à Palatio *ubi supra*, ubi inquit Bald. quòd si Castrum meum dirutum, per Principem sit refectum, propter bellum imminens, ego non teneor ad talem impensam, nisi tamquam unus de populo, & dictum illud Bald. pro singulari commendat Cremen. *notab. 25. si Princeps.* & pro notabili reassumit Barthol. Veronens. Cæpol. *de servitut. urban. cap. 39. col. fin. vers. nem ponet.* refert Catelianus Crot. *in suis memorab. vers. Castrum, & verb. Rex* ubi tamen in contrarium allegat, quod concludit Bald. *cons. 159. proponitur col. 1. lib. 3.* ubi inquit, quòd Princeps potest mandare civi, qui sit dominus alicujus Castri, ut Castrum suum muniat & custodiat; immò in ejus negligentia posset Princeps hoc facere, ut dicit observatum fuisse contra aliquos ex civibus Mediolanensibus: sed tamen cavendum est, ut dicit Bald. ne fingatur occasio propter quam cives priventur possessione suorum Castrorum: quod Catelianus inquit esse memoria dignum: qui etiam in contrarium allegat singulare dictum Angel. *in l. Turres. C. de operibus pub.* ubi notat per illum text. quòd fortalicia, quæ cedunt usibus propriis dominorum, quamvis fiant ad tutelam civitatis, debent per dominos proprios custodiri, & reparari tempore pacis & belli, non autem per communitates, & hoc dictum dicit se alibi non legisse Jas. *in l. divortio. §. ult. D. solut. matrim.* & refert, & videtur probare Catelian. *ubi sup. d. verbo. Rex.* ubi tamen subdit, quòd licet ratio & jus ita dictent, vidit tamen contrarium servari in refectione Arcis Laudensis, ad cujus impensam cives coacti sunt, & vide Menchac. *lib. 1. illustr. quæst. cap. 6.* relatum à Lusitano Vaz. *de jure emphyt. c. 26. n. 9.* Barb. *d. l. divortio. §. interdum numer. 6. & seqq. D. soluto matrimonio.*

Limitabis etiam quod suprà diximus, vasallum 4
Castri recuperati dominum, teneri restituere sumptus, quos Princeps in eo recuperando fecit, ut procedat dummodo Princeps compenset quidquid percepit ex redditu illius Castri, vel occasione illius fuit lucratus; idque usque ad concurrentem sumptuum dictorum quantitatem: quemadmodum dicimus teneri emptorem, qui rem alienam emit, non ut ipsam lucretur, sed ut domino restituat recepto pretio & interesse suo, quia tunc rectè pretium totum repetit, sed in illo tenetur compensare quidquid ex re empta percepit, interim dum non restituit illam domino, ita notabiliter Palat. *ubi sup. d. limit. 3. num. 57. vers. uno tamen casu.* allegat in arg. text. *in l. sed an ultro. §. 2. de negotiis gest. & in c. cùm dilecti. §. fin. de accusat. & decis. Capel. Tholosan.* 151.

Declarabis quod superiùs diximus, Cives domi- 5
nos alicujus arcis aut fortalitij, teneri ea custodire & reparare tempore belli & pacis, cum Ang *in d. l. Turres.* ut hoc procedat, cùm tale fortalicium civi ea conditione donatum est, vel alio titulo acquisitum, ut tempore belli teneatur reficere, vel ut semper refectum & melioratum habeat; secus si simpliciter illi donetur, vel alio titulo acquiratur; quia tunc procedet prior opinio Bald. *in d. l. si aliquam.* ut cives non teneantur restituere Principi impensam, quam fecit in ejus arce fortificanda, ut inde commodiùs bellum geratur, nisi tamquam unus de populo; secundùm Palat. & Catelian. *ubi supra.*

6 Quod tamen intellige, qusndo Princeps aliquam fecit impensam, quæ domino Csstri nec luit utilis, nec necessaria, puta, quia in arce mœnia fecit, aut *balbuisteiras, ou sacadas pera vigias, ou cava*, aut quid simile; quia id magis videtur gestum in populi lsvorem, & ideò Dominus Caltri tenetur tunc contribuere, ut unus de populo: secus si Princeps fecit impenlsm utilem, aut necessariam domino, puta, si Castrum dirutum erexit, & reædificsvit, vel fecit feneltras utiles, vel tabulata adjecit, vel refecit aliquam partem ruinosam, vel quid simile; quia tunc, quia utiliter domini negotium gessit, tenetur idem dominus ad illam impenlam in totum, & hoc casu verior & probabilior videtur posterior opinio Ang. *d. l. Turres.* & Bald. *d. cons.* 158. *lib.* 3. quàm alia opinio ejusdem Baldi *in d. l. si aliquam. D. de officio Proconsul.* quam sequitur Palat. *ubi supra.* quæ sanè duæ opiniones possunt concordari modo supradicto.

7 Et adde quòd id, quod suprà diximus, teneri cives ad impensam arcis seu fortalitij tempore belli, non procedit in noltro Regno; quis si aliquis est dominus alicujus srcis, seu turris, seu muri, non tenetur illum reficere tempore guerræ, quia ad hoc non potest obligari; & si de jure communi tenerentur cives, tunc de jure nostro tenebitur Rex ad talem impenlam, quia ideò civitates & municipia totius Regni Regi pendunt tertiam partem suorum redditUum, ut teneatur omnes muros, arces, & turres civitatum & oppidorum fortificare, ut est Ord. *lib.* 2. *tit.* 28. §. 2. Quæ Ord. limitstur in Castellis, quorum reparatio pertinet ad præfectos arcium (*Alcaides mores* dicimus) ut in Ord. *d. lib.* 1. *tit.* 74. §. 12. Si tamen sit casus in quo reparatio ad eos non pertinet, prout non pertinet reparstio murorum, *Barreiras, & balvartes, & torres, quando o Castello não he dado de juro*, tunc ex dicta tertia facienda erit talis reparatio, ex *d.* §. 2. *tit.* 28. quæ omnia valdè nota ad declarationem illarum Ordinationum.

DECISIO XXVII.

Circa intellectum Ordinationis Regiæ *lib. 2. tit. 35. cum aliquibus §§.*

SUMMÆ.

1. *Fœminæ sunt incapaces bonorum Regiæ Coronæ, & uti tales ab eorum successione excluduntur.*
2. *Filius, seu alius masculus ex fœmina descendens, in bonis Regiæ coronæ succedere non potest.*
   Actus bellici non cadunt in fœminas, sicut nec actus jurisdictionis. Ibidem.
   Limita, nisi Princeps speciatim id fœminis concesserit. Ibid.
3. *Clericus non potest succedere in bonis Regiæ Coronæ.*
   Filius legitimus clerici, conceptus antequam pater Ordines sacros suscepisset, an excludat patruum ab hujusmodi successione? Ibid.
   Clericus licet sit inhabilis ad possidendum bona hæc, habilis tamen censetur ad succedendum, dummodo incontinenti successionem in filium legitimum transmittat. Ibidem.
   Primogenitus inhabilis ad possidendum, si patri suo supervixerit, habilis reputatur ad hoc ut filio suo incontinenti successionem restituat: & nepos fortiori jure admittitur ad successionem, quam si ejus pater in rerum natura non esset. Ibid.
   Ordinatio hæc in §. 1. intelligitur, quando filius fuerit habilis; secus si sit inhabilis. Ibidem.
4. *Legitimatus simpliciter ad succedendum in majoratibus, feudis, & alijs similibus, per verba quantumcumque generalia, in bonis Regalibus non succedit, nisi ei id speciatim in legitimatione concedatur cum derogatione hujus legis.*
5. *Bona Regalia dividi non possunt, quamvis in donatione apposita sit clausula, quòd dividi possint.*
   Fallit si per quadraginta annos, & eò amplius hujusmodi bona solita sint inter heredes dividi. Ibid.
6. *Bona Regalia non possunt vendi, nec alienari, nec de illis in testamento disponi; quod & in feudis admittitur.*
7. *Bona Coronæ Regi vendi possunt.*
8. *Decima concessa alicui & ejus heredibus, possunt vendi ipsi Ecclesiæ, etiam cum præjudicio heredum.*
   Jus retractus non habet locum in venditione facta à laico ipsi Ecclesiæ. Ibidem.
9. *Fundus Regalis permutatus pro patrimoniali, fit patrimonialis; & qui succedebat in fundo permutato, succedere etiam debet in eo, cum quo facta fuit permutatio.*
10. *Jus patronatus non venit in donatione generali facta a Rege, nisi de eo fiat specifica mentio; secus de jure communi.*
11. *Contractus super Regalibus non valet, nisi quamdiu durat jus donatarij contrahentis.*
    Quod declaratur juxta Ordinationẽ l. 4. t. 66. Ibid.

Filia fœmina non succedit in bonis Regiæ Coronæ. Ordin. supradicta. § 4. ibi, *filha as não possa herdar.* 1

Ampliа, quòd nec filius, aut alius masculus descendens ex fœmina, §. 14. eadem Ordin. & ita probant ista jura, quòd fœminæ sunt incapaces bonorum Coronæ, & probibitæ ea possidere, & videtur ratio, quia talia bona comprehendunt plures actus jurisdictionis, ut sunt jus dicere, & auditores ad judicandum subdelegare, judices electos confirmare, tabelliones & alios magistratus præsentare, & aliquando hujusmodi officia conferre: comprehendunt etiam Regalia, ut officia Castellanorum, qui sunt arcibus præfecti, quod dicimus, *Alcaides mores dos Castellos* quæ quidem fœminis non competunt, quia nec solent, nec possunt per eas exerceri; unde actus bellici non cadunt in fœminis, sicut nec actus jurisdictionis, *l. fœmina*, ubi late Dec. *D. de reg. jur.* traditur per DD. *in l. cùm prætor.* §. *fin. D. de jud. & in cap. dilecti. de arbitr.* Quæ tamen prohibitio fallit, nisi Princeps speciatim fœminis ista concesserit. gloss. *in l.* 1. & ibi Bart. *C. de mulierib. & in quo loco munera, &c. lib.* 10. gl. similis, *verbo, remota, in d. c. dilecti* ubi Abb. & dec. *d. l. fœmina. n.* 5. & probat ista Ord. *in hoc* §. 4. & §. 17. ibi, *salvo onde expressamente.* 2

Itidem non succedit in bonis Coronæ clericus. 3
§. 10. hujus Ordinat. ibi, *de Ordens sacras, ou beneficiado.* Quæstionis tamen est, quid si ante susceptos Ordines sacros, is habuit filium legitimum, an is excludat hoc casu patruum? Dic quòd sic, si patri filius sacerdos vel monachus sit superstes: nam licet is sit inhabilis ad possidendum, habilis tamen censetur ad succedendum, ad hoc tantùm, ut incontinenti successionem in filium suum transmittat. arg. eorum quæ Socinus tradit *cons.* 47. *facti narratione. n.* 12.

*num.*12. *&* 13.*lib.*3.ubi ait, quòd quando primogenitus est inbabilis, & tamen patri supervixit, fortiore jure admittitur filius ejus, quàm si idem primogenitus non fuisset in rerum natura: siquidem primogenitus, vel in hoc habilis intelligi debet, ut filio suo majoratum incontinenti restituat; & ita nepos non avo, sed patri primogenito successisse intelligitur. Ita Socinus, quem refert & sequitur Cost. *q. patrui, & nepot. pagin.*65. *vers. verumtamen in clerico, ad fin.* ubi inquit, quòd licet ista Ordin. §.1. majoratum filio deferat post mortem patris, potest tamen accipi, quando pater est habilis; secus si sit inhabilis, quoniam incontinenti transfert bona in filium, ut Socinus argumentatur.

4 Legitimatus utrùm succedat in bonis Coronæ? Dic, quòd si legitimetur simpliciter, quantumcumque generaliter ad succedendum in majoratibus, feudis, & alijs rebus similibus, prout sunt capellæ, reguenga, vel realenga, non poterit sic legitimatus succedere; nisi id speciatim in legitimatione ei concedatur cum derogatione hujus legis *in* §.12. *in fin.* ibi, *onde especialmente.* & multò magis, ubi expressim in legitimatione excipitur, & prohibetur ne in bonis Coronæ succedat, ut fuit judicatum in processu Antonij Pires de Saõ Salvador de Joanne, contra Antonium Pires da Lapa, territorij Oppidi de Barcellos, scriba Petro Almirante, anno 1583.

5 Bona Coronæ, & Regalia dividi non possunt, non obstante clausula, quòd talia bona Regalia possint dividi. Ord. *sup. d.* §. 17. ibi, *fiquassem todas in solidum ao filho major.* & §. 18. ibi, *que não fossem partidas em tempo algum.* & §.1. ibi, *inteiramente,* quod fallit, nisi solita sint dividi inter heredes plus quàm per quadraginta annos, ut contingit in prædijs, quæ possidentur in realenguis, *reguengos*, ut fuit judicatum in processu, de quo supra, per text. & ibi notatur *in cap. cùm de beneficio de prabend. lib.*6. Sed dubito, quia ista Ordin. nimium resistit propter notabile damnum, & præjudicium Coronæ, quod ex hujusmodi divisionibus contingit: & sic cogitandum relinquo.

6 Ord. ista in §.18. *versic. E no caso que não tever filho*, ibi, *não a pode vender, nem escaimbar*, facit dubium, utrùm poterit in testamento de ea re disponere, puta legare, vel mortis causa donare. Et videtur quòd non, per istum text. sic etiam in feudo, defuncti ordinatio non admittitur, ut in *c.*1. ibi, *nulla ordinatione defuncti in feudo manente, vel valente de success. feud.* text. etiam in *c.*1. §. *donare, qualiter olim feud. alien. poter.* ubi Matth. de Afflict. notat. *num.* 5. quòd vasallus sine consensu domini non potest feudum legare, nec donare causa mortis, etiam pro anima, sequitur Chircovius *tract. com. opinion.* 1. *p. lib* 4. *verbo, defuncti ordinatio*, ubi etiam citat Dec. *cons.*144. *numer.*2. & Curt. *de feud.*4. *p. ex quibus caus. feud. amittat. num.* 125. §. *penult.* Quod adeò verum esse existimant, ut eo casu legatario nec æstimatio feudi debeatur. Jacobin. de S.Georg. *de feud. verbo, & cum pacto, num.*5. Chircovius *ubi suprà.* Amplia quoque etiamsi legatum fiat Ecclesiæ, secundùm Curt. *ubi suprà. d.* §. *penult.* ubi dicit hanc esse communem Doctorum sententiam, quam etiam refert Roland. à Valle *cons.*41. *n.*32. *volum.*2. Chircovius *ubi suprà*, quod absque dubio multò magis procedit de jure nostro, quo prohibetur hæc Regalia in Ecclesiam & Ecclesiasticas personas transferri, & generaliter prohibentur alienari absque Regis facultate & consensu, cum pœna commissi & decreto irritante, ut in hoc §. ibi, *& fazendose o contrario*, quæ omnia valdè nota.

7 Ord. ista *in* §. 25. disponit bona Coronæ Regi vendi posse, ibi, *poderão livremente a nos ser vendidos.* quod ea ratione fit, tum quia favor est Coronæ, tum quia res de facili revertitur ad suam naturam, *c. ab exord.* 30. *dist. l. si unus.* §. *pactus ne peteret. D. de pact.*

8 Sic etiam in simili dicitur de decimis, quæ si fuissent laicis concessæ ab Ecclesia, nempe T. & suis heredibus; is T. potest Ecclesiæ eas remittere, etiam vendendo, in præjudicium suorum heredum, secundùm Bart. opinionem *in l. qui Romæ.* §. *Flavius. in fin. D. de verb. obligat.* quod in hoc casu servari dixit Rebuff. *de decimis. q.* 10. *n.*27. *vers. imò si fuissent.* quamvis dicat in alijs casibus communem opinionẽ esse contra Bart. & subdit quòd ita declaravit Rex Ludovicus, ut laici has decimas feudales Ecclesiæ possint relinquere, sine ipsius consensu, & quòd heredes contra hoc non possent venire, & plus dicit ibi Rebuff. *num.*28. quòd isto casu, quando laicus decimam jure tenens, vendit eam Ecclesiæ, non habebit locum jus retractus per proximiorem, & ita dicit in curia fuisse pronnutiatum, quem videas.

9 Circa §.22. hujus Ordinat. ibi, *fossem avidos per bens da Coroa, & como taes julgados*, nota quòd ita de jure est; nam fundus Regalis, cum quo fuit permutatus fundus patrimonialis, fit etiam patrimonialis, ut per Bald. *cons.*182. *col.*2. *lib.*1. post Masuerium quem citat; sequitur Tiraq. *in l. boves.* §. *hoc sermone. limitat.* 14. *num.*2. *D. de verb. significat.* Lucas de Penna *in l.*1. *col.*4. *vers. sed quid in quæstione. C. de impenenda lucrat. descript. lib.*10. ubi multis rationibus id confirmat. Et inde fit, quòd si in fundo permutato succedebat primogenitua, ita etiam succedit in fundo, cum quo fit permutatio, ut concludit Jas. *cons.*238. *lib.*2. Tiraq. *de retract. l.* 5 *gl.*1. § 32. *numer.*26. *in d. l. boves.* §. *hoc sermone. limit.*14. *nu.*5. & *seq.* & vide Vaz *consult.*132.

10 Circa §. 24. nota, quòd jus patronatus non venit in donatione generali, facta à Rege, nisi de eo fiat specifica mentio, quod de jure Regni procedit per hanc legem; secus de jure communi, quo jure si Rex cum universitate donavit aliquod jus patronatus ad vitam donatarij, illud utique videtur comprehensum in donatione, ut pulchrè disputat, & concludit Guilhelmus Benedictus *post repetitionem cap. Raynutius. in quæst. de thesaurario sancta Capella, per totam*, quem vide, nisi dicas ibi agere de effectu donationis ad vitam donatarij tantùm, hîc autem de effectu donationis, non solùm quoad donatarium, sed etiam quoad ejus heredes & successores; tametsi iste §. in principio, ibi, *aos taes donatarios*, agat tantùm de donatario, utrùm illi videatur donatum jus patronatus cum universitate, de quo cogita, quia ista lex videtur se fundare in jure communi civili, ibi, *& informado per letrados de seu conselho*, & sic videas benè quid dicat Guilhelmus *ubi suprà*, sed tu Ordinationem sequere, quam sequi tenemur. Ord. *lib.*3. *tit.*64. & diximus latè *in libello de patronatibus Regiæ Coronæ.*

15 Circa §.25.nota, quod contractus valere non debet,nisi quamdiu durat jus concedentis, ibi, *que taes contractos não devem durar mais que a merce feita ao dito donatario*, quod etiam probat *l. necessario. §.fin. D.de periculo,& com.rei vend.l. si quis donum. §. huic subjungi. D. locati. l. lex vectigali. D. de pigneribus.* per quæ jura id probant Socinus, Alexander, Jas. Gomez.relati à Vaz. *de jure emphyteut. 1.part.quæst.* 50. *num.* 4. ubi pulchrè declarat istam Ordinationem, nisi talis emphyteusis conceedatur à donatario accepto aliquo pretio pro ingressu, quia ex hoc ipso erit statim nulla, nec durabit etiam ad vitam concedentis, juxta Ord. *lib.4.tit.45.* de qua ibi latè agit *à num 2. cum sequentibus.*

DECISIO XXVIII.

An Capitanei Insulæ Funchalensis, S. Michaëlis, & dos Acores, & in Brasiliis, sint habendi tamquam alij donatarij bonorum Regiæ Coronæ, & eorum donationes regulandæ, ut aliorum donatariorum?

SUMMÆ.

1. *Capitanei Insularum, qui jurisdictionem habent, & jura Regalia in Insulis, tamquam alij donatarij Regia Corona haberi & reputari debent, & eorum donationes regulari sicut cætera donationes aliorum donatariorum.*
2. *Si donatarius de consensu Regis donet alicui bona Corona, ab ipso Rege, quoad omnes effectus donata censetur.*
3. *Capitanei Insularum debent eas defendere ab hostibus,& à Piratarum incursionibus & latrociniis, & ideo nomen Capitanei eis impositum est.*
   Donatarij domini terrarum in Regno, non sunt Capitanei in suis terris, nisi eis hoc expressè donatum fuerit. Ibidem.
4. *Capitanei locorum Africa differunt in multis à cæteris Capitaneis Insularum,& jurisdictio quam habent, est ordinaria & non donata.*
5. *Rex potest donare Capitanias locorum Africa ad vitam, seu in perpetuum.*

1 HÆc quæstio contigit in facto, in processibus Emannelis Corte real, & de Vasque annes Corte real ejns filij, contra procnratorem Regium, & Comitis de Villa Franca, contra eumdem Procnratorem Regium, in mense Augusti, anni 1593. in qnibus judicatum fuit hos Capitaneos, qui ex donationibus Regiis juriadictionem habent, & jura Regalia, in prædictis insulis,haberi, & reputari, ac si essent donatarij bonorum Coronæ, & eornm donationes regulari debere, prout regnlantur cæteræ donationes aliorum donatariorum, Ord. *lib.2.tit.45.§.8.* quæ generaliter intelligenda est, cùm eadem sit ratio in his Capitaneis, ac est in aliis donatariis, arg gloss. *in clem. 5.verbo,eliguntur.* & ibi Cardin. *de elect.* Bald.per illum text. *in l. quod dicitur. D.de pact.* Tiraquel.*cessante causa. 5.part. numer.*150. facit gloss. *in l.1. verb.judicati.ad finem. Cod. de condict. indebiti.* Bald.*in l.de quibus D.de legibus.* Tiraquel. *ubi suprà, numer.* 152. fecit enim Ord. mentionem donatariorum gratia frequentioris nsus, non autem ut excluderet Capitaneos, qui jurisdictionem etiam donatam habent, & jura Regalia, arg. gloss. *in clement.5.verb.præsidentes.de rescript*, ubi Imol. *num.*25. latè Tiraquell. *de retract. fol.*200.*num.*4. Pro quo facit Ord. *lib.4.tit.15.in princip.* in æqniparatione,quam facit de auditoribus dominorum terrarum, & Capitaneorum, qui Capitanei sunt perpetui,qui jurisdictionem habent donatam,& jura Regalia in suis Capitaniis. Facit Ordin. *lib.2.tit.49.in princ.* ibi,*ou Capitaēs de Ilhas em suas terras.*

Donationes antem de his Insulis, eis fuerunt fa- 2
ctæ per Isfantem Henricum filium Joannis primi Regis Portugaliæ, qui Inlulam illam Fungalensem suis expensis invenit, & per Regem Emanuelem, quo tempore erat Dux Pacis Juliæ: quæ tamen posteà confirmatæ fuerunt per Reges hujus Regni, retento nomine Capitanei; & sic videntur donationes factæ ab Ipso Rege: qnando enim donatarij Regiæ Coronæ (ut erant Isfans, & Dux Emanuel) de consensu Regis donant alicui prædicta bona Coronæ, ipse Rex est qui donare censetur ad omnes effectus,arg. *l.in ædibus.§.quod filius. D. de donationibus.*Rom.*cons* 98.

Et hoc nomen Capitanei illis impositum vide- 3
tur, ut in prædictis Insulis, & in aliis Castris Brasiliæ provinciæ,Ducum belli officia gererent,& illas Insulas tutas haberent à piratarum incursionibus, & latrociniis, & illas defenderent: quod non ita fit in aliis dominis terrarum in regno: nec enim Capitanei sunt in suis terris, nisi eis hoc expressim etiam sit donatum, & ego vidi donationem quamdam vice Comitis de villa nova de Cerveira, ubi eum fecit Capitaneum, ultra jurisdictionem donatam, & jura Regalia.

Capinei autem locorum Africæ, non sunt hu- 4
jusmodi, ut quia ad tempus serviunt, & sunt ut ceteri Duces belli in arcibus positi, quos Duces, & Capitaneos belli Rex creat. Ord. *lib.2.tit.26.in princip.cap.1.quæ sint Regalia.* ubi Afflict.ex expensis Regis serviunt, & militant, & salarium habent; non autem habenr jura Regalia ex donatione, sed solùm habent jura aliqua ratione officij Capitanei, bellici, ut sunt, *os quintos das prezas*, & jurisdictio quam habent, est ordinaria, & non donata, Ordin. *lib.2.tit.47.*

Bene verum est, quod potest Rex donare etiam 5
has Capitanias Africæ in vita, seu perpetuò, ut est in civitate Ceptensi, ubi Marchio villæ Realis habet hanc Capitaniam in vita, & in dicta civitate aliqua jura Regalia: sed hoc tunc est,quando in donatione expressum fuit, & ego vidi donationem Ducis de villa Real Doni Emanuelis, & in ea concessum per Regem,nt in ejus absentia, Dux positus ibi per Regem vocaretur *Capitão de Cepta por el Rey nesse senhor em ausencia do Duque de villa Real, cuja a dita Capitania he.* qnod tamen privilegium, seu donatio cùm personalis sit,non egreditur personam. *reg. Privilegia. de reg. jur. lib.6.* ubi Dinus *l. Privilegia. l. in omnibus. D.de reg.jur.* nbi DD. *§.quod Principi placuit.instit.de jur.natur.* & necessum est, ut de novo ejus successoribus fiat talis donatio.

DECISIO XXIX.

An Capitanei Insularum, qui tamquam donatarij sunt, quo casu per se non serviunt, & Rex alium Capitaneum facit, teneantur solvere salarium Capitaneo posito per Regem, an verò servire debeant expensis ejusdem Regis?

SUMMÆ.

1. *Creare Duces, seu Capitaneos, sive in terra, sive in mari, est Regalis superioritatis, & nemini competit nisi Regi, aut Principi non recognoscenti superiorem.*

Substituere, seu aliquem ponere in locum alicujus Capitanei non valentis servire propter aliquod impedimentum temporarium seu perpetuum, ad Regem pertinet. Ibid.

Locumtenens non potest alium in ejus locum subrogare sine licentia Principis. Ibid.

2. *Præfecti arcium possunt substitutum ponere, dummodo qualitates habeat ab Ordin. requisitas, quod declaratur juxta Ord. ibi allegatam.*

3. *Minor octodecim annorum habet legitimam excusationem à servitio belli, & militiæ, sicut & ille qui ætatem habet septuaginta annorum.*

4. *Capitaneus proprietarius, qui paratus est ad serviendum munus suum, non tenetur suis expensis salarium solvere Capitaneo, quem Rex propter bellum imminens in ejus loco ponit, eò quòd sit magis exercitatus, & peritus in militia.*

Substitutus potest servire expensis proprietarij, dummodo Regi, seu domino feudi acceptabilis sit. Ibidem.

Hoc intelligendum est, quando proprietarius consentit; secus si voluerit servire, & paratus sit ad exercendum munus suum. Ibid.

Rex si fecerit fortalitium in terris dominorum, non potest impensas à domino terræ in totum petere, nisi ut à quolibet de populo. Ibidem.

Rex potest de novo facere, seu erigere fortalicia in terris donatariorum, ad eum namque pertinet defensio Regni. Ibid.

5. *Capitaneus, qui habet impedimentum perpetuum, ut quia cæcus est; vel temporarium, ut quia minor ætate, & tamen jurisdictionem in Castro, & jura Regalia retinet, suis expensis salarium solvere debet Capitaneo per Regem substituto, quousque impedimentum cesset.*

Ad dominum Castri pertinet illius defensio, & custodia, maximè si redditus illius recipit. Ibidem.

6. *Si redditus, & proventus Castri diminuantur, non ob id salarium a Rege Capitaneo substituto taxatum diminui debet.*

7. *Quid judicatum sit in casu hujus decisionis.*

Confessio in articulis facta præjudicialis est. Ibidem.

1 QUæstio hæc contigit in facto meo tempore in Capitaneo Insulæ de Madeira, habet autem Capitaneus in donatione sua hæc verba: *Que elle, & seus successores tevessem aquella Ilha, & à mantevessem em paz, & justiça, & levassem as rendas, & tevessem a jurisdição, & que senão alguem successor em idade menor, el Rey porá que por elle governasse.* Contigit, quòd mortuo Comite da Calhera, mansit ejus filius primogenitus in puerili ætate, ita ut Rex juxta verba donationis, alium Capitaneum ibi posuerit, ut Insulam ab hostibus defenderet. Quæsitum fuit, an expensis Regis ei salarium dandum erat, an ex redditibus prædicti Capitanei Insulæ de Madeira, qui impubes erat, & servire non poterat.

Et cum essem procurator Regius allegationes feci, & præsupponebam, quòd creare Duces, seu Capitaneos, sive in terra, sive in mari, est Regalis superioritatis, nec ulli competit, nisi Regi, aut Principi non recognoscenti superiorem, *c.* 1. ubi Feudistæ, *quæ sint Regal.* Ord. *lib.* 2. *tit.* 26. *in princ.* Capicius *decis.* 27. *num.* 7. ubi sic decisum refert in senatu Neapolitano. Imò, & ponere substitutum, seu locum tenentem hujus Capitanei non valentis servire propter aliquod impedimentum, ad Regem etiam pertinet. Capic. *ubi suprà. DD. in c. Imperialem. §. firmiter. de prohibit. feud. alienat. per Frid.* nec enim locumtenens potest facere locumtenentem suum, nisi cum auctoritate Principis. Bald. *in leg.* 1. *§. à præfecto. D. de legat.* 3. Laudens. *de officialibus dominorum, quæst.* 40. *volum.* 16. *tractat.* 2.

2 Quod tamen fallit in præfectis arcium (quos *Alcaides mores* vocamus) hi enim substitutum ponere possunt, qui tamen substitutus habeat qualitates requisitas ab Ord. *lib.* 1. *tit.* 74. *§.* 4. Laudens. *ubi suprà.* Sed hoc intelligendum est in casu, in quo prædictæ Ordinationes loquuntur, quando scilicet præfectus arcis actualiter residebat in Castello, & fortè aliquo casu se absentavit ab illo: si verò non residebat in Castello, non potest nominare locumtenentem, nec locus est prædictis ordinationibus, sed ad Regem spectat providere de locumtenente, quod notandum maximè est.

3 Præsupponebam etiam, quòd licet aliquando, mortuo aliquo domino terrarum, qui jurisdictionem habet, & cui annexa est aliqua Capitania, & terræ defensio (quos Itali, & Galli Barones vocant) Bossius *tit. de Principe in princ.* soleant vasalli eorum eligere & assumere filium successorem in Ducem, & Capitaneum suum, datis illi consiliarijs, & adjutoribus, ad ei dandum consilium in pertinentibus ad tale ministerium, præcipuè cùm pater vita functus, fuit insignia Dux, in ejus memoriam, ut refert Bald. & Paul. *in l. ultim. Cod. de test. milit.* nihilominus tamen regula est, quòd minor octodecim annorum habet legitimam excusationem à servitio belli, & militiæ, ut est glos. singularis junct. text. *in cap.* 1. *de pace tenend. & jurament. firmand. in feudis*, Roman. *singular.* 122. Guilhel. *in cap. Raynutius, in verbo, abjecta impubere, numer.* 4. *& seqq.* Rebuff. ad *ll. Gall. tom.* 2. *tit. de reb. gestis, num.* 14. ut etiam & ætas septuaginta annorum excusat à prædicta militia. gl. & DD. *ubi sup.* facit illud Poëtæ (Turpe senex miles) Ord. *lib.* 2. *tit.* 60. *in princ.* Ratio autem excusationis in minore ea est, quia minor quatuordecim annorum, non potest juramentum homagij

3. *Donatio, per quam conceditur potestas providendi officia in aliqua civitate, non est extendenda, nisi ad ea tantum, quæ tempore donationis jam creata erant.*

4. *Verba prolata non sunt attendenda, si ex mente proferentis quid diversum colligatur.*

5. *Verba generalia posita in donatione circa provisionem officiorum non comprehendunt nisi ea tantùm, quæ tempore donationis jam creata erant.*

6. *Quod specificè & expressim in donatione non declaratur, non censetur donatum, quamvis verba multam exuberantia ponantur.*

7. *Ubi lex Regia & stylus regni disponit, cessat jus Canonicum & civile.*

Intelligitur cap. quia circa, de privilegiis. Ibid.

8. *Quid judicatum fuerit in præsenti quæstione.*

1 QUæstio hæc contigit in facto, meo tempore, inter procuratorem Regium & Ducem excellentissimum Averij, in duobus officiis tabellionum subrogatis per Regem loco officij executionum extincti, in civitate Conimbricensi, quod officium executionum erat data Regis, officia autem aliorum tabellionum de data Ducis tamquam donatarij Coronæ Regiæ, quæsitum fuit an hæc duo subrogata manerent de Regis data, an Ducis, vigore donationis, quæ ei provisionem officiorum tabellionum, in prædicta civitate donabat?

2 Et pro parte Regis allegabatur, quod data horum officiorum, quæ subrogata fuerunt in locum officij extincti executionum de data ipsius Regia, ad Regem pertinebat, ex reg. vulgari text. *in l. si eum. §. qui injuriarum. D. si quis caut.* ubi Jas. *num. 22. & sequenti. §. fuerat.* & ibi Jas. *instit. de act. l. comperimus. C. de proxim. sacror. scriniar l. 12.* quibus juribus probatur subrogatum sapere naturam ejus rei, in cujus locum subrogatur, & idem reputatur ac illud, *l. si filia, §. 1. D. de conditionibus, & demonstrat. l. si donata. §. si sponsus. D. de donat. inter vir. & uxor.* latè Tiraquel. *in l. boves. §. hoc sermone. limitat. 14. in princip. D. de verb. significat.* Nec contra hoc faciebat, quod in contrarium allegabatur, Ducem esse donatarium ex donatione Regia facta Magistro Ordinis Divi Jacobi de Spata, ejus avo, & ad illum pertinere datam officiorum tabellionum illius civitatis; & cùm hæc officia subrogata in locum alterius extincti, erant officia tabellionum, ad Ducem tamquam

3 ad donatarium pertinebat data illorũ. Nam respondebatur donationem solùm comprehendere officia tabellionum, quæ jam creata erant tempore prædictæ donationis; non verò ista duo subrogata in locum officij extincti, quod erat de Regis data, tradit Isernia *in cap. 1. in fin. de vasallo decrepit. ætatis.* facit text. *in cap. cum Capella de privilegiis.* traduut DD. *in l. si servitus. D. de servitut. urb. præd.* Boër. *decis. 50.* DD. *in cap. ut circa, de privilegiis. & in cap. ex parte, de decimis.*

Dicebatur etiam pro parte Ducis, per verba provisionis Regiæ, per quam hoc officium extinctum fuit, constare Regem de novo hæc officia creasse, quæ sunt hæc, *Eu ouve por bem de crear novamente na cidade de Coimbra dous tabelliaẽs do judicial, alem de seis que nella ora ha.* & cùm de novo essent creata dicta officia, ad illum pertinere datam illorum vigore donationis.

Respondebatur ad hoc, non esse attendendum 4
ad verba, sed ad id quod in effectu Rex voluit facere, juxta regul. *l. si insulam. D. de præscript. verb. cap. intelligentiam, de verb. significat.* in effectu autem Rex subrogationem fecit officij extincti de ejus data, non autem creationem novam de illis duobus officiis: unde succedit regula superiùs posita, quod reputantur in omnibus, tamquam illud officium extinctum, in cujus locum subrogata fuerunt. *d. l. si eum, §. qui injuriarum, D. si quis caut.* & sic pertinet provisio ad Regem, ut pertinebat provisio officij extincti. Ulteriùs etiamsi concederemus de novo 5
creata fuisse, adhuc ad Regem pertinet provisio, & non ad Ducem, eò quod verba generalia posita in donationibus non comprehendunt nisi officia, quæ erant jam creata tempore donationis, & non de novo creata. *l. Rutilia Polla. D. de contrahenda empt. cap. ultim. de sepultur.* resolvit in specie Matthæus de Afflict. *in constit. Neapolit. l. 3. tub. 4. num. 7. & sequent.* Covarr. *practicarum quæst. cap. 1. num. 10.* qui videndus est, & facit in arg. Ordin. *lib. 2. titul. 27. §. 2.* eò maximè, quia secundùm stylum hujus Regni, & leges illius, id quod specificè & expressim in donatione non est declaratum, non est donatum, licet in donatione verba multum exuberantia ponantur, Ordin. *lib. 2. titul. 35. §. 24. & titul. 45. §. 1. & 2. in fin.* ibi, *expressamente lhe for per nos outorgado.* facit text. *in cap. quamvis de præbend. lib. 6. cap. cum capella. de privil.* ubi summi Pontifices gratias lædentes jura Sedis Apostolicæ restringunt.

Nec obstat *cap. quia circa, de privilegiis.* quia, 6
ubi est lex Regia & stylus Regni cessant jura tam Canonica, quàm civilia. Ordin. *libr. 3. titul. 64. in princ. & Paragrapho. 1. & 2.* Deinde in illo text. est casus specialis, nempe remissio decimarum in favorem religionis, quo casu datur specialis ratio, ut comprehendantur decimæ possessionum novè acquisitarum, juxta text. *in l. sunt personæ. D. de religios. & sumpt. funer.* unde non possumus arguere de casu illo speciali ad nostrum casum, in quo non fit lata interpretatio, sed stricta, nec habet locum *l. fin. D. de constitut. Principum*, nec reg. *l. veteribus. D. de pact.*

Allegabatur etiam pro Rege, in donatione facta 7
Dono Georgio Magistro Ordinis Divi Jacobi, exceptuatum statim fuisse dictum officium executionum, in cujus locum subrogata fuerunt alia duo; quo supposito, facit optimè in favorem Regij procuratoris dictum Bald. *in cap. 1. §. si quis de manso, numero 7. de controvers. investit.* quod refert Pelaes *de majorat. 1. part. quæst. 10. num. 13.* quos legito.

Et sic pronuntiatum fuit in favorem Regij pro- 8
curatoris 6. die Maij anni 1600. scriba Augustino Rebello. Pendet tamen processus in instantia revisionis, ut audio, & vide doctissimum Barbosam *in l. divortio. §. quod in anno. numer. 17. D. soluto matrimon.*

DECISIO XXIII.

De resignationibus officiorum an possint per donatarios acceptari.

SUM-

SUMMÆ.

1. *Donatarij tam de jure Regni, quàm de jure communi non possunt resignationes officiorum acceptare.*
2. *Resignatio officiorum debet fieri, in manibus Regis, seu superioris, qui possit eam acceptare: provisio autem per habentem conferendi potestatem.*
3. *Tenor sententiæ latæ in casu præsentis decisionis.*
4. *Provisio officij, seu beneficij sine consensu illius, qui habet jus præsentandi est nulla.*
5. *Per resignationem factam in manibus non habentis facultatem admittendi illam, non dicitur beneficium vacare, nec renuntians repellitur ab agendo, nec jus proprietatis amittit.*

   Beneficium non dicitur vacare, donec superior ratam habeat resignationem, vel sententiam ferat contra resignantem. Ibidem.
6. *Resignatio quando fit in manibus Regis, resignans amittit jus suum, & donatarius poterit officium alteri conferre, vel præsentare ad illud.*

   Potestas admittendi resignationem, non inconvenit quòd sit apud unum, & apud alterum collatio. Ibidem.
7. *Quid dicendum, si per Regem renuntiatio non admittatur? remissivè.*
8. *Provisio & admissio resignationis, est quid diversum; & concesso uno, non ob id alterum censetur concessum.*
9. *Referuntur decreta, quæ à Rege lata fuere super hujusmodi resignationibus.*
10. *Donatarius, qui habet potestatem providendi officia, quando vacaverint, potest ea providere etiam si vacent per renuntiationem.*

    Verbum (quando vagarem) *positum in Ordin. comprehendit quemcumque modum vacationis. Ibidem.*
11. *Qui habet potestatem nominandi ad officium, si non nominaverit, censetur nominatus filius major.*

    An appellatione filiorum in officiis veniant filiæ? remissivè. Ibidem.

1 DOnatariis non datur potestas admittendi resignationes officiorum, tam de jure communi, quàm de jure Regni, ex Ordin. *lib.1.tit.95. in principio, & lib.2.tit.45.§.16.*

2 Et hoc casu resignatio fiet in manibus Regis, aut superioris, qui illam potest admittere. Provisio autem fiet per habentem conferendi potestatem, ut docet Staphileus *de litteris gratiæ, tit. de variis mod. cat. §. modò pro declaratione, n.14.& 16. pag. mihi* 166. per text *in cap. dudum. de præbend. lib.6*

Et ita judicatum fuit in processu Francisci de Sampaio, contra Lupum Borges, circa officium tabellionis, *do Cove. do villas boas.*

3 Tenor autem sententiæ est hujusmodi:

Acordão em Relação, &c. vistos os autos, & provisão embargada, embargos do embargante remettidos a este juizo, que lhe forão recebidos, contrariedade do embargado, mais artigos doações, escrituras juntas, prova a todo dada, mostrasse o embargante ter por duas doações as dadas dos officios de tabelliães, nas villas de Villa frol, Villas boas, & nas outras contendas nas ditas doações, assi & da maneira que teverão as ditas dadas Manoel de Sampaio, & Fernão Vaz de Sampaio seus antecessores: Mostrasse mais que renunciando hum Fernão Pires Tabellião do publico, & judicial na villa de Villa frol em hum Antonio Correa nas maos del Rey Dom João que Deos tem: o dito Manoel de Sampaio appresentar o dito Antonio Correa, & o dito senhor Rey lhe confirmar a tal presentação; dizendo que o fazia assi por ão dito donatario pertencer a tal presentação por sua doação: a qual interpretação, & declaração do dito senhor Rey he conforme a significação, & rigor das palauras das ditas doações, & regras de direito commum, & ordenações deste Reyno em tal caso: & não o mostra o embargado que depois do dito embargante ser donatario destas terras, & ter dellas posse, vagando algum officio de tabellião, per renunciação feito nas mãos do Rey, o dito Rey o provesse sem presentação do dito donatario, nem ser contra elle dada algũa sentença em contraditorio juizo neste caso, em que se julgasse pertencer ao dito senhor Rey a dada do tal officio depois de ter aceitada a renunciação feita em suas mãos; & as cartas que o embargado appresenta não provão, porque hũa dellas falla em o filho que se provee por morte do tabellião, & as outras forão embargadas pello embargante, & seus procuradores; & dos taes embargos se desistio per fazer graça, & amisade a parentes seus que nisso intercederão, sem renunciar o seu direito de prover, nem desistir dos taes embargos, desconfiando de sua justiça em os taes embargos, & determinação delles. O que todo visto, forma das doações do embargante, interpretação do proprio Rey dellas, no caso de que se trata com o mais dos autos, & disposição do direito commum, & ordenações em tal caso, julgão a provisão embargada por subrepticia, & nulla, em a qual não derogão as doações do donatario, & se passou per petição, em que se calou o poder que o embargante donatario na provisão deste officio tinha, & mandaõ que não passe pella chancellaria, nem por ella se faço obra algũa: & condemnão o embargado nas custas dos autos destes embargos, em Lisboa a 23. de Fevereiro de 82. Scriba Petro Almirante.

Et provisio aliter facta erit nulla, sicuti facta sine consensu ejus, qui habet jus præsentandi, *cap. ex his. cap. ex insinuatione. de jur. patron.* & sentit Gloss. *verbo, manibus, in clem. unica. de renuntiat.* Imò sicuti facta de beneficio non vacante, quia per resignationem factam in manibus non habentis facultatem admittendi illam, non debet beneficium vacare. Rot. *dec.2. de renuntiat. & dec.4. in novis, incipit, si opponatur, in additionibus, n.3. in fin. & n.7.* ubi allegat Felin. *cap. in nostra. corol.* 34. *de rescript.* qui omnes dicunt, quod taliter renuntians non repellitur postea ab agendo, quia non amiserit jus proprietatis. 4

Imò nec dicitur tale beneficium vacare, aut amitti, donec superior ratam habeat, aut aliàs admittat, & approbet ejusmodi renuntiationem, aut ferat sententiam contra renuntiantem, qua beneficium judicet renuntiatum, & vacans, ut in effectu videtur resolvere decisio Rot. 1. & 3. *in antiquior.* Bisignet. *de renuntiat.* unde, ita hoc casu, donec Rex approbet renuntiationem factam, non valebit renuntiatio, nec dicetur officium vacare, ideo illud donatarius non poterit providere, quia non potest conferre nisi officia vacantia, Ordin. *d. lib.2. tit.45. §.16. ibi, vagarem.* 5

Quando autem resignatio fit in manibus Regis, resignans amittit jus suum, & donatarius poterit 6

terit conferre officium, seu præsentare ad illud, ex Rot. nov. *dec. 1. de renuntiat & d. dec. 4. in addit. n. 5.* ubi probatur, quòd non inconvenit, quòd quis habeat potestatem admittendi resignationem, & alius collationem, ut hoc casu, quo Rex renuntiationem approbat, & donatarius dat officium.

7 Quid autem sit dicendum, si renuntiatio à Rege, aut superiore non fuerit admissa; vide Gomez. *in reg. de infirm. resignant. q. 29.*

8 Et ratio supradictorum ea est, quia is, cui per donationem fuit à Rege concessa data, aut provisio officiorum, non potest eorum resignationem accipere, quia provisio & admissio resignationis sunt diversa; & ideò concesso uno non censetur aliud concessum, nisi simul utrumque concedatur, ut *in cap. dudum. in princ. de præbend. lib. 6.* ita tenet expressè Rot. nova *dec. 5. de renuntiat.* ubi inquit: *Nota, quod cui datur potestas conferendi beneficia vacantia, non videtur dari potestas, quòd possit renuntiationem recipere à volentibus resignare.* & idem tenuit Rot. *in antiquis dec. 6. & in dict. dec. 5.* reddit aliam rationem, scilicet, quod in resignationibus possunt evenire multa, in quibus factum resignantis possit lædere illum, ad quem pertinet provisio, ad quod dicit facere text. *in cap. dudum. de præbend. lib. 6.* idem tenuit Cardinal. *dict. quæst. 7. in element. 1. de rerum permutatione.*

9 Audi ergo, quid Rex postea hoc casu decreverit:

Pretendendo hum donatario da Coroa N. appresentar uns officios que os proprietarios renunciavão em suas mãos, se consultou a sua Magestade E vendo sua Magestade a consulta que sobre isso se fez mandou per carta de 2. d'Outubro de 89. que o dito N. não podia appresentar por renunciação, senão quando vagasse por morte; salvo renunciando em mãos del Rey, & aceitando el Rey a tal renunciação avendo o officio por vago como se fosse por morte; o neste caso podia o dito Donatario N. appresentar.

Et foi perguntado a sua Magestade se se avia de entender o sobre dito em todos os donatarios: Respondeo,

Sua Magestade vio a consulta em que se pergunta, se nas renunciações dos officios se ha de entender com os mais donatarios da Coroa, o que sua Magestade tem mandado que se faça com o donatario. N. E. parece a sua Magestade que assi deve ser pois a razão he toda hũa, & que assim he sua Magestade informado que se tem ia praticado em alguns casos com outros donatarios, per carta de sua Magestade de 15. de Jan. 1599. no livro da Rellação, fol. 349. verso. & no livro do Desembargo do Paço fol. 145.

10 Donatarius namque, cui est concessa data officiorum, quando vacaverint, potest etiam providere, quando vacant per renuntiationem; nam illud verbum, *quando vagarem.* positum in Ordin. *lib. 2. titul. 45. §. 16. & 19.* comprehendit quemcumque modum vacationis, sive per obitum sive per renuntiationem, vel alio modo, ut per Gloss. *in cap. cupientes. verb. vacantibus. de elect. lib. 6.* cui similis in *cap. si propter. de rescript. eod. libr. 6.* Ripa *responso 21.* & sic servatur in nostro regno. Et judicatum fuit in processu Emanuëlis Arnao scribæ de *Pena Cova*, per D. Franciscum de Leyria, scriba processus Petro Almirante.

11 Qui autem habet potestatem nominandi ad officium filium, & non nominaverit, an censeatur nominatus filius major? vide text. *in l. unum ex familia §. rogo.* ubi DD. *D. de leg. 2.* facit in arg. Ord. *libr. 4. tit. 36. §. 2.* & vidi consultum per gravissimos advocatos & doctissimos, quod censeretur nominatus filius Major in officio quodam de data Curiæ hujus civitatis. Illud autem nota quod in officiis, filiæ non veniunt appellatione filiorum. Bald. *in cap. ad audientiam. O. 2. de rescript. ad fin.* Vaz *cons. 129. num. 12.*

DECISIO XXIV.

Utrùm officia vendi possint? circa intellectum Ordin. *lib. 1. titul. 95.*

SUMMÆ.

1. *Venditio officiorum secularium non est prohibita nec jure divino, nec naturali.*
2. *Emptio officiorum publicorum de jure civili prohibita est, & consequenter venditio.*
   Inferior a Principe non potest officium publicum vendere. Ibid.
3. *Princeps non recognoscens superiorem potest officia publica vendere.*
   Prohibitio de jure positivo Principem non ligat. Ibid.
4. *Quamvis Princeps non recognoscens superiorem licitum sit officia vendere, convenientius tamen est, ne vendantur: quod servatur in Regnis hic enumeratis.*
   Hæc procedunt in officiis habentibus jurisdictionem aliquam annexam: secus si jurisdictionem annexam non habeant, ut sunt officia tabellionum. Ibid.
   In nostro Regno horum officiorum venditio Principi reservata est. Ibid.
5. *Officia publica in nostro Regno renuntiari non possunt sine licentia Regis.*
6. *Renuntiatio facta sine licentia Regis non valet, nec renuntians amittit jus suum, nec possessionem officij.*
7. *Facultate obtenta a Principe, ad renuntiandum officium, renuntiatio fieri potest, non tamen venditio, nec per talem renuntiationem pecunia recipi.*
8. *Renuntiatio infirmi resignantis de jure nostri Regio non valet, si renuntians ante 30. dies ex eadem infirmitate decedat; quod in beneficiis Ecclesiasticis de jure communi receptum erat, si ante 20. dies moriebatur renuntians.*
   Apud Gallos oportet quòd renuntians vivat 40. diebus. Ibidem.
9. *Officialis qui errores commisit, nec officium vendere nec renuntiare potest, licet à Rege facultatem habeat vendendi, seu renuntiandi hujusmodi officium.*
   Accusato propter delictum, officium non debet dari: secus si Princeps id sciendo admittat renuntiationem. Ibidem.
   Pendente lite super erroribus Princeps non tenetur admittere renuntiationes. Ibid.
10. *An donatarij possint dare spectativas ad officia vacatura, & serventias officiorum.*

Quamvis officiorum sæcularium venditio nec jure divino nec naturali prohibita sit, ut tradit Guilbelm. *in cap. Raynutius. verb. duas habens filias. num. 32.* 1

num. 32. de testam. Sot. lib. 3. de just. & jur. quæst. 6. art. 4. col. 3. Tellius in l. Taur. 26. num. 10. Menchac. illustr. quæst: cap. 42. num. 9. ad fin.

2 Tamen de jure civili prohibita erat emptio officiorum publicorum. l. 1. D. ad l. Juliam, de ambitu. & consequenter venditio, juxta regulam correlativorum, de qua in l. 1. Cod. de indict. viduit. tol. l. 1. C. de Capris. lib. 10. & in specie videtur text. in l. 1. C. de pistoribus, lib. 11. & in l. unic. C. de officio præfect. senat. lib. 12. not. Bald. in l. Barbarius, D. de offic. prætor. Sot. cons. 146. n. 2. lib. 1. Rebuff. ad ll. Gall. 2. tom. tit. de mercator. minut. vendend. art. 1. gloss. 5. ad fin. Franciscus Marcus dec. 149. n. 5. Unde infertur non posse quem inferiorem a Principe vendere officia, cùm non possit contra legem facere, l. nemo potest, D. de legat. 1. facit dictum Abb. in c. 1. & 2. ne prælat. vices suas. & inquit Sot. de just. & jur. d. lib. 3. quæst. 6. art. 4. col. 3. ad finem. quod domini inferiores non possunt vendere hujusmodi officia, idque generaliter procedit, quidquid distinguat Menoch. ubi suprà, cap. 43. num. 10. & apud nos probat Ordin. lib. 2. tit. 46.

3 Princeps tamen non recognoscens superiorem potest hæc officia vendere, quia cùm prohibitio sit juris positivi, cum non ligat. cap. proposuit. de conc. preb. l. si quis in princ. testam. D. de legat. 3. Salon. in preæmio legum Taur. num. 462. & cons. 41. num. 19. facit l. 1. D. ad leg. Jul. de ambit. & apud nos probat Ordin. ubi supra. licet aliqui Doctores contrarium teneant.

4 Quamvis autem officia vendi possint per Principem non recognoscentem superiorem, convenientius tamen est ne vendantur. tradit Sot. de just. & jur. quæst. 6. art. 4. column. 4. & quod id sit Principi indecens, tenet Afflict. lib. constit. rubr. 93. n. 6. Rebuff. in l. unic. gloss. 1. n. 133. C. de sententiis quæ pro eo quod interest. & in Hispania ita servari testatur Tellius in l. Taur. 26. num 11. ex quadam pragmatica 65. cujus tenorem refert idem Tellius ubi suprà. & in Gallia ita observari testatur Guilhelm. in d. cap. Raynutius. verbo, duas habens filias. n. 54. & 55. tradit Navarr. in manuali cap. 25. n. 7. & refert quamdam constitutionem Pij V. & in Regno Neapolitano idem constitutum est lib. 1. constit. 6. l. 2. & ibi Afflict. n. 2. & 3. quod procedit in officiis habentibus annexam jurisdictionem aliquam, ut sunt officia magistratuum, & similia habentia jurisdictionem: quod si annexam jurisdictionem non habuerint, ut sunt officia tabellionum, & similia, hæc quidem vendi poterunt, Avendanus respons. 9. n. 2. Quod tamen in nostro Regno non habet locum, quia Princeps id sibi reservavit, Boër. dec. 14. Menchac. illustr. quæst. c. 43. n. 10. & probat d. Ordin. lib. 1. tit. 95. in princ.

5 Imò nec renuntiari officia possunt in nostro regno absque licentia Regis. d. Ordin. lib. 1. tit. 74. in princ. circa quod videndus est Rom. singular. 348.

6 Adeò quod aliter renuntiatio facta nihil valeat, & consequenter renuntians non amittat jus, nec possessionem, arg. c. non præstat. de reg. jur. in 6. Jas. in l. 1. §. si vir uxori. n. 27. D. de acquirend. possess.

7 Facultate autem obtenta à Principe, ad renuntiandum officium, renuntiatio fieri poterit, dummodo idoneus Principi præsentetur. Tellius l. 4. Taur. num. 65. sed per talem facultatem non poterit vendere, cùm hæc prorsus sint separata, arg. cap. susceptum de rescript. in 6. nec etiam poterit propter talem renuntiationem pecuniam recipere. cap. 1. §. callidis de prohibit. feud. alienat. per Frider. Sot. de justit. & jur. lib. 3. quæst. 6. artic. 4. column. penult. ad medium, & vide Tellium l. Taur. 26. num. 13. qui circa hoc meminit cujusdam pragmaticæ Regni Castellæ, & tenorem ponit.

8 Si autem renuntians officium, est in infirmitate constitutus, & decessit ante 30. dies ea ea infirmitate, non valebit renuntiatio nec provisio ratione illius facta, sed remanebit vacans officium, ac si renuntiatum non esset. Ordinatio d. lib. 1. titul. 95. §. 1. quæ à jure communi differt, nam hoc tantùm in beneficiis Ecclesiasticis receptum erat, juxta reg. de infirm. resignant. in quibus oportebat renuntiantem vivere viginti diebus solùm post renuntiationem, licet hæc Ordinatio in officiis sæcularibus requirat triginta dies. Quinimò apud Gallos oportet quod vivat quadraginta dies, tradit Rebuffus in praxi. ad regul. de infirm. resignant. Gloss. 3. ad fin. pag. 516.

9 Idem probat hæc Ordin. quod si ille, qui habet à Rege facultatem vendendi, vel renuntiandi officium, si errores committat, & postea renuntiet, non valebit talis renuntiatio, nec venditio, eo modo quo declaratur in d. Ordin. lib. 1. tit. 95. §. 2. juxta quam notabis, quod accusato propter delictum non debet officium dari. l. reus delatus. D. de muner. & honor. Boër. dec. 105. num. 15. secus tamen si Princeps id sciendo, admisit renuntiationem: nam ex hoc videtur dispensare, l. quidam consulebat. D. de re jud. Sed si hoc expressum non est, dicitur commissa subreptio, ac ob id non valebit talis renuntiatio, arg. cap. constitutus. de rescriptis. Dominic. cons. 105. n. 11. Nec Princeps pendente lite super erroribus tenetur admittere prædictas resignationes. Tellius l. Taur. 40. num. 66. omnino videndus.

10 An autem donatarij, quia officia ex donatione Regia conferre possunt, spectativas ad supradicta officia vacatura possint dare, & promittere? dicendum est quod non: id enim soli Regi licitum est, & concessum à jure Principi non recognoscenti superiorem, arg. eorum quæ notantur in cap. 2. de concess. preb. libr. 6. cap. 2. de preb. eodem lib. cap. 2. de concess. preb. ubi Doct. Facit Ordin. libr. 2. titul. 45. §. 19. ibi, quando vagarão. & aliis. §. ex illius ordinationibus. Donatarij autem serventias officiorum dare non possunt, ut est express. Ordinat. libro 1. tit. 96 §. 7. ad finem. quam vide, & lib. 2. titul. 45. §. 24. in princ. & aliis.

DECISIO XXV.

Castella seu Castra Regni, quæ dicuntur fortalitia, utrùm connumerari debeant inter bona Regiæ Coronæ.

SUMMÆ.

1. *Castra & fortalitia omnia Regni pertinent ad Regiam Coronam, & in illis habet Rex fundatam suam intentionem.*

Ubi lex regni non disponit, lex Regni vicinioris est sequenda. Ibidem.

2. *Pri-*

2. Privato non licet Castrū in limine Regni ædificare.
3. Castra in limine Regni à solo Rege possunt obtineri.

1 Fortalitia,& Castella Regni, omnia sunt Regiæ coronæ, & in illis Rex habet fundatam suam intentionem, *l.* 1. *tit.* 18. *p.* 2. ibi, *el Senhorio pertence, &c.* ubi Gregor. Lopez. *gloss.* 1. dicit, quòd circa Castra & fortalitia Regni habet de jure Dominus Rex intentionem fundatam, quemadmodum habet in cæteris Regalibus & jurisdictionalibus, Concordat *l.* 1. *tit.* 17. *part.* 2. ubi postquam statutum est, quod Princeps habet bona patrimonialia ad instar privatorum, adjecit hæc verba, *y entras ha que pertenecem al Reyno assi como villas, y Castillos.* quibus locis non obscurè probatur, verum esse quod diximus, Castra regni omnia de Regalibus esse, & super illis habere Regem suam intentionem fundatam, ut *in dict. l.* 1. adnotavit Gregor. Lopez ex auctoritate Baldi *cons.* 159. *lib.* 3. & quamvis in nostro Regno Lusitaniæ legem non habeamus hoc sic declarantem, sequenda est lex Castellæ, tamquam Regni vicinioris, ex traditis per Bart. *in l. omnes populi. D. de just. & jur.* maximè cum illa lex juri communi conformis sit, secundùm Gregor. ibi, ex Bald. quem citat, facit. Ordin. *lib.* 3. *tit.* 63. §. 1. & 2.

2 Ulteriùs, quando oppidum, seu Castrum est in limine Regni, non licet privatò Castrum ædificare. *l. quicumque.* & ibi Gloss. & Bart. *C. de fund. limitroph. lib.* 11. *l. fin. titul.* 18. *part.* 2. ubi Gregor. *verbo, de novo.* & alia *lex* 7. *tit.* 7. *libr.* 4. *Ordinament.* ubi notavit Glossator Peres. Avend. *de exequend. mand. cap.* 4. *libr.* 1. Aviles *prætorum. cap.* 12.

3 Et quod Castra in liminibus Regni à solo Rege possint obtineri, tradunt Afflict. *titul. quæ sint Regal. num.* 65. Gigas *de crimine læsæ Majest. quæst.* 46. Igneus *in l. donationis. C. de donat. inter vir. & uxor. num.* 42. & 49. & est bonus text. *in l.* 2. *C. de fund. limitroph. lib.* 11. *l. opus. D. de operib. pub.* & ibi bona Gloss. & *in l. per provincias. C. de ædific. privat.* & *in l. omnes. C. de fund. patrimon. lib.* 11. quod & in Regno Franciæ reservatur, ut per Carol. de Grassal. *lib.* 2. *de Regal. c.* 3. *colum.* 7. *fol.* 25. Menchac. *quæst. illustr. cap.* 6. *in princ.* Gomez *l.* 46. *Taur. num.* 14. Padilha. *in l. altius. C. de servitut. & aqua. num.* 14. *cum seq.* Ex quibus sine dubio Castella & fortalicia hujusmodi, quæ sunt juxta limina Regni, ad Coronam Regni pertinent, & in illis Rex habet intentionem fundatam, & hoc jure utimur.

DECISIO XXVI.

Utrùm Rex teneatur Castrum restituere donatarij filio, quod ab hostibus captum, ipse Rex suis sumptibus recuperavit?

SUMMÆ.

1. Prædia, seu quævis alia immobilia ab hostibus capta, si postea contraria vi ab illis recuperentur, suis prioribus dominis sunt restituenda.

Idem dicendum est, si Episcopatus aut Parochia ab infidelibus occupetur, & postea a fidelibus recuperetur. Ibid.

2. Limitatur hoc in Castro, quod Rex suis sumptibus recuperavit, ut domino illius non restituatur, nisi prius refundat sumptus, quos Rex fecit in eo recuperando.

3. Sublimatur hoc, quando Princeps fortificat Castrum vasalli, ut exinde commodiùs bellum hostibus inferat, quia bello finito, domino restituendum est, nec tenetur ad sumptuum solutionem, nisi tamquam quilibet de populo, in cujus favorem Castrum fuit fortificatum.

Fortalicia, quæ cedunt usibus propriis dominorum, quamvis fiant ad tutelam civitatis, debent ab eorum dominis custodiri, ac reparari tempore belli & pacis, non autem a communitatibus. Ibid.

4. Sublimitatur superius dictum, nempe quòd Rex non tenetur restituere ejus vasallo Castrum, quod ab hostibus fuit sumptibus recuperavit, nisi priùs refundat quod in eo comparando consumpsit, ut procedat, dummodo tamen Princeps compenset quidquid percepit ex redditibus Castri, vel illius occasione lucratus est, idque usque ad dictarum sumptuum quantitatem.

Hoc idem dicitur de eo, qui rem alienam emit, non ut ipse lucraretur, sed ut domino restitueret. Ibidem.

5. Sublimitatur itidem superius dictum, scilicet, quod fortalicia debent reparari, & custodiri ab ipsis dominis, tempore belli & pacis, ut procedat, quando ea conditione donatum est tale fortalicium, ut tempore belli & pacis dominus illud reficeret, vel semper refectum seu melioratum haberet: secus si simpliciter ei donatum fuit, vel alio titulo atquisitum.

6. Dominus Castri tenetur in totum ad impensas utiles & necessarias factas à Principe in fortificando Castro: secus si nec utiles, nec necessaria fuerint, quia tunc nec tenetur, nisi ut quilibet de populo.

7. Cives domini Castrorum, seu arcium, de jure nostro Regio non tenentur illas reficere tempore belli: sed refici debent de reddutibus tertiarum (ut vocant) quæ solvenda sunt Regi.

Limita in arcibus, & Castellis, quorum reparatio pertinet ad præfectos arcium, seu Alcaides mores. Ibidem.

Sublimita, casu quo hæc reparatio ad hos non pertineat, quia tunc ex dicta tertia est facienda. Ibidem.

Rex donavit Castrum in Brasilia, cum suo territorio N. posteà Galli hostes vi ceperunt illud: quod cùm diu retinuissent, nec N. prædictus, nec ejus filius, & successor possent recuperare, etiam interpellati à Rege sæpiùs; Rex ipse comparata classe, multis repleta militibus, multa impensa, Castrum adortus, illud è manibus hostium eripuit, eo animo, ut vim & injuriam illatam sibi repelleret, ac vindicaret, & ita incommoda & damna sibi fuisque inde eminentia evitaret, hostes suis finibus expelleret, ne, dum vasallis suis talia Castra adimerent, ditionis suæ dominium, & Regnorum suorum limites coangustarent ac restringerent. Cumque Rex illud Castrum retineret, nec dicto N. vellet restituere, Regem, & ejus coronæ Regiæ advocatum convenit, petens sibi restitui. Quæritur utrùm Rex debeat Castrum filio N. & ejus successori restituere?

Et

1 Et videtur quòd sic primùm per text. notabilem *in l. si captivi. §. expulsis hostib. D. de captivis.* ubi ea prædia, sive alia immobilia, quæ hostes eripuerunt, & nostri milites contraria vi recuperarunt, non fiunt capientium, sed prioribus dominis restituuntur, facit text. *in l. Pomponius. D. de acquir. rerum domin.* tradit Soar. *alleg. 8. n. 1. & seq.* ubi inquit, quòd si Episcopatus occupetur ab infidelibus aut parochia, & recuperetur à fidelibus, debet talis Episcopatus redire ad suum Episcopum, & talis parochia redire ad suum Episcopatum, per text. *in c. pastoralis. 7. qu. 1. & cap. redintegranda. O. 1. 3. qu. 1.*

2 Sed tamen hoc limitandum videtur, quòd talis restitutio fiat, si modò priùs dominus Castri restituat ac refundat Regi sumptus, quos fecit in eo recuperando, quia scilicet utiliter gessit ejus negotium, ita per plura & singularia fundamenta concludit Anch. *in reg. peccatum col. 36. vers. sed occurrit quæstio. de reg. jur. lib. 6.* sequitur & commendat Palat. *in rub. de donat. inter vir. & uxor. §. 65. incip. limitabis tertiò, n. 61. ver. ex quibus omnib.* ubi per hoc decidit quæstionem hanc in casu, qui contigerat durante schilmatis tempestate in illis Regnis; nam aliqui tyranni occuparunt Castra ad alios pertinentia, ex quibus Castris in loca vicina sæpiùs incursiones faciebant, & per tyrannidem multa damna alijs inferebant; cumque domini Castrorum ea recuperare non possent, alij domini temporales, quorum terra & vasalli talis damna patiebantur, dicta Castra pecunia redemerunt, aut obsidione, cum magno exercitu & sumptibus obtinuerunt, non animo lucrandi, sed potiùs restituendi veris dominis, & evitandi prædicta incommoda, quæ sibi & suis in dies inferebantur, utque ita suam vexationem redimerent, cùm aliter se defendere non possent: & dicit ubi suprà, quòd certè isti non dicentur malæ fidei possessores, nec tenebuntur veris dominis Castra restituere, nisi priùs satisfiat eis de expensis & damnis, quæ in recuperatione talium castrorum sustinuerunt, quoniam (inquit) utiliter negotium eorum gesserunt, quorum castra erant, & allegat Anchar. *ubi sup.* & text. *in l. fin. C. de bon. auctorit. jud. possid.* quem dicit menti tenendum, & videndum Bart. *in l. nam & Servius. D. de negot. gest. & in l. si non fortem. §. si centum. D. de condict. indeb.* Et ibi etiam *in ver. ex istis aliis.* intulit ad alium casum in contingentia facti. Nam cùm Regnum Navarræ eo tempore multis calamitatibus laboraret, & Ponteus Ferratum quidem in custodiam teneretur pro Regina Joanna: Comes de Lemes videns Castrum illud periculo subjacere, quia forsan alij magnates illud capere volebant, ipse illud cepit, ut Reginæ (sicut ille dicebat) restitueret, vel pro ea conservaret, & dicit Palat. quòd si d. Comes ea intentione illud fecit, non incideret in pœnam: immò potuit sumptus ibi factos repetere, per ea quæ dixerat de emente rem alienam, ut vero domino restituat.

3 Quæ tamen videntur limitanda secundùm mentem præfati Doctoris, quando Princeps fortificat Castrum vasalli, vel Ecclesiæ, ut exinde commodiùs guerram faciat; quia postea, finita guerra, domino Castrum repetenti debet restitui, nec ille sumptus Principi solvere tenetur, nisi tamquam unus de populo, cujus populi favore Castrum fuit fortificatum, secundùm Bald. *in l. si aliquem in fine principij. D. de officio proconsul.* quē sequitur Jacobin. *in tract. feud.* allegat. à Palatio *ubi supra*, ubi inquit Bald. quòd si Castrum meum dirutum, per Principem sit refectum, propter bellum imminens, ego non teneor ad talem impensam, nisi tamquam unus de populo, & dictum illud Bald. pro singulari commendat Crement. *notab. a 5. si Princeps.* & pro notabili reassumit Barthol. Veronens. Cæpol. *de servitut. urban. cap. 39. col. fin. vers. item pones.* refert Catelianus Crot. *in suis memorab. vers. Castrum, & verb. Rex* ubi tamen in contrarium allegat, quod concludit Bald. *cons. 159. proponitur col. 5. lib. 3.* ubi inquit, quòd Princeps potest mandare civi, qui sit dominus alicujus Castri, ut Castrum suum muniat & custodiat: immò in ejus negligentia posset Princeps hoc facere, ut dicit observatum fuisse contra aliquos, ex civibus Mediolanensibus: sed tamen cavendum est, ut dicit Bald. ne fingatur occasio propter quam cives priventur possessione suorum Castrorum: quod Catelianus inquit esse memoria dignum: qui etiam in contrarium allegat singulare dictum Angel. *in l. Turres. C. de operibus pub.* ubi notat per illum text. quòd fortalicia, quæ cedunt usibus propriis dominorum, quamvis fiant ad tutelam civitatis, debent per dominos proprios custodiri, & reparari tempore pacis & belli, non autem per communitates, & hoc dictum dicit se alibi non legisse Jas. *in l. diverti. §. ult. D. solut. matrim.* & refert, & videtur probare Catelian. *ubi sup. d. verbo, Rex.* ubi tamen subdit, quòd licet ratio & jus ita dictent, vidit tamen contrarium servari in refectione Arcis Laudensis, ad cujus impensam cives coacti sunt, & vide Menchac. *lib. 1. illustr. quæst. cap. 6.* relatum à Lusitano Vaz. *de jure emphyt. c. 26. n. 9.* Barb. *d. l. divortio. §. interdum numer. 6. & seqq. D. soluto matrimonio.*

Limitabis etiam quod suprà diximus, vasallum 4
Castri recuperati dominum, teneri restituere sumptus, quos Princeps in eo recuperando fecit, ut procedat dummodo Princeps compenset quidquid percepit ex redditu illius Castri, vel occasione illius fuit lucratus; idque usque ad concurrentem sumptuum dictorum quantitatem: quemadmodum dicimus teneri emptorem, qui rem alienam emit, non ut ipsam lucretur, sed ut domino restituat recepto pretio & interesse suo, quia tunc rectè pretium totum repetit, sed in illo tenetur compensare quidquid ex re empta percepit, interim dum non restituit illam domino, ita notabiliter Palat. *ubi sup. d. limit. 3. num. 57. vers. uno tamen casu.* allegat in arg. text. *in l. sed an ultro. §. 2. de negotijs gest. & in c. cùm dilecti. §. fin. de accusat. & decis. Capel. Tholosan. 151.*

Declarabis quod superiùs diximus, Cives dominos alicujus arcis aut fortalitij, teneri ea custodire 5
& reparare tempore belli & pacis, cum Ang *in d. l. Turres.* ut hoc procedat, cùm tale fortalicium civi ea conditione donatum est, vel alio titulo acquisitum, ut tempore belli teneatur reficere, vel ut semper refectum & melioratum habeat; secus si simpliciter illi donetur, vel alio titulo acquiratur; quia tunc procedet prior opinio Bald. *in d. l. si aliquem.* ut cives non teneantur restituere Principi impensam, quam fecit in ejus arce fortificanda, ut inde commodiùs bellum geratur, nisi tamquam unus de populo; secundùm Palat. & Catelian. *ubi supra.*

6 Qnod tamen intellige, qnando Princeps aliqnam fecit impensam, quæ domino Castri nec luit utilis, nec necessaria, puta, quia in arce mœnia fecit, aut *balbisteiras, ou sacadas pera vigias, ou cava*, ant quid simile; quia id magis videtur gestum in populi favorem, & ideò Dominus Castri tenetur tunc contcibuere, ut unus de populo: secus si Princeps fecit impensam utilem, aut necessaciam domino, puta, si Castrum dirutum erexit, & cœdificavit, vel fecit fenestras utiles, vel tabulata adjecit, vel refecit aliquam partem cuinosam, vel quid simile; quia tunc, quia uuliter domini negotium gessit, tenetuc idem dominus ad illam impensam in totum, & hoc casu verior & probabilioc videtur posterior opinio Ang. *d.l. Turres.* & Bald. *d.cons.* 158. *lib.* 3. quàm alia opinio ejusdem Baldi *in d.l. si aliqnam. D.de efficio Preconsul.* quam sequituc Palat. *ubi supra.* quæ sanè duæ opiniones possunt concocdari modo supradicto.

7 Et adde quòd id, quod suprà diximus, teneri cives ad Impensam arcis seu fortalitij tempore belli, non procedit in nostco Regno; quia si aliquis est dominus alicujus accis, seu turris, seu muri, non tenetur illum reficete tempore guerræ, quia ad hoc non posest obligaci; & si de jure communi tenerentur cives, tunc de jure nostro tenebitur Rex ad talem impensam, quia ideò civitates & municipia totius Regni Regi pendunt tertiam pactem suocum redditūum, ut teneatuc omnes muros, arces, & turres civitatum & oppidorum fortificare, ut est Ord. *lib.* 2. *tit.* 28. §. 2. Quæ Ord. limitatur in Castellis, quorum reparatio pertinet ad præfectos arcium (*Alcaides mores* dicimus) ut in Ord. *d. lib.* 1. *tit.* 74. §. 12. Si tamen sit casus In quo reparatio ad eos non pectinet, prout non pectinet reparatio murorum, *Barreiras, & balvartes, & torres, quando o Castello não he dado de jure*, tunc ex dicta tertia facienda erit talis reparatio, ex *d.* §. 2. *tit.* 28. quæ omnia valdè nota ad declarationem illarum Ordinationum.

DECISIO XXVII.

Circa intellectum Ordinationis Regiæ *lib.2. tit.35. cum aliquibus §§.*

SUMMÆ.

1. *Fœmina sunt incapaces bonorum Regia Corona, & uti tales ab eorum successione excluduntur.*
2. *Filius, seu alius masculus ex fœmina descendens, in bonis Regia corona succedere non potest.*
   Actus bellici non cadunt in fœminas, sicut nec actus jurisdictionis. Ibidem.
   Limita, nisi Princeps speciatim id fœminis concesserit. Ibid.
3. *Clericus non potest succedere in bonis Regia Corona.*
   Filius legitimus clerici, conceptus antequam pater Ordines sacros suscepisset, an excludat patruum ab hujusmodi successione? Ibid.
   Clericus licet sit inhabilis ad possidendum bona hac, habilis tamen censetur ad succedendum, dummodo incontinenti successionem in filium legitimum transmittat. Ibidem.
   Primogenitus inhabilis ad possidendum, si patri suo supervixerit, habilis reputatur ad hoc ut filio suo incontinenti successionem restituat: & nepos fortiori jure admittitur ad successionem, quam si ejus pater in rerum natura non esset. Ibid.
   Ordinatio hac in §. 1. intelligitur, quando filius fuerit habilis; secus si sit inhabilis. Ibidem.
4. *Legitimatus simpliciter ad succedendum in majoratibus, feudis, & alijs similibus, per verba quantumcumque generalia, in bonis Regalibus non succedit, nisi ei id speciatim in legitimatione concedatur cum derogatione hujus legis.*
5. *Bona Regalia dividi non possunt, quamvis in donatione apposita sit clausula, quòd dividi possint.*
   Fallit si per quadraginta annos, & eò amplius hujusmodi bona solita sint inter heredes dividi. Ibid.
6. *Bona Regalia non possunt vendi, nec alienari, nec de illis in testamento disponi; quod & in feudis admittitur.*
7. *Bona Corona Regi vendi possunt.*
8. *Decima concessa alicui & ejus heredibus, possunt vendi ipsi Ecclesia, etiam cum prajudicio heredum.*
   Jus retractus non habet locum in venditione facta à laico ipsi Ecclesia. Ibidem.
9. *Fundus Regalis permutatus pro patrimoniali, fit patrimonialis; & qui succedebat in fundo permutato, succedere etiam debet in eo, cum quo facta fuit permutatio.*
10. *Jus patronatus non venit in donatione generali facta a Rege, nisi de eo fiat specifica mentio; secus de jure communi.*
11. *Contractus super Regalibus non valet, nisi quamdiu durat jus donatarij contrahentis.*
   Quod declaratur juxta Ordinationē l.4.t.66. Ibid.

Filia fœmina non succedit in bonis Regiæ Coronæ. Ordin. supradicta §. 4. ibi, *filha as nāi podesse herdar.* 1

Amplia, quòd nec filius, aut alius masculus des- 2
cendens ex fœmina, §. 34. eadem Ordin. & ita probant ista jura, quòd fœminæ sunt incapaces bonorum Coconæ, & prohibitæ ea possidere, & videtur catio, quia talia bona comprehendunt plures actus jurisdictionis, ut sunt jus dicere, & auditores ad judicandum subdelegare, judices electos confirmare, tabelliones & alios magistratus præsentare, & aliquando hujusmodi officia conferre: compcehendunt etiam Regalia, ut officia Castellanorum, qui sunt arcibus præfecti, quod dicimus, *Alcaides mores dos Castellos* quæ quidem fœminis non competunt, quia nec solent, nec possunt per eas exerceri; unde actus bellici non cadunt in fœminis, sicut nec actus jurisdictionis, *l. fœmina*, ubi latè Dec. *D. de reg. jur.* traditur per DD. *in l. cùm prator.* §. *fin. D. de jud.* & *in cap. dilecti. de arbitr.* Quæ tamen prohibitio fallit, nisi Princeps speciatim fœminis ista concesserit. gloss. *in l.* 1. & ibi Bart. *C. de mulierib.* & *in quo loco munera, &c. lib.* 10. gl. similis, *verbo, remota, in d.c. dilecti* ubi Abb. & dec. *d.l. fœmina. n.* 5. & probat ista Ord. *in hoc* §. 4. & §. 17. ibi, *salvo onde expressamente.*

Itidem non succedit in bonis Coronæ clericus. 3
§. 10. hujus Ordinat. ibi, *de Ordens sacras, ou beneficiado.* Quæstionis tamen est, quid si ante susceptos Ordines sacros, is habuit filium legitimum, an ia excludat hoc casu patruum? Dic quòd sic, si patri filius sacerdos vel monachus sit superstes: nam licet is sit inhabilis ad possidendum, habilis tamen censetur ad succedendum, ad hoc tantùm, ut incontinenti successionem in filium suum transmittat. arg. eorum quæ Socinus tradit *cons.* 47. *facti narratione. n.* 12.

*num.*12. & 13.*lib.*3. ubi ait, quòd quando primogenitus est inhabilis, & tamen patri supervixit, fortiore jure admittitur filius ejus, quàm si idem primogenitus non fuisset in rerum natura: siquidem primogenitus, vel in hoc habilis intelligi debet, ut filio suo majoratum incontinenti restituat; & ita nepos non avo, sed patri primogenito successisse intelligitur. Ita Socinus, quem refert & sequitur Cost. *q. patrui, & nepot. pagin.*65. *vers. veruntamen in clerico, ad fin.* ubi inquit, quòd licet ista Ordin. §.1. majoratum filio deferat post mortem patris, potest tamen accipi, quando pater est habilis; secus si sit inhabilis, quoniam incontinenti transfert bona in filium, ut Socinus argumentatur.

4 Legitimatus utrùm succedat in bonis Coronæ? Dic, quòd si legitimetur simpliciter, quantumcumque generaliter ad succedendum in majoratibus, feudis, & alijs rebus similibus, prout sunt capellæ, reguenga, vel realenga, non poterit sic legitimatus succedere; nisi id speciatim in legitimatione ei concedatur cum derogatione hujus legis *in* §.12. *in fin. ibi, onde especialmente.* & multò magis, ubi expressim in legitimatione excipitur, & prohibetur ne in bonis Coronæ succedat, ut fuit judicatum in processu Antonij Pires de Saõ Salvador de Joanne, contra Antonium Pires da Lapa, territorij Oppidi de Barcellos, scriba Petro Almirante, anno 1583.

5 Bona Coronæ, & Regalia dividi non possunt, non obstante clausula, quòd talia bona Regalia possint dividi. Ord. *sup. d.* §. 17. ibi, *fiquassem todas in solidum ao filho maior.* & §. 18. ibi, *que não fossem partidas em tempo algum.* & §.1. ibi, *inteiramente*, quod fallit, nisi solita sint dividi inter heredes plus quàm per quadraginta annos, ut contingit in prædijs, quæ possidentur in realenguis, *reguengos*, uti fuit judicatum in processu, de quo supra, per text. & ibi notatur *in cap. cùm de beneficio de præbend. lib.*6. Sed dubito, quia ista Ordin. nimium resistit propter notabile damnum, & præjudicium Coronæ, quod ex hujusmodi divisionibus contingit: & sic cogitandum relinquo.

6 Ord. ista *in* §.18. *versic. E no caso que não tever filho*, ibi, *não a pode vender, nem escaimbar*, facit dubium, utrùm poterit in testamento de ea re disponere, puta legare, vel mortis causa donare. Et videtur quòd non, per istum text. sic etiam in feudo, defuncti ordinatio non admittitur, ut in *c.*1. ibi, *nulla ordinatione defuncti in feudo manente, vel valente de success. feud.* text. etiam in *c.*1. §. *donare, qualiter olim feud. alien. poter.* ubi Matth. de Afflict. notat. *num.*1. quòd vasallus sine consensu domini non potest feudum legare, nec donare causa mortis, etiam pro anima, sequitur Chircovlus *tract. com. opinion.*1. *p.lib.*4. *verbo, defuncti ordinatio*, ubi etiam citat Dec. *cons.*144. *numer.*2. & Curt. *de feud.*4. *p. ex quibus caus. feud. amittat. num.* 125. §. *penult.* Quod adeò verum esse existimant, ut eo casu legatario nec æstimatio feudi debeatur. Jacobin. de S.Georg. *de feud. verbo, & cum pacto, num.*5. Chircovius *ubi suprà.* Amplia quoque etiamsi legatum fiat Ecclesiæ, secundùm Curt. *ubi suprà. d.* §. *penult.* ubi dicit hanc esse communem Doctorum sententiam, quam etiam refert Roland. à Valle *cons.*41. *n.*32. *volum.*2. Chircovius *ubi suprà*, quod absque dubio multò magis procedit de jure nostro, quo prohibetur hæc Regalia in Ecclesiam & Ecclesiasticas personas transferri, & generaliter prohibentur alienari absque Regis facultate & consensu, cum pœna commissi & decreto irritante, ut in hoc §. ibi, *& fazendose o cõtrario*, quæ omnia valdè nota.

Ord. ista *in* §. 21. disponit bona Coronæ Regi vendi posse, ibi, *poderão livremente a nos ser vendidos.* quod ea ratione fit, tum quia favor est Coronæ, tum quia res de facili revertitur ad suam naturam, *e. ab exord.*30. *dist. l. si unus.* §. *pactus ne peteret. D. de pact.* 7

Sic etiam in simili dicitur de decimis, quæ si fuissent laicis concessæ ab Ecclesia, nempe T. & suis heredibus; is T. potest Ecclesiæ eas remittere, etiam vendendo, in præjudicium suorum heredum, secundùm Bart. opinionem *in l. qui Romæ.* §. *Flavius. in fin. D. de verb. obligat.* quod in hoc casu servari dixit Rebuff. *de decimis. q.*10. *n.*27. *vers. imò si fuissent.* quamvis dicat in alijs casibus communem opinionẽ esse contra Bart. & subdit quòd ita declaravit Rex Ludovicus, ut laici has decimas feudales Ecclesiæ possint relinquere, sine ipsius consensu, & quòd heredes contra hoc non possent venire, & plus dicit ibi Rebuff. *num.*28. quòd isto casu, quando laicus decimam jure tenens, vendit eam Ecclesiæ, non habebit locum jus retractus per proximiorem, & ita dicit in curia fuisse pronuntiatum, quem videas. 8

Circa §.22. hujus Ordinat. ibi, *fossem avidos por bens da Coroa, & como taes julgados*, nota quòd ita de jure est; nam fundus Regalis, cum quo fuit permutatus fundus patrimonialis, fit etiam patrimonialis, ut per Bald. *cons.*112. *col.*2. *lib.*1. post Masuerium quem citat; sequitur Tiraq. *in l. boves.* §. *hoc sermone. limitat.* 14. *num.*2. *D. de verb. signific.* Lucas de Penna *in l.*1. *col.*4. *vers. sed quid in quæstione. C. de impensendis lucrat. descript. lib.*10. ubi multis rationibus id confirmat. Et inde fit, quòd si in fundo permutato succedebat primogenitus, ita etiam succedit in fundo, cum quo fit permutatio, ut concludit Jas. *cons.*231. *lib.*2. Tiraq. *de retract. l.*1 *gl.*1. §. 32. *numer.*26. *in d. l. boves.* §. *hoc sermone. limit.*14. *nu.*1. & *seq.* & vide Vaz *consult.*132. 9

Circa §. 24. nota, quòd jus patronatus non venit in donatione generali, facta à Rege, nisi de eo fiat specifica mentio, quod de jure Regni procedit per hanc legem; secus de jure communi, quo jure si Rex cum universitate donavit aliquod jus patronatus ad vitam donatarij, illud utique videtur comprehensum in donatione, ut pulchrè disputat, & concludit Guilhelmus Benedictus *post repetitionem cap. Raynutius. in quæst. de thesaurario sanctæ Capellæ, per totam*, quem vide, nisi dicas ibi agere de effectu donationis ad vitam donatarij tantùm, hîc autem de effectu donationis, non solùm quoad donatarium, sed etiam quoad ejus heredes & successores; tametsi iste §. in principio, ibi, *aos taes donatarios*, agat tantùm de donatario, utrùm illi videatur donatum jus patronatus cum universitate, de quo cogita, quia ista lex videtur se fundare in jure communi civili, ibi, *& informado per letrados do seu conselho*, & sic videas benè quid dicat Guilhelmus *ubi suprà*, sed tu Ordinationem sequere, quam sequi tenemur. Ord. *lib.*3. *tit.*64. & diximus latè *in libello de patronatibus Regiæ Coronæ.* 10

11 Circa §.25.nota, quod contractus valere non debet, nisi quamdiu durat jus concedentis, ibi, *que taes contractos nãs devem durar mais que a merce feita ao dito donatario*, quod etiam probat *l. necessario. §.fin. D. de periculo, & com. rei vend. l. si quis donum. §. huic subjungi. D. locati. l. lex vectigali. D. de pignoribus.* per quæ jura id probant Socinus, Alexander, Jas. Gomez. relati à Vaz. *de jure emphyteut. 1. part. quæst. 10. num. 4.* ubi pulchrè declarat istam Ordinationem, nisi talis emphyteusis concedatur à donatario accepto aliquo pretio pro ingressu, quia ex hoc ipso erit statim nulla, nec durabit etiam ad vitam concedentis, juxta Ord. *lib. 4. tit. 41.* de qua ibi latè agit *à num 2. cum sequentibus.*

DECISIO XXVIII.

An Capitanei Insulæ Funchalensis, S. Michaëlis, & dos Acores, & in Brasiliis, sint habendi tamquam alij donatarij bonorum Regiæ Coronæ, & eorum donationes regulandæ, ut aliorum donatariorum?

SUMMÆ.

1. *Capitanei Insularum, qui jurisdictionem habent, & jura Regalia in Insulis, tamquam alij donatarij Regiæ Coronæ haberi & reputari debent, & eorum donationes regulari sicut cætera donationes aliorum donatariorum.*
2. *Si donatarius de consensu Regis donet alicui bona Coronæ, ab ipso Rege, quoad omnes effectus donata censetur.*
3. *Capitanei Insularum debent eas defendere ab hostibus, & à Piratarum incursionibus & latrociniis, & ideo nomen Capitanei eis impositum est.*
   Donatarij domini terrarum in Regno, non sunt Capitanei in suis terris, nisi eis hoc expressè donatum fuerit. Ibidem.
4. *Capitanei locorum Africæ differunt in multis à cæteris Capitaneis Insularum, & jurisdictio quam habent, est ordinaria & non donata.*
5. *Rex potest donare Capitanias locorum Africæ ad vitam, seu in perpetuum.*

1 HÆc quæstio contigit in facto, in processibus Emanuelis Corte real, & de Vasque annes Corte real ejus filij, contra procuratorem Regium, & Comitis de Villa Franca, contra eumdem Procuratorem Regium, in mense Augusti, anni 1593. in quibus judicatum fuit hos Capitaneos, qui ex donationibus Regiis jurisdictionem habent, & jura Regalia, in prædictis insulis, haberi, & reputari, ac si essent donatarij bonorum Coronæ, & eorum donationes regulari debere, prout regulantur cæteræ donationes aliorum donatariorum. Ord. *lib. 2. tit. 45. §. 8.* quæ generaliter intelligenda est, cùm eadem sit ratio in his Capitaneis, ac est in aliis donatariis, arg gloss. *in clem. 1. verbo, eliguntur.* & ibi Cardin. *de elect.* Bald. per illum text. *in l. quod dicitur. D. de pact.* Tiraquel. *cessante causa. 1. part. numer. 150.* facit gloss. *in l. 1. verb. judicati. ad finem. Cod. de condict. indebiti.* Bald. *in l. de quibus D. de legibus.* Tiraquel. *ubi suprà, numer. 152.* fecit enim Ord. mentionem donatariorum gratia frequentioris usus, non autem ut excluderet Capitaneos, qui jurisdictionem etiam donatam habent, & jura Regalia, arg. gloss. *in clement. 1. verb. præsidentes. de rescript.* ubi Imol. *num. 21.* latè Tiraquell. *de retract. fol. 200. num. 4.* Pro quo facit Ord. *lib. 4. tit. 55. in princip.* in æquiparatione, quam facit de auditoribus dominorum terrarum, & Capitaneorum, qui Capitanei sunt perpetui, qui jurisdictionem habent donatam, & jura Regalia in suis Capitaniis. Facit Ordin. *lib. 2. tit. 49. in princ.* ibi, *ou Capitaẽs de Ilhas em suas terras.*

Donationes autem de his Insulis, eis fuerunt factæ per Iffantem Henricum filium Joannis primi Regis Portugaliæ, qui Insulam illam Fungalensem suis expensis invenit, & per Regem Emanuelem, quo tempore erat Dux Pacis Juliæ: quæ tamen posteà confirmatæ fuerunt per Reges hujus Regni, retento nomine Capitanei; & sic videntur donationes factæ ab ipso Rege: quando enim donatarij Regiæ Coronæ (ut erant Iffans, & Dux Emanuel) de consensu Regis donant alicui prædicta bona Coronæ, ipse Rex est qui donare censetur ad omnes effectus, arg. *l. in ædibus. §. quod filius. D. de donationibus.* Rom. *cons. 98.* 2

Et hoc nomen Capitanei illis impositum videtur, ut in prædictis Insulis, & in aliis Castris Brasiliæ provinciæ, Ducum belli officia gererent, & illas Insulas tutas haberent à piratarum incursionibus, & latrociniis, & illas defenderent: quod non ita fit in aliis dominis terrarum in regno: nec enim Capitanei sunt in suis terris, nisi eis hoc expressim etiam sit donatum, & ego vidi donationem quamdam vice Comitis de villa nova de Cerveira, ubi eum fecit Capitaneum, ultra jurisdictionem donatam, & jura Regalia. 3

Capinei autem locorum Africæ, non sunt hujusmodi, ut quia ad tempus serviunt, & sunt ut cæteri Duces belli in arcibus positi, quos Duces, & Capitaneos belli Rex creat. Ord. *lib. 2. tit. 26. in princip. cap. 1. quæ sint Regalia.* ubi Afflict. ex expensis Regis serviunt, & militant, & salarium habent; non autem habent jura Regalia ex donatione, sed solùm habent jura aliqua ratione officij Capitanei bellici, ut sunt, *os quintos das prezas*, & jurisdictio quam habent, est ordinaria, & non donata, Ordin. *lib. 2. tit. 47.* 4

Bene verum est, quod potest Rex donare etiam has Capitanias Africæ in vita, seu perpetuò, ut est in civitate Ceptensi, ubi Marchio villæ Realis habet hanc Capitaniam in vita, & in dicta civitate aliqua jura Regalia: sed hoc tunc est, quando in donatione expressum fuit, & ego vidi donationem Ducis de villa Real Doni Emanuelis, & in ea concessum per Regem, ut in ejus absentia, Dux positus ibi per Regem vocaretur *Capitão de Cepta por el Rey nosso senhor em ausencia do Duque de villa Real, cuja a dita Capitania he.* quod tamen privilegium, seu donatio cùm personalis sit, non egreditur personam. *reg. Privilegia. de reg. jur. lib. 6.* ubi Dinus *l. Privilegia. l. in omnibus. D. de reg. jur.* ubi DD. *§. quod Principi placuit. instit. de jur. natur.* & necessum est, ut de novo ejus successoribus fiat talis donatio. 5

DECI-

DECISIO XXIX.

An Capitanei Insularum, qui tamquam donatarij sunt, quo casu per se non serviunt, & Rex alium Capitaneum facit, teneantur solvere salarium Capitaneo posito per Regem, an verò servire debeant expensis ejusdem Regis?

SUMMÆ.

1. *Creare Duces, seu Capitaneos, sive in terra, sive in mari, est Regalis superioritatis, & nemini competit nisi Regi, aut Principi non recognoscenti superiorem.*

Substituere, seu aliquem ponere in locum alicujus Capitanei non valentis servire propter aliquod impedimentum temporarium seu perpetuum, ad Regem pertinet. Ibid.

Locumtenens non potest alium in ejus locum subrogare sine licentia Principis. Ibid.

2. *Præfecti arcium possunt substitutum ponere, dummodo qualitates habeat ab Ordin. requisitas, quod declaratur juxta Ord. ibi allegatam.*

3. *Minor octodecim annorum habet legitimam excusationem à servitio belli, & militia, sicut & ille qui ætatem habet septuaginta annorum.*

4. *Capitaneus proprietarius, qui paratus est ad serviendum munus suum, non tenetur suis expensis salarium solvere Capitaneo, quem Rex propter bellum imminens in ejus loco ponit, eò quòd sit magis exercitatus, & peritus in militia.*

Substitutus potest servire expensis proprietarij, dummodo Regi, seu domino feudi acceptabilis sit. Ibidem.

Hoc intelligendum est, quando proprietarius consensit; secus si voluerit servire, & paratus sit ad exercendum munus suum. Ibid.

Rex si fecerit fortalitium in terris dominorum, non potest impensas à domino terræ in totum petere, nisi ut à quolibet de populo. Ibidem.

Rex potest de novo facere, seu erigere fortalicia in terris donatariorum, ad eum namque pertinet defensio Regni. Ibid.

5. *Capitaneus, qui habet impedimentum perpetuum, ut quia cæcus est; vel temporarium, ut quia minor ætate, & tamen jurisdictionem in Castro, & jura Regalia retinet, suis expensis salarium solvere debet Capitaneo per Regem substituto, quousque impedimentum cesset.*

Ad dominum Castri pertinet illius defensio, & custodia, maximè si redditus illius recipit. Ibidem.

6. *Si redditus, & proventus Castri diminuantur, non ob id salarium a Rege Capitaneo substituto taxatum diminui debet.*

7. *Quid judicatum sit in casu hujus decisionis.*

Confessio in articulis facta præjudicialis est. Ibidem.

1 Quæstio hæc contigit in facto meo tempore in Capitaneo Insulæ de Madeira, habet autem Capitaneus in donatione sua hæc verba: *Que elle, & seus successores tevessem aquella Ilha, & à mantevessem em paz, & justiça, & levassem as rendas, & tevessem a jurisdição, & que senão a'gam successor em idade menor, el Rey porta quo por elle governasse.* Contigit, quòd mortuo Comite da Calhera, mansit ejus filius primogenitus in puerili ætate, ita ut Rex juxta verba donationis, alium Capitaneum ibi posuerit, ut Insulam ab hostibus defenderet. Quæsitum fuit, an expensis Regis ei salarium dandum erat, an ex redditibus prædicti Capitanei Insulæ de Madeira, qui impubes erat, & servire non poterat.

Et cum essem procurator Regius allegationes feci, & præsupponebam, quòd creare Duces, seu Capitaneos, sive in terra, sive in mari, est Regalis superioritatis, nec ulli competit, nisi Regi, aut Principi non recognoscenti superiorem, *c.* 1. ubi Feudistæ, *quæ sint Regal.* Ord. *lib.* 2. *tit.* 26. *in princ.* Capicius *decis.* 27. *num.* 7. ubi sic decisum refert in senatu Neapolitano. Imò, & ponere substitutum, seu locum tenentem hujus Capitanei non valentis servire propter aliquod impedimentum, ad Regem etiam pertinet. Capic. *ubi suprà. DD. in c. Imperialem. §. firmiter. de prohibit. feud. alienat. per Frid.* nec enim locumtenens potest facere locumtenentem suum, nisi cum auctoritate Principis. Bald. *in leg.* 1. *§. à præfecto. D. de legat.* 3. Laudens. *de officialibus dominorum, quæst.* 40. *volum.* 16. *tractat.* 2.

Quod tamen fallit in præfectis arcium (quos 2
Alcaides mores vocamus) bi enim substitutum ponere possunt, qui tamen substitutus habeat qualitates requisitas ab Ord. *lib.* 1. *tit.* 74. *§.* 4. Laudens. *ubi suprà.* Sed hoc intelligendum est in casu, in quo prædictæ Ordinationes loquuntur, quando scilicet præfectus arcis actualiter residebat in Castello, & fortè aliquo casu se absentavit ab illo: si verò non residebat in Castello, non potest nominare locumtenentem, nec locus est prædictis ordinationibus, sed ad Regem spectat providere de locumtenente, quod notandum maximè est.

Præsupponebam etiam, quòd licet aliquando, 3
mortuo aliquo domino terrarum, qui jurisdictionem habet, & cui annexa est aliqua Capitania, & terræ defensio (quos Itali, & Galli Barones vocant) Bossius *tit. de Principe in princ.* soleant vasalli eorum eligere & assumere filium successorem in Ducem, & Capitaneum suum, datis illi consiliarijs, & adjutoribus, ad ei dandum consilium in pertinentibus ad tale ministerium, præcipuè cùm pater vita functus, fuit insignis Dux, in ejus memoriam, ut refert Bald. & Paul. *in l. ultim. Cod. de test. milit.* nihilominus tamen regula est, quòd minor octodecim annorum habet legitimam excusationem à servitio belli, & militiæ, ut est glos. singularis junct. text. *in cap.* 1. *de pace tenend. & jurament. firmand. in feudis*, Roman. *singular.* 122. Guilhel. *in cap. Raynutius, in verbo, abjecta impubere, numer.* 4. *& seqq.* Rebuff. ad *ll. Gall. tom.* 2. *tit. de reb. gestis. num.* 14. ut etiam & ætas septuaginta annorum excusat à prædicta militia. gl. & DD. *ubi sup.* facit illud Poëtæ (Turpe senex miles) Ord. *lib.* 2. *tit.* 60. *in princ.* Ratio autem excusationis in minore ea est, quia minor quatuordecim annorum, non potest juramentum

excludit alia requisita necessaria in aliis alienationibus, Pinel. *l. 1. C. de bonis matern. 3. p. n. 58.*

8. Nec facit, quod secunda donatio videbatur præferenda, quia secundus donatarius priùs accepit possessionem: nam respondemus, quod non est præferenda; cùm enim secunda donatio non valuerit, ex traditione non poterat jus quærere. *l. nunquam nuda. D. de acquirend. rarum dominio, l. non dubium. C. de legibus.* & sic sumus extra terminos *l. quoties. C. de rei vendicat.* prout etiam sumus extra terminos *l. bene a Zenone. C. de quadrien. prescript.* & notat Curt. Jun. *in l. heres absens. in princip. num. 19. D. de judiciis.* facit reg. *l. si jure. D. de legat. 3. & c. non præstat. de reg. jur. in 6.*

9. Item *l. Quoties* non procedit in donationibus Principis, sed in illis, qui prior est tempore potior est in jure. Angel. *in l. officium. n. 2. D. de rei vendicat.* Alex. *cons. 3. n. 8. lib. 5. & cons. 11. num. 8. lib. 6.* Dec. *cons. 689. n. 2.* Thom. Gramm. *decis. 59. n. 20.* & dicit receptum Rogerius à Mota, *in l. traditionib. num. 13. C. de pact.* & licet hoc controversum sit, ut per Covar. *resolut. lib. 3. c. 19. n. 3.* & Vaz. *de jur. emphyteut. qu. 9. n. 30.* tamen quando donatio non fit per viam contractus, sed per viam gratiosæ concessionis, & privilegij, prima opinio verior est, ex *c. si tibi absenti. de præbend. in 6.* resolvit Jas. *in d. l. quoties, n. 10. & in præludiis feudorum. n. 73.* Chassanæus *in consuetudinibus Burgund. rub. 12. §. 3. nu. 13.* & prosequitur Guilbel. *in c. Raynutius verbo, adjecta impuberi, ex num. 7.* qui militat in hoc casu, nam donatio facta in favorem filij absentis mera gratia est, & privilegium *l. quoties. C. de donat. quæ sub modo.* maximè attentis verbis concessionis, in casu præsenti, ibi. *que lhe fique*, quæ sunt verba directa, & important, quod jus, ipso jure, transferatur in donatarium, ut in specie observat Costa *tract. de success. regni pag. 14.* vide tamen elegantem declarationem Andr. Syeul. *cons. 41. num. 7. lib. 1.*

Et si Princeps forsan velit nihilominus secundam donationem defendere, tenetur primo donatario ad interesse, vel rem æquivalentem dare, *c. 1. §. ad hæc. versic. si verò. de pace juramenti firmand.* & ibi Bald. & Afflict. ex *num. 14.* Jas. *in l. fin. n. 14. D. de pact. & cons. 1. num. 5. versic. nunc principaliter lib. 1.* Quod in facto contigit.

DECISIO XXXI.

An Rex possit in donatione, quam facit de bonis Regiæ Coronæ, conditionem apponere donatario de nubendo fœminæ, ab ipso Rege nominandæ, etiam indotatæ?

SUMMÆ.

1. *In donatione, seu traditione rei suæ potest quisque apponere, quam velit, conditionem.*
   In regno Neapolitano constitutum est, ne feudatarius matrimonium contraheret sine licentia Regis: quod & in nostro Regno Lusitaniæ dispositum est in fœminis habentibus bona Regiæ Coronæ. Ibid.
2. *Libertas matrimonij nulla pœna restringi non potest: amissione tamen lucri delati bene restringi potest.*
3. *Conditio, quòd legatarius nubat arbitratu alicujus non valet.*
4. *Conditio apposita in majoratu de non nubendo successori, nisi cum arbitratu, seu cum licentia alicujus, non valet.*
   Idem est in conditione apposita per Principem in donatione ab ipso facta. Ibid.
5. *Conditio reprobata a jure, in donatione apposita, non valet; & si non adimpleatur, non ideò revocabitur donatio, quamvis in donatione expressum sit, quòd non adimpleta conditione donatio resolvatur.*
6. *Responsio, & declaratio ad regulam superiùs positam, scilicet, quod in traditione rei suæ potest quisque apponere quam velit conditionem.*
   Conditio, quæ repugnat libertati matrimonij, non valet. Ibidem.
   Constitutio Regni Neapolitani, ne scilicet feudatarius nuberet sine licentia Regis, abrogata est per Carolum Secundum Regem ipsius Regni, & per Honorium Papam. Ibidem.
7. *Ratio decidendi ad Ord. Regiam. lib. 2. tit. 37. in principio.*
8. *Responsio, & declaratio ad l. Titio centum. D. de condit. & demonst.*
9. *Conditio apposita per Principem in donatione bonorum Regiæ Coronæ, ne quis uxorem ducat absque ejus consensu, seu approbatione, valida est: si tamen a privato apponatur, non valet.*
   Conditio continens, quòd Princeps debeat eligere personam certam, & determinatam, cum qua sit contrahendum, non valet. Ibid.
10. *Conditio, quòd quis ducat uxorem, quam Rex elegerit, vel nominaverit, quomodo accipi debeat, ad hoc ut valida esse possit.*
11. *Donatarius, qui tenetur ducere uxorem à Rege nominandam, an teneatur eam accipere indotatam?*
12. *Dos dicitur pendere a matrimonio, ex eo, quia sine matrimonio dos esse non potest: sed ad omnes alios effectus est quid separatum, & æque principale cum eo.*
    Dispositio matrimonij non comprehendit causam dotis, nec è contra. Ibid.
    Filia nubens nulla dote promissa per patrem, vel sine consensu illius, nulla etiam dote data, vel promissa, potest cogere patrem, ut dotem competentem sibi constituat. Ibid.
    Inclusio unius, non est inclusio rei diversæ, & separatæ. Ibid.
13. *Conditio de ducenda uxore, quam Rex voluerit, est odiosa, & nullam debet recipere extensionem.*
    In odiosis non valet consequentia de expresso ad non expressum, imò non expressum censetur relictum dispositioni juris communis. Ibid.
14. *Quamvis legatum sub conditione, si Seiam duxerit, relinquatur, non ob id legatarius eam tenetur accipere indotatam.*
15. *Qui jurat accipere uxorem, nulla dotis facta mentione, non ob id videtur velle eam indotatam accipere.*
16. *Si mulier, quæ tenetur pro se congruam dotem præstare, illam non dederit, conditio habetur pro impleta, ex parte illius qui tenebatur eam ducere.*
    Donatarius, quando per eum non stat, quominus adimpleatur conditio sibi à Rege imposita, donatione

privari

privari non debet, quasi illi non paruerit.

27. *Limitatur hoc, nisi quantitas relicti, & egestas mulieris nota, persuaserit, quod relictum, seu donatum, succedenet loco dotis.*

28. *Quid tenendum sit in hac quaest. per distinctionem notabiliter traditur.*

19. *Reprobatur opinio illorum, qui indistinctè tenent quod vir accipiens uxorem simpliciter, videtur velle eam indotatam accipere.*

20. *Quid hoc casu servetur de consuetudine hujus Regni.*

21. *Prohibitio Ord. lib. 2. tit. 37. an habeat locum quando foemina matrimonium invalidum contrahit. remissivè.*

1 ET videtur, quòd talis conditio apponi possit juxta regulam *l. in traditionibus. D. de pact.* & servanda est prout sonat; aliter donatio resolvetur, & invalida manebit. *cap. verum. de condit. appos. it. l. ultima.* ubi ponitur elegans ratio, *C. de pact. inter emptor. & venditorem.* tradit Afflict. *cap. 1. §. praeterea. numer. 21. quibus mod. feud. amittit.* O. 1. Cost. *in l. cùm tale. §. si arbitratu. num. 6. 2. limitat. D. de condit. & demonstr.* & ita vidisse consultum asserit Alciat. *in l. Titia. nummer. 8. D. de verb. obligat.* defendit Aymon. *consil. 664. num. 21. lib 4.* Et in Regno Neapolitano super hoc facta est lex *lib. 3. constit. lib. 1. tit. 23.* qua constitutum est, ne feudatarius possit matrimonium contrahere, sine licentia Regia; quod & in nostro Regno Lusitaniae dispositum est in foeminis habentibus bona Regiae Coronae, ex donatione Ord. *lib. 2. titul. 37. in princip.*

2 Secundò pro hac parte facit text. *in d. l. Titio centum. §. 1. D. de condit. & demonstrat.* quo probatur quod licet metu poenae libertas matrimonij restringi non possit, tamen amissione lucri delati restringi potest, quod propriè verificatur in nostra quaestione, ut in terminis arguit Cost. *in d. §. si arbitratu. 2. limitat. n. 6.* Aymon. *ubi supra, num. 21.*

3 Pro alia parte, imò quod conditio, ut verba sonant, valida non sit, facit text. *in l. turpia. D. de legat. 1. l. cùm tale. §. si arbitratu. de condit. & demonstr.* quae jura probant, quod conditio apposita in legato, dummodo arbitratu alicujus nubat legatarius, non valet, eò quod matrimonium liberum debet esse, & non pendere ab alieno arbitrio, quae libertas per talem conditionem appositam tollitur. *cap. super eo. de condit. apposit.* gloss. *in cap. cùm plures verbo, liberè, de officio delegat. in 6.* & ita declarant Doctor. *in d. §. si arbitratu.* ubi Bald. & Immol. Paul. Castrens. *in l. si ea conditione, ad fin. Cod. de condit. insert.* Corneus *in l. legatum. numer. 3. Cod. eodem titul.* Ruynus *consil. 126. num. 7. lib. 2.* Alciat. *in l. nemo potest n. 16. ad fin. de leg. 1.* Peralt. *in l. 1. num. 32. D. de leg. 2.* & asserit hanc rationem esse receptam Mench. *illustr. quaest. c. 94. num. 19.* Mantica (nunc Cardinalis Illustrissimus) *de conject. ultim. volunt. lib. 1. titul. 28. num. 8.*

4 Et per praedicta jura, adjuncta ratione de qua suprà, communiter receptum est, quod si in institutione majoratus ponatur conditio, quod successori in illo nubat arbitratu, & cum licentia alterius, non valet conditio, quia impeditur libertas matrimonij. Molin. *lib. 1. de primogenitis. c. 13. num. 35.* quidquid aliud dicat Mer. *de majorat. 1. p. quaest. 50. num. 7.* facit text. *in l. filiam meam. in princip. D. de condit. & demonstrat.* Rip. *in l. 2. §. voluntati n. 11. D. solut. matrimonio.* & sic nec Princeps saecularis id poterit facere in donationibus ab ipso factis. Dec. *in l. nuptias. n. 8. C. de regul. jur.* Decianus *cons. 13. a n. 9. lib. 1.*

Unde necessariò consequitur, quod etiamsi conditio non adimpleatur, non resolvitur donatio, cùm sit reprobata à jure. *d. §. si arbitratu.* etiamsi expressim declaretur, quod si non adimpleatur conditio, donatio resolvatur, & revocetur. Bart. *in l. 1. n. 2. D. de his quae poena nomin.* receptus ab Aretino *cons. 67. n. 1.* Anton. Natt. *cons. 355. lib. 2.* licet contrarium teneat Aymon. *cons. 80 n. 11.* Peralt. *in l. 1. n. 32. D. de leg. 2.* quos meritò reprobat Costa *d. §. si arbitratu. amplia. ultima. num. 12.* & Menchac. *illustrium quaest. c. 94. n. 17.* 5

Et retenta hac secunda opinione, ad objecta in contrarium respondetur: ad primum, quod quisque potest apponere quam velit conditionem, in traditione rei suae, hoc intelligitur nisi talis conditio per legem improbetur; nam tunc eam apponere non potest, nec illa erit observanda, cujusmodi est conditio, quae impedit libertatem matrimonij, probat text. *in d. §. si arbitratu.* & in terminis tenet Alciat. *in d. l. nemo potest. D. de leg. 1. num. 18. ad fin.* quod generale est in omnibus conditionibus, quibus jus repugnat, ut non observentur, neque propter illas non servatas, donationes resolvantur. *l. paterfamilias. D. de hered. inst. l. si quis eum.* & ibi notat Socinus *num. 1. D. de conditionibus, & demonstrat.* & ita non valere praedictam conditionem, quae repugnat libertati matrimonij, tenet in terminis Hostiens. & Praeposit. *num. 2. in cap. 1. de conjugio servorum.* per illum text. & in specie quod Princeps non possit in donatione apponere praedictam conditionem, probat Isernia *in c. 1. §. praeterea, colum. 2. quibus mod. feud. amit. O. 1. &c. Imperialem. in principio. num. 6. de prohibit. feudi alienat. per Frider.* & latiùs & elegantiùs *lib. 3. constitut. rubric. 23.* & post eum Afflict. sibi contrarius *lib. 3. constitut. rubr. 20. num. 3.* qui ob id concludunt, constitutionem antiquam Regni Neapolitani, quod feudatarius non posset uxorem ducere sine licentia Regis, tamquam impedientem libertatem matrimonij, fuisse abrogatam per Regem Neapolis Carolum II. & per Honorium Papam. 6

Similiter & Ord. *lib. 2 tit. 37. in princ.* solùm admittit praedictam conditionem in foeminis habentibus bona Regalia, ut non contrahant matrimonium sine licentia Regis, propter earum fragilitatem; non autem in masculis talem admisit conditionem, quasi repugnantem libertati matrimonij. 7

Non obstat etiam secundum de regula, *l. Titio centum, §. 1. D. de condit. & demonstr.* quia procedit, quando exprimitur certa mulier, quam Titius debet uxorem ducere, nam tunc non restringitur libertas matrimonij, cùm Titius proprio sensu & voluntate eam eligat, & tantùm spe lucri invitetur, ut eam libentiùs ducat, ut declarat Franciscus Connanus *libr. 8. commentar. cap. 2. num. 6.* Hippol. Riminald. *cons. 215. n. 138. l. 2.* & aliud est dicendum, quando nulla certa persona exprimitur, sed conditio refertur ad incertam personam, addita conditione, si illam ducat, arbitrio vel consensu alterius: cum enim tunc electio personae non pendeat à solo sensu 8

sensu & voluntate contrahere debentis, sed etiam ab arbitrio & consensu alterius, videtur restricta libertas contrahendi matrimonium; & ideò talis conditio rejicitur per *l. d. §. si arbitratu*. & Ita hos casus distinguit Fulgos. *cons. 6 5. numer. 6.* Aymon. *cons. 1. num. 5. ad fin.* Menchac. *illustr. qu. c. 94 n. 55. & 17.* & eleganter Lusitanus Anton. Gamma *decis. 3 5 4. num. 2.*

9 Ne tamen omnino videamur deserere primam opinionem, distinguendum videtur, quod aut conditio importat, ut uxorem ductus eam non ducat absque licentia, vel approbatione Regis, & tunc valeat; quamvis enim prædicta conditio posita à privato, veniat rejicienda juxta dispositionem *d. §. si arbitratu.* tamen in Principe supremo donante bona Regiæ Coronæ, tolerari potest prædicta conditio, quia interest Reipublicæ hujusmodi bona & dignitates non deferri nisi ad personas fideles, & acceptas Principi, & in his terminis sine dubio loquuntur, quos retulimus in principio hujus quæstionis. Ceterùm si conditio contineat, ut Princeps debeat eligere & nominare personam, cum qua sit contrahendum matrimonium, ita ut totum videatur pendere à voluntate Principis, non valebit talis conditio, cùm per eam apertè tollatur libertas, quæ in matrimoniis contrahendis exigitur; prout neque valet consuetudo, quod effectus electionis pendeat à voluntate Principis, quia per eam impugnatur, & tollitur libertas eligendi, *cap. cum terra, de elect.* & ibi Anton. *num. 3.* & Panormitanus *in principio.* Roman. *singul. 290.* Covarr. *de sponsal. 2. p. cap. 3. §. 5. numer. 9.* & in terminis contra Baldum *in l. 1. in fin. Cod. de sponsal.* communiter receptum est, non valere dispositionem testatoris; quòd executor testamenti collocet filiam in matrimonio, cùm per hoc libertas matrimonij apertè tollatur, ut per Alexand. *in l. turpia, in fin.* & ibi Jas. *num. 5. D. de legibus.* Antonius Natt. *cons. 3 5 5. ad fin. lib. 2.*

10 Ut igitur prædicta conditio, quod ducat uxorem, quam Rex nominaverit, vel elegerit, valida possit censeri, non debet accipi in forma, quam verba importare videntur; sed ut actus valeat, debet accipi, ut semper intellecta fuit in hoc regno, ut non nubat nisi de licentia & beneplacito Regis, ut disponit Ord. in fœminis *lib. 2. tit. 37. in princip.*

11 Et præsupposito, quod conditio valeret, ut verba sonant, quod Rex nominaret fœminam; videndum est, utrùm donatarius teneatur accipere uxorem indotatam? Et dubitationem facit ea communis opinio, quod licet mulier bona habeat, & maritus simpliciter eam accepit in uxorem, nulla dotis facta mentione, videtur eam indotatam accepisse, ita ut non possit eam cogere, ut de novo sibi dotem constituat, vel eo prætextu ei denegare alimenta, ut probat text. *in l. fin. C. de repud.* & ibi notat Salycet. *auth. de Nuptiis. §. sic itaque, collat. 4. auth. quibus mod. natur. efficiantur legit. §. quoniam autem collat. 6.* per quæ jura ita tenet Bart. *in l. 2. numer. 12.* & ibi Rip. *num. 43. D. solut. matrimon.* idem Bart. *disputat. 7. in solutione. col. 5.* & est magis recepta sententia, ut asserit Dec. *in auth. Præterea. num. 6. Cod. unde vir. & uxor.* Rolandus *de lucro dotis. qu. 7 1.* aliqua tradit doctissimus Barbosa *in l. 1. 4. p. num. 28. D. solut. matrim.* Ergo pariter in nostro casu: cùm conditio significet, ut donatarius accipiat uxorem quam Princeps declaraverit, & nulla sit facta mentio dotis, credendum est voluisse ut eam indotatam acciperet.

Sed verius est contrarium in nostro casu; nam quamvis dos dicatur pendere à matrimonio, *cap. fin.* cum gloss. *de judic. in 6. Clement. dispendiosam. de judic.* id tamen intelligitur eo respectu, quod dos non possit consistere sine matrimonio, *l. 3. D. de jur. dot.* sed quoad omnes alios effectus, dos censetur quid separatum à matrimonio, & æquè principale cum eo, ut declarat Corneus *cons. 2 5 4. num. 5. lib. 1.* & hac ratione licet matrimonium non possit conferri in arbitrium alterius. *d. l. cùm tale. §. si arbitratu.* tamen dos conferri potest in arbitrium alterius. *l. cum post. §. gener, D. de jur. dot.* tradit Bald. & Imol. *d. § si arbitratu.* Antonius Natt. *consil. 3 5 5. ad fin. lib. 2.* Cùm igitur diversa sint, necessariò consequitur, quod dispositio facta circa matrimonium non comprehendit causam dotis, neque è contra, expressè Bart. *in disputat. 7. col. 2. arg. 2 part.* Et sic dispositio loquens in matrimonio nihil pertinet ad dotem, de qua nihil dictum est, ut apertè colligitur ex gloss. *l. obligamur. §. lege. D. de actionibus obligat.* communiter recepta, ut asserit Alexand. *cons. 169. Visis. num. 2. lib. 7.* quod si filia nubat nulla dote promissa per patrem, vel etiam nubat sine consensu patris, nulla dote data, vel promissa, poterit nihilominus implorato judicis officio, patrem cogere, ut sibi dotem competentem constituat: quia pater ad duo tenetur, scilicet, filias matrimonio collocare, & eis dotem congruam constituere. *l. qui liberos. D. de ritu nupt.* quamvis igitur satisfactum sit primæ obligationi, quod filia nupta sit, adhuc superest obligatio diversa dotandi, sic igitur & in proposito, quamvis donatarius teneatur ducere uxorem quam Rex nominaverit, non tamen tenetur eam indotatam accipere, cùm de hoc nihil dictum sit; neque enim inclusio unius, est inclusio rei diversæ, & separatæ, *l. si domus. D. de servitut. præd. urban.* Sygnorol. *cons. 234. num. 2.* 12

Quod maximè recipiendum est in nostro casu, in quo conditio de ducenda uxore quam Rex voluerit, quocumque modo accipiatur, utique repugnat decisioni *l. cùm tale. §. si arbitratu.* & consequenter est odiosa; unde nullam debet recipere extensionem. *l. cùm quidam. D. de liber. & posth.* In odiosis enim & strictè accipiendis, non valet consequentia de expresso ad non expressum; imò non expressum videtur relictum dispositioni juris communis. *l. si cùm dotem. in principio. D. solut. matrim.* eleganter Bald. *cons. 5 8. in quæstione. n. 4. l. 4.* Paris. *cons. 6 2. n. 2 6. l. 4.* & ideò dispositio loquens de matrimonio contrahendo cum consensu Principis, non habet locum in dote, de qua nihil fuit expressum, in terminis And. de Isernia. *cap. 1. §. præterea, col. 2.* Afflict. *ibi num. 20. quibus modis feud. amittat. O. 1.* 13

Denique in propriis nostris terminis est decisio Costæ *in d. l. cùm tale §. si arbitratu. 6. limitat. n. 17.* quod si alicui sint relicta centum, si Selam uxorem duceret, juxta terminos *l. Titie centum. §. 1. D. de condit. & demonstr.* non ob id testator videtur voluisse, quod eam indotatam acciperet, quare si mulier in 14

præ-

prædicto casu dotem competentem non assignaverit, conditio habetur pro impleta, quasi per eam steterit quò minùs conditio impleretur, ac ita locum habet *reg. l. 1. C. de instit. & substit.*

15 Ex quo dicto, duo habemus in hac materia valdè notanda. Primum est, quòd qui jubet, ut aliquis Seiam uxorem ducat, non ob id videtur velle, quòd legatarius eam indotatam accipiat, imò dòs congrua tamquam quid diversum à matrimonio, videtur relinqui in dispositione juris communis, ad quod allegat Cost. dictum Bald. *in cap. juravit num. 3. de probat.* quòd si quis juravit aliquam accipere in uxorem, nulla facta mentione dotis, non ob id videtur voluisse eam sine dote accipere; imò magis censetur voluisse, ut illa secundùm communem consuetudinem se competenter dotaret, per rationes ibi expressas, per quas ejus dictum approbavit Andr. Sycul. *ibi numer. 22.* Felin. *ad fin.* Palat. *in repet. cap. per vestras 3. notab. §. 2. numer. 4. pag. 193.* & dictum Bald. probat etiam Jas. *auth. proterea. numer. 10. C. unde vir. & uxor. & l. si donaturus, §. fin. num. 4. ad fin. D. de condict. ob causam.* Decian. *cons. 49. num. 6. lib. 2.* & Hippol. Riminald. *cons. 478. num. 66. lib. 4.* ergo claram & receptam habemus decisionem, quod qui tenetur aliquam accipere in uxorem, non ob id intelligitur quod indotatam accipiat.

16 . Secunda conclusio ex Costa est: quod si mulier, quæ tenebatur pro se congruam dotem dare, illam non dederit, conditio ex parte illius, qui eam tenebatur ducere, habetur pro impleta, & juris interpretatione perinde est, ac si illi formaliter paruisset, juxta regulam *leg. 1. Cod. de instit.* quod etiam tenet in nostris terminis Hippol. Riminald. *consil. 478. num. 62. lib. 4.* Unde si donatarius non impleverit conditionem sibi impositam per Principem, non debet privari donatione, quasi illi non paruerit. Neque difficultatem faciet, quod regula *d. l. 1. C. de instit.* non procedit in contractibus, quia hìc agimus de donatione facta per Principem, quæ æquiparatur legatis. *cap. 8. & cap. audientiæ. de concessione prabend. in 6.* unde regula *d. l. 8.* etiam in prædicta donatione debet locum habere, ut suprà diximus, præterea & mulieris interest conditionem non impleri, ne teneatur ad dotem congruam præstandam, in quibus terminis conditio habetur etiam pro impleta in contractibus. *l. jure civili. D. de condit. & demonstrat.* Dec. *l. 1. num. 5. C. de instit.*

17 Denique neque difficultatem debet facere, quod addit Costa suprà relatus, suam conclusionem non procedere, quando quantitas relicti & egestas mulieris nota testatori, persuaderet testatorem voluisse, ut relictum succederet loco dotis; nam hæc declaratio poterit forsitan admitti in terminis in quibus ipse loquitur, quando scilicet jubetur ducere uxorem certam & determinatam; ceterùm quando agitur de ducenda persona incerta, & quæ nescitur utrùm sit futura inops, vel dives, non potest prædicta declaratio applicari nostro casui; neque declaratio, quæ in principio donationis facta non fuit, poterit ex post facto fieri. *l. pen. in fi. C. de collat. l. perfecta. C. de donat. quæ sub modo.*

18 Neque etiam obstat ratio adducta pro contraria parte, quia admissa opinione magis communi, quod vir accipiens uxorem non facta mentione dotis, videtur velle eam indotatam accipere (quamvis gravissimi Doctores contradicant) clarè respondemus, illam communem opinionem non posse applicari nostro casui; quia qui illam tenent ea præcipua ratione nituntur, quòd marito est imputandum, qui nullam fecit mentionem dotis, quando ducebat uxorem; quam mentionem communiter homines faciunt: quæ ratio cessat in nostro casu, in quo nulla erat persona, cum qua ageretur de dote, sed tantùm conditio importabat, quod duceret eam uxorem quam Princeps nominaret, neque umquam est admittenda interpretatio, ut quis uxorem indotatam accipiat. *l. si donatarius. §. fi. D. de condict. ob causam.* & ideò text. *in cap. nullum. 30. quæst. 5.* dicit nullum matrimonium contrahi sine dote, quod ex honestate saltem procedere dicunt Archidiac. & Turrecremat. *ibi*, quasi inhonestum reputetur uxorem indotatam accipere. notat Bald. *in c. juravit. num. 3. de probat.* & ideò non est credendum Principem velle, ut homo nobilis, verbi gratia, & benemeritus de Republica, afficiatur per illum injuria, jubendo, ut uxorem indotatam accipiat; nam ut inquit Menander relatus per Decianum *cons. 49. numer. 5. lib. 2.* (ter est infelix, qui uxorem sine congrua dote accipit: nam habet tunc patrimonium sine patrimonio,) imò nec Princeps id potest jubere, quia in effectu est impedire matrimonium, quod non solet contrahi sine dote, si credimus Antonio de Butrio. *cons. 35. num. 2.*

Denique in hac materia vera videtur resolutio 19 quod aut quis accipit uxorem per verba de præsenti, non facta mentione dotis; aut contrahit sponsalia de futuro, nulla etiam facta mentione dotis, in primo casu locum habebit communis suprà relata, quod videatur indotatam accipere, nam *l. fi. C. de repud.* & alia jura, quæ pro ea communi adducuntur, apertè loquuntur in uxore: & sic in ea quæ fuerit ducta per verba de præsenti. *l. cùm fuerit. D. de condit. & demonstrat.* quod in terminis prædictorum jurium agnoscit esse receptum Curt. Jun. *auth. præterea. num. 3. C. unde vir. & uxor.* ac proinde non obtinebunt locum in sponsa de futuro, ut ibi tradit Fabian. *num. 5.* In secundo autem casu procedit dictum Bald. receptum *in d. c. juravit. num. 3. de probat.* qui apertè in his terminis loquitur: ratio differentiæ est, quia à communiter accidentibus, quando homines ducunt uxores per verba de præsenti, solent de dote danda sibi cavere: quod si aliquis non fecit, creditur uxorem indotatam voluisse accipere, sed quando contrahuntur sponsalia de futuro, sæpiùs non faciunt mentionem dotis, quia sperant ante ductionem uxoris de hoc esse acturos. *l. fin. C de dote cauta.* unde nihil eis imputari potest, si tempore sponsaliorum de dote nihil dixerint. Bald. *in d. c. juravit. num. 3. de probationibus.* quamvis aliud dicat Covar. *de sponsalib. 1. p. cap. 5. num. 5. ad fin.* quem refert (& tamen non probat) Menoch. *de præsumpt. 3. p. præsumpt. 6. n. 65.*

Illud tamen addiderim, quod in hoc Regno Re- 20 ges nostri, conditiones has, etiam de nubendo cum muliere certa & nominata, consueverunt apponere in donationibus; & quando illis constabat de pauper-

paupertate mulierum, aliàs illustrium, aut nulla, aut modica dos dabatur; juxta ea quæ tradit Costa *in d. §. si arbitratu.limitat.6.num.17.* quod maximè conveniens est, ut illustres fœminæ, & quæ in palatio Regio sunt, nubere decenter possint.

21 An autem prohibitio Ordin. Regiæ *lib.2.tit.37.* locum habeat, quando fœmina matrimonium contrahit invalidum, ut puta cum consanguineo? vide Felinum *in cap. ex tenore, de rescript.* Jas. *in leg. ubi pactum, num.23.C.de transact.*

DECISIO XXXII.

An in bonis Regiæ Coronæ possit succedere frater fratri primogenito præmortuo, qui numquam fuit in possessione prædictorum bonorum.

SUMMÆ.

1. *Facti species.*
2. *Mortuo ultimo possessore bonorum Regiæ Coronæ, statim jus omne in sequentem successorem transfertur.*
   Filius major successor in bonis Regiæ Coronæ statim post mortem patris habetur pro possessore, licet illorum possessionem realiter non acceperit. Ibidem.
3. *In donationibus factis Capitaneis insulæ da Madeira, illis concessum erat, quòd frater fratri præmortuo succedere possit: quòd tamen postea Rex Alfonsus V. noluit confirmare.*
4. *Verba hæc* (succeda o filho barão major, ou o segundo se tal for) *si in donationibus apponantur, quomodo intelligi debeant.*
5. *Argumentum à contrario sensu non valet, quando sequitur absurdum.*
6. *Transversales ex linea collaterali, & indirecta, excluduntur à successione bonorum Regalium per Ordin. Regiam.*
7. *Quid judicatum fuit in præsenti quæst.*
8. *Rex Philippus hujus nominis primus legem condidit declaratoriam circa intellectum Ord. lib. 2. tit.35.§.15. & tenor legis inseritur.*

1 Mortuo Emanuele de Utra, relictis duobus filiis Gaspare de Utra primogenito, & Hieronymo de Utra; cùm dubitaretur an essent ea legitimo matrimonio nati, jussit Rex sequestrari Insulas do Faial, & Pico, quas pater eorum possidebat tamquam donatarius Regis, pendente lite, antequam possessionem acciperet filius primogenitus, mortuus fuit, cui liti successit Hieronymus de Utra, frater junior, & in ea se habilitavit: contendebatque ad se pertinere successionem prædictarum insularum, his fundamentis.

Primò, ex verbis donationis, ibi, *que depois do falescimento do Jo. de Utra, e aia, ou succedao seu filho maior barão lidimo, ou o segundo, se tal for.* per quæ verba voluit donator, quod filius secundus succederet filio primogenito præmortuo, idque sive mortuus fuisset in vita patris (quod extra dubium erat) sive post mortem patris: quo casu majus dubium erat.

Secundò, ex Ord. *lib.2.tit.35.§.15.* ubi disponit quod si non supersint filij, nec descendentes illius, qui ultimo loco habuit & possedit bona Coronæ, non poterit succedere frater. Ergo probat Ord. à contrario sensu, quod si ille, qui novissimè bona Coronæ habuit, illorum possessionem adeptus non fuit, succedet frater: videtur namque Ordin. velle, quòd ad hoc ut frater secundò genitus excludatur, frater major habeat & possideat cum effectu bona Coronæ, quod cùm in casu hoc non contigerit, (nec enim Gaspar de Utra frater major possessionem habuit prædictarum Insularum) frater secundò genitus non est excludendus.

Pro parte contraria, in favorem Regiæ Coronæ 2 allegabat illius Procurator, quòd per mortem Emanuelis de Utra, statim omne jus quod habebat in illis Insulis translatum fuit in filium majorem Gasparem de Utra, ex Ord. *lib.2.tit.35.§.1.& d.§.15. in fin.* & tradit Molin. *de primogenit.cap.2.num.72. vers.in secundo casu* ut in simili donatione facta alicui dignitati probat Rip. *in l. 1. colum.1. D.de pignor.* Jas. *cons.197.col.9.vol 2.* Si ergo patri filius major successit, & statim effectus est possessor, licet non adeptus fuerit realiter possessionem, pro possessore habetur, & ita ejus frater secundò genitus ei non potest succedere, juxta dict. Ord.

Secundò faciebat pro hac parte, quod quamvis in donatione facta prædicto Joan. de Utra, anno 3 1509. expressè concessa fuerit illi successio in dictis Insulis, eo modo sicuti succedunt Capitanei Insulæ da Madeira, in illis verbis, *assim como os Capitaẽs da Ilha da Madeira a temper suas cartas:* & à principio hi Capitanei Insulæ da Madeira habebant in donatione, ut succederet frater unus alteri, ibi, *que seu filho primeiro, & o segundo se tal for.* tamen posteà Rex Alfonsus V. anno 1451. noluit confirmare hanc donationem, nisi ita, ut succederent solùm descendentes masculi per lineam directam per illa verba, *E queremos que elle dito João Gonçalvez, & seus descendentes per linha ma culina direita ajão, & possuão.* Ergo concluditur, quod dictus Hieronymus de Utra non poterat succedere fratri, sive ille possederit, sive non, quia dicta donatio non tribuit, nec permittit illis successionem, nisi ut est permissa Capitaneia Insulæ da Madeira.

Et retenta hac opinione respondebatur ad primum argumentum in contrarium, quòd illa verba, 4 *o filho barão major lidimo, ou o secundo se tal for.* intelliguntur, quando filius major non successerit de facto, ut quia mortuus fuit in vita patris, nec poterat succedere de jure, ut quia incapax erat, juxta dict. Ord. *tit.35.* & arg. text. *in locum pater. § a te peto. D.de legat.2.* & ibi DD. Cùm igitur hic filius major successerit, filius secundò genitus ei succedere non potest.

Ad secundùm respondebatur, quod argumentum à contrario sensu non sumitur, ubi sequitur 5 absurdum, vel intellectus contrarius menti legis, ut probat.text. *in l. conventicula. Cod.de Episcop. & cleric.* & ibi gloss. *verbo, extra Ecclesiam.* Everard. *in topica legali, in loco ab absurdo.*

In hoc autem casu si id ita intelligeremus, quod 6 esset necessaria possessio realis, multa absurda darentur, ut de se patet: si enim successor habuerit dominium, & non possessionem, retento illo argumento

mento à contrario sensu, succederent transversales ex linea collaterali, & indirecta, quod est contra mentem illius legis requirentis quòd succedatur per lineam rectam masculluam, ut in §. 1. 4. & 14. & 15. illius Ordin. ibi, *descendente varão legitimo por linha direita masculina*, & illa verba, *ouvo & possuio*, intelligenda sunt; ac si diceret, *herdou & ouvo*, ut probatur ex multis §§. illius Ord. nempe ex §. 20. ibi, *as ouvo, por herança, ou por outra successão*, & in §. 9. ibi, *que a terra ou terras de nossos Reynos tinha*, & in §. 14. ibi, *que a terra ultimamente ouve.* & in alijs.

Et sic lata fuit sententia in favorem Procuratoris
7 Regis in judicio Regiæ Coronæ: à qua tamen supplicavit Hieronymus de Utra, & revisus fuit processus, & in judicio revisorio lata fuit sententia in favorem dicti Hieronymi de Utra anno 1582. & est processus apud scribam processuum Coronæ.

Posteà Rex Philippus hujus nominis primus legem hoc casu condidit, cujus tenor is est:

8 *Dom Philippe por graça de Deos Rey de Portugal, &c. aos que esta ley de declaração virem, faço saber que polla ordenação, & ley deste Reyno esta determinado que falesoendo algũa pessoa, que tenha, & possua terras de Coroa, & por sua morte não ficar herdeiro barão lidimo descendente por linha masculina, não podera succeder nas taes terras seu irmão, posto que seja lidimo descendente por linha masculina daquelle a quem as ditas terras primeiramente forão dadas, como mais largamente se contem na Ordin. do livro 2. titul. 17. §. 22. na quinta duvida da ley mental. E hora fui informado que na casa da supplicação se movera duvida se a d. Ordin. se avia de entender, em caso que o ultimo successor tevesse tomado posse dos ditos bens da Coroa, ou se averia tambem lugar, post o que delles não tivesse tomado posse: na qual duvida ouvo diversos pareceres, y opinioẽs: & sendome dado disso informação, o mandei ver & tratar com alguns letrados do meu conselho, & desembargo: & se assentou que a dita Ordenacaõ se devia declarar, & fazer disso ley, por ser cousa que muitas vezes podia acontecer em casos de muita importancia, & tudo bem visto, & examinado, & a forma da dita Ordin. & atenção da ley mental, & determinacoẽs sobre ella dadas, ey por bem & declaro, & mando que a dita Ordin. se entenda, & aja lugar posto que o filho, ou outro qualquer successor do ultimo possuidor, não tenha tomado posse dos ditos bens, & terras, porque sem embargo disso seu irmão, nem outro transversal não podera succeder nellas, ainda que filho legitimo descendente por linha masculina do ultimo possuidor a que succedeo o irmão mais velho: antes ficarão logo devolutas a Coroa, por quanto por morte do ultimo possuidor foi logo trespassado todo o direito da successão das ditas terras no seu filho mais velho, & o irmão ficou exoluso da successão dellas, post o que o irmão mais velho nunca tomasse posse & assi o declaro por esta ley, & mando que quando da qui em diante este caso aconteçer assi se cumpre & guarde inteiramente, sem embargo de quaesquer direitos, sentenças, & opinioẽs que em contrario aja, ou possa aver: Pello que mando a todos meus desembargadores, Corregedores, Ouvideres, Iuizes, & justiças, officiaes, & pessoas a que pertencer, que assim a cumprão, & guardem come nella se contem, & mando ao Doutor Simaõ Gonçalvez preto do meu conselho, & Chanceller mor de meus Reynos que faça publicar esta ley em minha chancellaria, & registrar nos livros da casa da supplicação, & do Porto, pera que venha a noticia de todos & se saber o que assim tenho mandado, & declarado. Dada em Lisboa a xxviij. de Abril. de M. D. LXXXVII. &c.* quæ lex est nunc in nova recopilatione, *libro 2. titul. 35. Paragrapho 15.*

DECISIO XXXIII.

An Rex possit dare officium cameræ alicujus civitatis, aut oppidi, in quo officiales prædictæ civitatis, oppidive, contendunt, datam ad illos pertinere, per electionem?

SUMMÆ.

1. *Creatio & provisio officiorum publicorum, magistratuum, & tabellionum soli Regi competit.*
2. *Jus creandi officia publica non potest acquiri per præscriptionem.*
   In rebus concernentibus imperij superioritatem, vel tributorum, non currit præscriptio quantumvis immemorialis. Ibid.
3. *Scribæ cameræ sunt officiales publici, & vicem tabellionum aliquando sustinent, & quod circa eos est dispositum, de illis etiam est intelligendum.*
4. *Rex dicitur lex animata in terris, & potest intervertere electionem officiorum per legem concessam concilijs oppidorum, quoties voluerit, & officia publica dare cui velit.*
   Officia sunt in libera dispositione Regis, sicut beneficia in libera dispositione Papæ. Ibid.
5. *Quid judicatum fuit in casu hujus decisionis, & in alio simili.*
6. *Rex non debet intervertere electionem conciliorum nisi cum magna causa.*

Contigit hæc quæstio in facto, in scriba Ca- 1
meræ oppidi de Cernancelhe: & pro parte Regis allegabatur, quòd ad solum Regem pertinet creare & concedere officia tabellionum, magistratuum, & alia similia; non autem ad aliquam civitatem, seu universitatem: nec alius illa potest dare, nisi Papa, aut Rex, docet Innoc. *in cap. cùm P. tabellio.* quem DD. ibi sequuntur *de fide instrum.* Avend. *de exequend. mandat. lib. 1. cap. 1. num. 11.* & est Ord. *lib. 2. titul. 26. §. 1. & eod. lib. 2. tit. 45. §. 15. incipit, crear de novo tabelliados*, & ita nullus inferior illa potest dare, cùm hoc sit de reservatis Principi, Spec. *titul. de instrument. editione. §. restat. versic. Nota quòd tabellio, cum sequentibus.* Palat. *in repetit. cap. notab. 2. versic. Sed est pulchra dubitatio de donat. inter vir. & uxor.* facit *cap. 11. quæ sint Regal.*

Nec per præscriptionem potest acquiri jus hoc 2
creandi officis, ex Ord. *lib. 2. tit. 45. §. 56.* nec enim in reservatis Principi procedit præscriptio, Felin. *in cap. 2. n. 11. de probat.* Rochus *in cap. ult. ampliat. 4. de consuetud.* & facit text. *in c. 1.* juncta Gloss. *verbo, non obstant. ad fin.* & ibi Perusinus *num. 4. de clerico agrot. lib. 6.* Abb. *in cap. cùm nobis, num. 2. de præscript.* Guido Papæ *quæst. 416.* & ibi ejus additio, ubi ait, quòd in rebus concernentibus imperij superioritatem,

tem, vel tributorum, non currit præscriptio cujuscumque temporis, tradit Balb. *de præscript.* 2.*p.*5. *principal.fol.*3. *&* 4. *part. quæst.*115.

3 Quæ Ord. locum habet in quibuscumque Scribis, cùm eadem sit ratio in omnibus. Ord. *d.lib.* 2. *tit.*26.§.1. Eò maximè, quòd scribæ cameræ sunt officiales publici, ut in Ordin. *lib.*1. *tit.*79.§.4.& substituuntur per d Ord. loco tabellionum, quando sunt suspecti. Ord. *lib.*3.*tit.*1.§.3. *&* 4. *& alijs Ord.* & cùm scriba cameræ sustineat vicem tabellionis, consequens est, quòd etiam veniat appellatione tabellionum, & quòd Ordin. *lib.*2.*tit.*45.§.56. quæ prohibet & annullat possessionem, etiam immemorialém, quam subditus habet in electione tabellionum; annullat etiam possessionem circa officia scribarum de camera, de quibus agimus.

4 Facit etiam, quòd per Ordin. *libr.*1.*titul.*77. *in princip.* officiales conciliorum eligunt scribam cameræ, ex permissione illius legis, unde sequitur, quòd Rex, qui est lex animata in terris, potest quotiescumque voluerit intervertere illam electionem, & officium cui voluerit donare: sunt enim officia in libera dispositione Regis, sicut beneficia in libera dispositione Papæ, *cap.*2. *de præbend.lib.*6. *clement.* 1. *ut lit. pendent.* tradit in terminis Palat. *in introductione repetit. rubrica num.*7. *&* 8. potest enim Princeps præjudicare subditis in his, quæ ab ipso habent ex privilegio. Paul. *in l. rescripta Cod.de precib. Imperator. offerand.* Soares *alegat.*12. eò maximè, quòd concilium habet electionem prædicti officij scribæ de Camera ab ipso Principe; & ob id potest, quando voluerit illi auferre electionem, & alteri officium dare, juxta doctrinam Angeli *in l. Lucius D. de evict.* Et ita judicatum fuit in processu Christophori Ribeiro, cum concilio oppidi de Cernancelhe, scriba Ludovico de Neiva, in mense Maij, anno 1572.

5 Et idem judicatum fuit in officio scribæ pupillorum oppidi de Loule, in quo erat actor prædictum oppidum, contra Dominicum Madeira, scriba Petro Almirante.

6 Quod tamen non semper per Regem est faciendum, nisi cum magna causa, ut tradit Palat. *ubi sup. num.*7. Avend. *de exequend. mandat. lib.*1.*cap.*1.*n.*31. *vers. nam licet.*

DECISIO XXXIV.

Donatio facta cuidam, & ejus liberis, nepotibus, descendentibus, & deinde ascendentibus, & postea transversalibus, an intelligatur de ascendentibus, qui non sint de familia & progenie primi donatarij.

SUMMÆ.

1. *Facti species.*
2. *Priùs nominati in ordine Scripturæ admittendi sunt ad successionem.*
3. *Ordo successionis in donatione præscripta servari debet.*
   Ubi verba dispositionis non conveniunt, nec etiam conveniunt eorum dispositio. Ibid.
4. *Mens & intentio concedentis in donationibus, sicut in cæteris contractibus, semper attenditur, potiùs quam verba.*
   Dominus non debet habere vasallum de quo non cogitavit. Ibid. & num. ult.
5. *Voluntas & mens contrahentium, tam concedentis, quàm etiam petentis attendi debet.*
   Verba concessionis intelligenda sunt secundùm supplicationem petentis. Ibid.
6. *In dubio unusquisque præsumitur sibi suisque potiùs prospexisse, quam alienis.*
   In dubio illud actum intelligitur, quod utilius est facienti. Ibid.
   Dispositio obscura ex affectu disponentis capit interpretationem. Ibid.
7. *Actus non debet operari contra intentionem agentis. Inducta ad augmentum non debent operari diminutionem. Ibid.*
8. *Donatio intelligitur facta secundùm consuetudinem, & debet interpretari secundùm quod fieri consuevit.*
9. *In successione bonorum ab intestato semper præfertur cognatus, seu consanguineus, qui sit proximior de linea ejus, cui succeditur.*
   Fratres consanguinei præferuntur uterinis, in bonis provenientibus à patre: & è contra uterini consanguineis, in bonis provenientibus à matre. Ibid.
10. *Feudum, quod vocatur paternum, fundatur in voto & affectu ascendentis erga descendentes non transversales.*
   A quo removetur significatio, removetur etiam effectus rei. Ibid.
   In feudis communis agnationis successio est limitata illis tantùm, qui sunt de stirpe. Ibid.
11. *Vocatis filijs heredibus descendentibus, & successoribus primi donatarij, frater fratri debet succedere.*
12. *Ex forma concessionis colligitur successio in feudis.*
13. *Ignoranti nemo, etiam jure agnationis, agnascitur.*
   Principium est attendendum, ex quo posterior formatur eventus. Ibid.
   Causa prima semper intuenda est, quia magis influit in causatum, quàm causa secunda. Ibid.

Donavit Rex cuidam Eduardo Cœllio Parambuci Capitaniam (ut vocant) & ejus territorium amplissimum in Brasilia provincia, ut ad ipsum in vita sua pertineret, & eo mortuo ad ejus filios ac descendentes & successores ligitimos, & his deficientibus, ad bastardos descendentes, & his non extantibus ad ascendentes, & illis non intervenientibus ad transversales: mortuo Eduardo, successit ejus filius major, qui postea decessit sine descendentibus, sed fratre tantùm G. superstite, qui petijt donationis confirmationem à Rege: & cùm illi objiceretur, quòd ejus mater adhuc viveret, quæ, ut ascendens, prius videbatur vocata ad præmortui filij successionem; tandem in senatu palatij præsente procuratore Regiæ Coronæ, placuit G. matri præferendum. 1

Primò, quia donationis Scriptura vocat expressè filios primi donatarij, & post eos vocat alios descendentes & ascendentes suo ordine: unde interim, 2

dum extant filij, excludunt alios vocatos, quia primùm vocati priùs sunt admittendi text. *in leg. cùm ita Paragrapho in fideicommisso D. de legat. 2. l. peto. Paragrapho fratre D. de legat. 2.* nec quisquam potest fideicommissum petere, quamdiu præferri potest alius vocatus per *dict. jura, & l. unum ex familia. Paragrapho rogo. D. eod.* solent enim hujusmodi bona quasi per fideicommissum relicta in successores vocatos transire secundùm successionis ordinem, per illa jura, & facit *l. antiq. D. si pars hered. petatur. l. si filius, Paragrapho pen. D. de bon. libr. l. §. si quis proximior. D. unde cognati.* ut cùm sint vocati priùs filij, quàm ascendentes, filius secundus utique debet matri præferri. Nec interest, quòd sit transversalis, quia etiamsi sit transversalis, satis est, quòd sit filius primi donatarij: tunc enim succedit ut filius patri, & ut transversalis fratri; & ideò licet mater, quia adscendens, deberet præferri filio, tamen filius, quatenus filius, præfertur matri; intelligitur enim donatarius voluisse præferre suos filios reliquis ascendentibus, & ita ut filij sibi invicem succederent, ubi absque descendentibus decederent: & propterea excludunt ascendentes, quia isti non vocantur, nisi in defectum descendentium; & tamen hìc non deficiunt descendentes primi donatarij, licet deficiat ultimi possessoris, quos donatio in hoc primo gradu non vocat, sed tantùm filios primi donatarij.

3 Secundò facit, quia donatio vocat primùm donatarij descendentes & successores, & posteà subdit hoc ita declarandum, ut suo ordine ibi præscripto veniant ascendentes, & transversales, & ita requirit ut ascendens vel transversalis sit etiam successor, & habeat illam qualitatem successoris: talis autem non est uxor, quia non succedit marito primo donatario: ergo si non conveniunt verba, non convenit eorum dispositio. *leg. 4. §. toties. D. de damno infecto.*

4 Tertiò item facit, quòd in donationibus, sicuti in ceteris contractibus semper est attendenda mens & intentio concedentis, potiùs quàm verba, *l. in ambiguis D. de regul. jur.* text. *in l. fin. C. quæres pignor. oblig. possunt.* ibi, *cùm sit justum. & in l. 3. Ç. plus valet, quod agit.* ibi, *non quod scriptum.* & ita in præsenti est sequenda & amplectenda mens concedentis, quæ quidem ea fuit, ut primùm donatarium ob ejus merita remuneraret, censum & honorem illius augendo, atque omnium posterorum & successorum suorum, qui ex sua progenie & familia forent, qualis non est ejus uxor. ergo, &c. Huc facit, quòd dominus non debet habere vasallum, de quo non cogitavit, Angel. *cons. 110. sanctiss. colum. 4. vers. Tertiò probatur.*

5 Quartò facit, quòd voluntas & intentio contrahentium attendi debet, & non solùm concedentia, sed etiam petentis, per dicta jura. Hinc dicitur, quòd verba concessionia intelliguntur secundùm supplicationem petentis, ut per Bald. *in cap. inter dilectos, colum. pen.* & ibi Felin. *de fide instrument.* Jason. *in l. si libellum, colum. fin. Cod. de divers. rescript.* Dec. *cons. 23. colum. 1.* Ceterùm non fuit de mente primi donatarij petere præfata bona nisi sibi, & posteris suis, eo quidem animo, ut ejus familia continuaretur, & illustrior fieret auctis opibus, & honore: hoc autem non præsumitur ullo modo cogitasse de uxore, quæ de ejus familia non est.

6 Confirmatur hoc, quia in dubio unusquisque sibi suisque potiùs creditur prospexisse, quàm alienis. text. *in cap. 1. de duob. fratr. a Capitan investit.* Item confirmatur, quia in dubio id actum intelligitur, quod utilius est faciendi, ut per regula tradit Bartol. *in l. gerit. D. de acquirend. hered.* Alexand. *cons. 75. numero 2. libro 2.* Aymon. *consil. 106. numero 9.* Item quia dispositio obscura ex affectu disponentis capit interpretationem. *l. quod factum D. de regul. jur.* hoc autem utilius fuit primò donatario meritorum suorum præmium petenti, ut hoc ipsum præmium ad suos potiùs quàm ad alienos protenderetur: magis enim suis quàm alienia videtur affectua fuisse. *l. cùm avus D. de condit. & demonst.*

7 Sextò accedit, quòd si aliter dicamus, facilè eveniet, ut bona ista redeant ad matrem ascendentem, quæ alteri viro extraneo nubens ad filios transmittet ea bona, qui sint extranei; & alieni à familia primi donatarij; quod quidem est absurdum, ut præmia unius, illi concessa & posteritati suæ ad alios transferantur, hoc enim esset jactare suum, quod nemo facere præsumitur. *l. cùm de indebito. D. de probat.* Item illud esset contra intentionem utriusque, & concedentis & donatarij: cùm tamen actus non debeant operari contra intentionem agentis. *l. non omnis in principio D. si cert. petat. l. obligationum substantia §. 1. D. de verborum obligat.* & inducta ad unum finem non debent contrarium operari. *l. pro hered.* ubi Bald. *Cod. de acquirend. heredit.* & inducta ad augmentum non debent operari diminutionem,

8 Septimò facit, quòd donatio intelligitur facta secundùm consuetudinem, ut per Alexandrum *cons. 124. Considerans his num. 3. volum. 5.* & ejus interpretatio facienda est, secundùm quod fieri consuevit. Bald *in l. si colum. 2. D. de fidejussor.* Afflict. *decis. 307.* Ceterùm consuetudo est, ut tales donationea fiant donatarijs, & eorum descendentibus, & successoribus, qui sint de familia: ergo si vocentur ascendentes, etiam intelligi debet vocare eos, qui sint de familia.

9 Confirmatur & ista pars, quia in dubio, ubi agitur de successione aliquorum bonorum ab intestato, semper præfertur cognatus, seu consanguineus proximior, qui sit de linea ejus, cui succeditur. arg. text. *in l. de emancipatis. §. exceptis C. de legitim. hered.* & per illum text. tradit Matesil. *de successione ab intestat. 2. art. principal. num 8.* ubi Bolognin. *in addit.* dixit, quòd fratres consanguinei in bonis provenientibus à patre, præferuntur fratribus uterinis tantùm, & econtrà fratres uterini præferuntur consanguineis in bonis provenientibus à matre, per text. quem dicit singularem *in d. §. exceptis.* & idem tenuit idem Matesil. *ibi in 3. art. num. 18. vers. hoc procedit.* & idem tenuit in terminis nostris, loquens de parentibus, *in d. 2. art. num. 7.* & mellùs Angel. *cons. 110. sanctissima col. 6. n. 6. ad fin. & 7.* ubi multis rationibus consuluit, mortua sorore, relicto fratre uterino, non transire ad illum feudum, quod soror ex paterna hereditate & successione possidebat, sed ad cognatum de familia proximiorem. Ita hìc bona ista non debent transire ad matrem filij

homsgij præstare, quod necessarium est Duci facere. *l. qui jurasse, in principio D. de jurejur. cap. 1. §. si quis decesserit. si de feudo fuerit controvers. in feud.* & ob id excusatur à prædictis muneribus militaribus propter impedimentum ætatis, quod in jure impedimentum temporarium vocatur, in quantum propter ætatem non est licitum militare, tradunt DD. *in d. l. ultim. C. testament. milit.* per text. ibi Suares *alleg. 12. num. 20* alia sunt impedimenta perpetua, propter quæ non potest quis militare, ut sunt cæci, claudi; hi enim perpetuum impedimentum habent, ut optimè declarat Afflict. videndus *in d. cap. 1. §. si quis decesserit.*

4 Quibus præsuppositis dicebam, quòd duabus de causis impulsus Rex noster poterat Ducem, & Gubernatorem militiæ mittere ad Insulam Funchalensem, seu de Madeira; aut quia necessitas aliqua præsens id postularet, propter defensionem Insulæ, ut quia Capitaneus illius fortè sufficientiam non habebat (cùm tamen ætatem haberet in qua Ducis officium exercere aliàs potuisset) & volebat Rex Capitaneum peritum, & exercitatum in militia ibi constituere, hoc casu, cùm per Capitaneum proprietarium non staret; & paratus esset servire prædicto muneri proprio, non videbatur, quòd prædictus Capitaneus proprietarius solvere deberet salarium Capitaneo misso à Rege, suis expensis, cùm ipse vellet officium facere, nec staret per eum. Ratio est, quia cùm ipse personaliter servire teneatur, & paratus sit, non potest cogi ut alium ponat, & ei solvat salarium. Verum est tamen, quòd potest per substitutum servire, dummodo Regi acceptabilis sit seu domino feudi, & expensis proprietarij Capitanei. *cap. Imperialem §. firmiter.* ubi DD. Feudistæ, & Afflict. *ibi num. 8. de prohibit. feud. alienat. per Frederic.* Boer. *decis. 212.* Gerard. *singul. 37. versic. unum diligenter nota.* & tenet Capic. *d. decis. 27.* latè Petrus Bellinus *de re milit. tit. 6. 2. p. tom. 16. tract.* & facit text. *in cap. 1. § si quis decesserit. si de feud. fuerit. controvers. inter dom. & agnat.* ubi Afflict. Jacobin. *de feud. n. 32.* At hoc intelligitur de voluntate ipsius: nam quando ipse vult servire, & paratus est, tunc si Rex vult ponere alium, ei solvere debet salarium suis expensis, non Capitanei proprietarij; quemadmodum si ipse Rex voluerit facere fortalicia in terris dominorum, ut quia timet hostes, debet id facere expensis suis. Cremensi. *singul. 25.* & non potest à domino terræ illas petere, nec repetere, nisi ut à quolibet de populo. Cæpol. *de servitut. Urban. c. 39. in fin.* & ante eos Ang. *in l. turres. C. de operib. public.* Martinus Laudensis de Castellanis, *quæst. 6. volum. 16. tract.* Thom. Gram. *consil. 13.* Boer. *de custod. clavi. numer. 14.* Menchaca. *controv. illustr. lib. 1. cap. 6.* Garcia *de expensis cap. 21. num. 30.* facit ad hoc *l. 1. C. de navicul. nen excusand. l. Lucius D. de evict. l. ult. §. fin. D. de pignorat. act.* Ratio est, quia Rex potest in terris donatarij bonorum Regiæ Coronæ fortalicia de novo facere, & erigere; ad Regem namque pertinet defensio Regni. *d. l. turres.* facit & *l. nam & salutem. D. de offic. præfect. vigil. l. 20. tit. 32. part. 3.* Greg. Lopez *l. 5. tit. 18. part. 2.* poterit tamen, si velit, asportare bombardas, & munitiones, finito bello, Garc. *ubi supra,* & diximus superiùs *decis. 26.*

Si verò Capitaneus propter ætatem non potest 5
officium exercere, aut etiam quia habet aliquod impedimentum perpetuum, ut quia cæcus est, & claudus, & non obstantibus his impedimentis, retinet jurisdictionem in castro, & jura Regalia, ut in præsenti casu: tunc si Rex vult, ut ille ponat substitutum, nulli dubium est, quòd expensas & salarium ipse proprietarius solvere debet: si vero Rex ponit Capitaneum, etiam renitente proprietario, ut in hoc casu contigit, solvere etiam debet proprietarius salarium ab ipso Rege taxatum, & expensas: siquidem percipit redditus, & hoc durante minore ætate, quod est impedimentum temporale, seu toto tempore, quoad vixerit Capitaneus, qui habet impedimentum perpetuum, ita videntur probare jura *in cap. firmiter, & in cap. si quis decesserit, supra allegata.* ubi Doctor. Ad dominum namque Castri pertinet etiam Castri defensio & custodia, quando principalis Castri utilitas ejus fuerit, & percipiat jura Regalia, eò maximè cùm etiam sit Capitaneus, ut in hoc casu, Lucas de Penn. *in leg. 2. C. de exactor. & executor. lib. 12.* Florian. de Sancto Petro *in l. arbores. §. si per eundem D. communi dividendo.* Jason. *in l. sumptus. D. de leg. 1.* tradit Petrus de Avendan. *de exequend. mandat. cap. 3. n. 4. 2. p.* Capic. *d. decis. 27.* facit *l. 1. tit. 18. part. 2.* & tradita per Jason. *ad l. divortio. §. impendia, D. solut. matrim.* per Menoch. *de arbitr. lib. 2. centur. 3. casu 223.*

Et nota, quòd hoc casu, etiamsi jura, & reddi- 6
tus domini Castri diminuantur, non ob id salarium taxatum (dummodo id fiat cum moderamine, & recta taxatione) diminui debet, est singulare verbum Bald. *consil. 407. lib. 5.* ubi inquit, quòd quando aliquis tenetur suo sumptu militem dare, vel equum, etiamsi difficultas contingat in stipendio, difficultas talis pertinebit ad illum, qui militem dare suo sumptu tenetur, pro quo est singularis text. *in l. sive victu. D. de oper. libert.*

Concludebam igitur, Capitaneum minorem teneri solvere salarium taxatum à Rege Capitaneo, ab ipso Rege misso ad Insulam de Madeira, quòd ipse proprietarius Capitaneus filius Comitis da Calheta ætatem haberet octodecim annorum, quæ ætas est habilis ad militiam exercendam, præcipuè cùm Rex noster uteretur permissione ipsius donationis, quæ inquit, quòd ipse Rex ponat ibi Capitaneum (si Capitaneus proprietarius sit in minore ætate) qui pro eo gubernet, quoad majorem ætatem habeat.

Lata tamen fuit sententia, & pronuntiatum, 7
quòd is Capitaneus, & similes non erant Duces belli, sed tamquam domini terrarum jurisdictionem habentes, & jura Regalia; & altera quæstio super salario definita non fuit in sententia, eò quòd Advocatus prædicti Capitanei in articulis (imperitè meo judicio) falsus fuit, illum non esse Capitaneum, seu Ducem belli, & ego confessionem in articulis factam acceptavi, quæ præjudicat. *l. cùm precum. D. de liberali causa.* Et fuit lata sententia in mense Junij, anni 1593. Scriba Augustino Rebello processuum Coronæ.

DECISIO XXX.

De renuntiatione patris, quam fecit de bonis donatis à Rege filio.

SUMMÆ.

1. *Donatio bonorum Regiæ Coronæ facta à Principe post mortem possessoris valida est.*
2. *Bona donata filio a Rege, censentur castrensia.*
3. *Repudiatio patris, sine consensu filij, in bonis castrensibus, ei nocere non potest.*
   Pater non habet usumfructum in bonis castrensibus, nec illorum est legitimus administrator. ibid.
   Pater non potest repudiare jus filio competens. ibid.
4. *Pater, etsi in bonis filij legitimam habeat administrationem, non potest renuntiationem facere in præjudicium filij, etiam infantis. Ibid.*
5. *Rex non potest facere secundam donationem de bonis, quæ filio donaverat, vigore renuntiationis factæ a patre.*
6. *Si Princeps Castrum, quod alicui donaverat, alteri postea concedat, ipso jure corruit secunda concessio.*
   Princeps non creditur velle præjudicare tertio. Ibidem.
7. *Pater possidens majoratum, non potest illi renuntiare, vel alteri donare in præjudicium filij primogeniti.*
8. *Ex traditione, & donatione capta, vigore renuntiationis invalida, jus non acquiritur.*
9. *Intelligitur l. quoties. D. de rei vendicatione.*

1 PRæsupponendum est, in his bonis Regiæ Coronæ, valere donationem factam à Principe
post mortem possessoris, etsi ille non consentiat.
c. 2. qui successor. feud. dare teneantur. cap. 1. § moribus. si de feud. fuer. controvers c. 2. & ibi Bald. *de feudo dato in vicem. leg. commiss.* Afflict. *dec.* 192.

2 . Item; quod hæc bona donata filio à Rege, censentur castrensia, in quibus pater usumfructum
non habet. *l. cum multa. C. de bonis quæ liber.* Ordin. *lib. 4. tit.* 98 *§.* 5.

3 Ex quibus infertur repudiationem patris, sine consensu filij in talibus bonis nihil valuisse, text. est
espressus *in l. ex repudiatione. C. de fideicommiss.* secundùm unum intellectum gl. & communis; &
probatur ratione, quia in his bonis cùm pater non habeat usumfructum, non censetur legitimus administrator. *c. si. ad fi. de jud. in* 6. gl. recepta *in Auth. excipitur. C. de bonis quæ liber.* Unde ejus consensus nihil facere potest, sed tantùm pendet à consensu filij. *Auth. ut liceat matri & aviæ. in princ. collat.* 9. Jas. *in l. si infantis. num.* 13. *C. de jur. deliber.* Paris. *cons.* 157. *ex n.* 7. *lib.* 4. Nec obstat, quod licet non sit administrator, tamen est pater: patria enim potestas nihil facit in his, quæ præjudicialia sunt filiis. *§. Pupillus. inst. de inutil. stipulat. l. fi. §. populus.* & ibi gloss. & DD. *D. de verbor. oblig.* Jas. *in l. pactum. ad fin. C. locat.* & ibi Dec. *n.* 20. & ideò generalis regula constituitur, patrem non posse repudiare jus filio competens. *l. fin. C. de repud. bonorum possess. l. revertente. C. de jur. deliber. l.* 2. *C. si adversus donationem. l. is qui heres. §. fi. D. de acquirend. hared.* & dicit Anchar. *cons.* 27. *num.* 25. quod repudiatio patris nihil nocet filio, in his, quæ non ex persona patris, sed ex alterius donatione ad filium pertinent. *l.* 1. *§ si qui habebat. D. de bonorum possess. contra tab. l.* 2 *§ si verò. D. ad Senat. Cons. Tertullian.*

Quinimò etsi legitimus administrator sit, non 4
valeret hæc renuntiatio sine filij consensu; quia licet pater legitimus administrator habeat liberam administrationem bonorum filij. *l.* 1. *C. de bon. mater.* tamen non potest renuntiare juri filij, etiam infantis. *l. fi. § fin. versicul. si verò. C. de bonis quæ liber.* & ibi Paul. unde dicunt Bald. & Corneus *in l. ex repudiatione. C. de fid. commiss.* quod legitimus administrator non potest renuntiare juribus eorum, quorum res administrat. *l. Tutor.* & ibi Bart. *D. de bonorum possess. l. præses. C. de transact.*

Ex quo clarè sequitur, quod Rex vigore dictæ 5
renuntiationis, non potuit facere novam donationem, quia cùm illa non valuerit, perinde est, ac si facta non fuisset. *l.* 4. *§. condemnatum. D. de re jud.* ac ita cessante renuntiatione, succedit regula *l. prædia. C. de loc. præd. civil. lib.* 11. quod secunda donatio facta à Principe non valet, ut ibi per Bart. *cap. cùm olim. de re judicat.* Roman. *cons.* 198. Panormitan. *cons.* 94. *in* 3. *dubio. lib.* 2. Alex. *cons.* 3. *num* 5. *lib.* 5. & *cons.* 11. *ex n.* 6. *lib.* 6. Jas. *cons.* 73. *num.* 2. *lib.* 1. Dec. *cons.* 292. *nu.* 5. & *cons.* 689. *per totum.* & dicit Bald.
in l. 2. *in* 3. *notab. C. de legibus,* quod si Princeps con- 6
cessit alicui benemerito Castrum, & postea illud alteri concedat, secunda concessio est nulla ipso jure, & allegat *l. si quæ loca* & ibi gloss. *C. de fund. & saltib. lib.* 11. & sequuntur Paul. & Fulgol. *in d. l.* 2. Jas. *in l. fin. nu.* 13. *D. de pact.* Curt. Jun. *in l. heres absens. in principio. n.* 19. *D. de judic.* quod in facto agitatum vidimus. Et confirmantur supradicta, quia Princeps expressè fundat se in renuntiatione ad faciendam secundam donationem, unde cùm ea causa sit inutilis, necessariò corruit secunda donatio in ea fundata, *c. cùm Paulus.* 1. *qu.* 1. *l. cùm tale § falsam causam. D. de condit. & demonstrat.* Socinus. *cons.* 164 *n.* 9. *lib.* 2. Item cùm priorem revocaverit propter renuntiationem, extincta causa revocationis, cessat revocatio. *l.* 3. *§. fin. cum l. seq. D. de aliment. legat.* Bald. *in l.* 1. *n.* 3. *C. de inoffic. donationib.* quod maximè recipiendum est, quia sic observamus regulam, quod Princeps non creditur velle præjudicare tertio. *super eo. de officio delegat. l.* 2. *§. si quis a Principe. D. ne quid in loco public.*

Et apud nos clarius redditur ex Ord. *lib.* 2. *tit.* 35. 7
versic. Pero. ubi pater possidens majoratum, non potest illi renuntiare in solidum in præjudicium filij majoris, etiam cum Principis licentia; quæ desumitur ex dictis Pauli *cons.* 164. *num.* 7. *lib.* 2. qui idem tenebat, reprobata Bart. doctrina *in l. qui Romæ. §. Flavius. D. de verborum obligat.* & nihilominus ord. sequitur in his terminis opinionem Pauli, ut advertit. Costa *tract. de success. regni pag.* 63. Ergo à fortiori non poterit renuntiare hoc casu, quo pater nihil juris habebat, sed totum erat filij, ut tradit Bald. *in c.* 1. *col. pen. in principio. de alienat. feud.* & *in l. ausdum. C. de contrahend.*

Nec etiam obstat, quod is, in cujus favorem facta fuit renuntiatio, hoc casu priùs renuntiaverat in favorem istius filij; hoc enim non potest facere, quod valeat renuntiatio, sine consensu filij, nec etiam

excludit alia requisita necessaria in aliis alienationibus, Pinel. *l. 1. C. de bonis matern. 3. p. n. 58.*

8 Nec facit, quod secunda donatio videbatur præferenda, quia secundus donatarius priùs accepit possessionem: nam respondemus, quod non est præferenda; cùm enim secunda donatio non valuerit, ex traditione non poterat jus quærere. *l. numquam nuda. D. de acquirend. rerum dominio, l. non dubium. C. de legibus.* & sic sumus extra terminos *l. quoties. C. de rei vendicat.* prout etiam sumus extra terminos *l. bene a Zenone. C. de quadrien. præscript.* & notat Curt. Jun. *in l. heres absens. in princip. num. 19. D. de judiciis.* facit reg. *l. si jure. D. de legat. 3. & c. non præstat. de reg. jur. in 6.*

9 Item *l. Quoties* non procedit in donationibus Principis, sed in illis, qui prior est tempore potior est in jure. Angel. *in l. officium. n. 2. D. de rei vendicat.* Alex. *cons. 3. n. 8. lib. 5. & cons. 11. num. 8. lib. 6.* Dec. *cons. 689. n. 2.* Thom. Gramm. *decis. 59. n. 20.* & dicit receptum Rogerius à Mota, *in l. traditionib. num. 13. C. de pact.* & licet hoc controversum sit, ut per Covar. *resolut. lib. 3. c. 19 n. 3.* & Vaz. *de jur. emphyteut. qu. 9. n. 30.* tamen quando donatio non fit per viam contractus, sed per viam gratiosæ concessionis, & privilegij, prima opinio verior est, ex *c. si tibi absenti. de præbend. in 6.* resolvit Jas. *in d. l. quoties, n. 10. & in præludiis feudorum. n. 73.* Chassanæus *in consuetudinibus Burgund. rub. 11. §. 3. nu. 13.* & prosequitur Guilhel. *in c. Raynutius verbo, adjecta impuberi. ex num. 7.* qui militat in hoc casu, nam donatio facta in favorem filij absentis mera gratia est, & privilegium *l. quoties. C. de donat. quæ sub modo.* maximè attentis verbis concessionis, in casu præsenti, ibi. *que lhe fique,* quæ sunt verba directa, & important, quod jus, ipso jure, transferatur in donatarium, ut in specie observat Costa *tract. de success. regni. pag. 14.* vide tamen elegantem declarationem Andr. Sycul. *cons. 41. num. 7. lib. 1.*

Et si Princeps forsan velit nihilominus secundam donationem defendere, tenetur primo donatario ad interesse, vel rem æquivalentem dare, *c. 1. §. ad hæc. versic. si verò. de pace juramenti firmand.* & ibi Bald & Afflict. ex *num. 14.* Jas. *in l. fin. n. 14. D. de pact. & cons. 1. num. 5. versic. nonò principaliter lib. 2.* Quod in facto contigit.

DECISIO XXXI.

An Rex possit in donatione, quam facit de bonis Regiæ Coronæ, conditionem apponere donatario de nubendo fœminæ, ab ipso Rege nominandæ, etiam indotatæ?

SUMMÆ.

1. *In donatione, seu traditione rei suæ potest quisque apponere, quam velit, conditionem.*
In regno Neapolitano constitutum est, ne feudatarius matrimonium contraheret sine licentia Regis: quod & in nostro Regno Lusitaniæ dispositum est in fœminis habentibus bona Regiæ Coronæ. Ibid.
2. *Libertas matrimonij metu pœnæ restringi non potest: amissione tamen lucri delati bene restringi potest.*
3. *Conditio, quòd legatarius nubat arbitratu alicujus non valet.*
4. *Conditio apposita in majoratu de non nubendo successori, nisi cum arbitratu, seu cum licentia alicujus, non valet.*
Idem est in conditione apposita per Principem in donatione ab ipso facta. Ibid.
5. *Conditio reprobata a jure, in donatione apposita, non valet; & si non adimpleatur, non ideò revocabitur donatio, quamvis in donatione expressum sit, quòd non adimpleta conditione donatio resolvatur.*
6. *Responsio, & declaratio ad regulam superiùs positam, scilicet, quòd in traditione rei suæ potest quisque apponere quam velit conditionem.*
Conditio, quæ repugnat libertati matrimonij, non valet. Ibidem.
Constitutio Regni Neapolitani; ne scilicet feudatarius nuberet sine licentia Regis, abrogata est per Carolum Secundum Regem ipsius Regni, & per Honorium Papam. Ibidem.
7. *Ratio decidendi ad Ord. Regiam. lib. 2. tit. 37. in principio.*
8. *Responsio, & declaratio ad l. Titio centum. D. de condit. & demonst.*
9. *Conditio apposita per Principem in donatione bonorum Regiæ Coronæ, ne quis uxorem ducat absque ejus consensu, seu approbatione, valida est: si tamen a privato apponatur, non valet.*
Conditio continens, quòd Princeps debeat eligere personam certam, & determinatam, cum qua sit contrahendum, non valet. Ibid.
10. *Conditio, quòd quis ducat uxorem, quam Rex elegerit, vel nominaverit, quomodo accipi debeat, ad hoc ut valida esse possit.*
11. *Donatarius, qui tenetur ducere uxorem à Rege nominandam, an teneatur eam accipere indotatam?*
12. *Dos dicitur pendere à matrimonio, ex eo, quia sine matrimonio dos esse non potest: sed ad omnes alios effectus est quid separatum, & æque principale cum eo.*
Dispositio matrimonij non comprehendit causam dotis, nec è contra. Ibid.
Filia nubens nulla dote promissa per patrem, vel sine consensu illius, nulla etiam dote data, vel promissa, potest cogere patrem, ut dotem competentem sibi constituat. Ibid.
Inclusio unius, non est inclusio rei diversæ, & separatæ. Ibid.
13. *Conditio de ducenda uxore, quam Rex voluerit, est odiosa, & nullam debet recipere extensionem.*
In odiosis non valet consequentia de expresso ad non expressum, imò non expressum censetur relictum dispositioni juris communis. Ibid.
14. *Quamvis legatum sub conditione, si Seiam duxerit, relinquitur, non ob id legatarius eam tenetur accipere indotatam.*
15. *Qui jurat accipere uxorem, nulla dotis facta mentione, non ob id videtur velle eam indotatam accipere.*
16. *Si mulier, quæ tenetur pro se congruam dotem præstare, illam non dederit, conditio habetur pro impleta, ex parte illius qui tenebatur eam ducere.*
Donatarius, quando per eum non stat, quominus adimpleatur conditio sibi à Rege imposita, donatione privari

privari non debet, quasi illi non paruerit.

17. *Limitatur hoc, nisi quantitas relicti, & egestas mulieris nota, persuaserit, quod relictum, seu donatum, succedenet loco dotis.*

18. *Quid tenendum sit in hac quaest. per distinctionem notabiliter traditur.*

19. *Reprobatur opinio illorum, qui indistinctè tenent quòd vir accipiens uxorem simpliciter, videtur velle eam indotatam accipere.*

20. *Quid hoc casu servetur de consuetudine hujus Regni.*

21. *Prohibitio Ord. lib. 2. tit. 37. an habeat locum quando fœmina matrimonium invalidum contrahit. remissivè.*

1 ET videtur, quòd talis conditio apponi possit juxta regulam *l. in traditionibus. D. de pact.* & servanda est prout sonat; aliter donatio resolvetur, & invalida manebit. *cap. verum. de condit. apposit. l. ultima.* ubi ponitur elegans ratio. *C. de pact. inter emptor. & venditorem.* tradit Afflict. *cap. 1. §. praterea. numer. 21. quibus mod. feud. amittat. O. 1.* Cost. *in l. cùm tale. §. si arbitratu. num. 6. 2. limitat. D. de condit. & demonstr.* & ita vidisse consultum afferit Alciat. *in l. Titia. numer. 8. D. de verb. obligat.* defendit Aymon. *cons. 664. num. 21. lib 4.* Et in Regno Neapolitano super hoc facta est lex *lib. 3. constit. lib. 1. tit. 23.* qua constitutum est, ne feudatarius possit matrimonium contrahere, sine licentia Regis; quod & in nostro Regno Lusitaniæ dispositum est in fœminis habentibus bona Regiæ Coronæ, ex donatione Ord. *lib. 2. titul. 37. in princip.*

2 Secundò pro hac parte facit text. *in d. l. Titio centum. §. 1. D. de condit. & demonstrat.* quo probatur quod licet metu pœnæ libertas matrimonij restringi non possit, tamen amissione lucri delati restringi potest; quod propriè verificatur in nostra quæstione, ut in terminis arguit Cost. *in d. §. si arbitratu. 2. limitat. n. 6.* Aymon. *ubi suprà, num. 21.*

3 Pro alia parte, imò quod conditio, ut verba sonant, valida non sit, facit text. *in l. turpia. D. de legat. 1. l. cùm tale. §. si arbitratu. de condit. & demonstr.* quæ jura probant, quod conditio apposita in legato, dummodo arbitratu alicujus nubat legatarius, non valet, eò quod matrimonium liberum debet esse, & non pendere ab alieno arbitrio, quæ libertas per talem conditionem appositam tollitur. *cap. super eo. de condit. apposit.* gloss. *in cap. cùm plures verbo, liberè, de officio delegat. in 6.* & ita declarant Doctor. *in d. §. si arbitratu.* ubi Bald. & Immol. Paul. Castrens. *in l. si ea conditione, ad fin. Cod. de condit. insert.* Corneus *in l. legatum. numer. 3. Cod. eodem titul.* Ruynus *cons. 126. num. 7. lib. 1.* Alciat. *in l. nemo potest n. 16. ad fin. de leg. 1.* Peralt. *in l. 1. num. 32. D. de leg. 2.* & afferit hanc rationem esse receptam Mench. *illustr. quaest. c. 94. num. 19.* Mantica (nunc Cardinalis Illustrissimus) *de conject. ultim. volunt. lib. 1. titul. 18. num. 8.*

4 Et per prædicta jura, adjuncta ratione de qua suprà, communiter receptum est, quod si in institutione majoratus ponatur conditio, quod successori in illo nubat arbitratu, & cum licentia alterius, non valet conditio, quia impeditur libertas matrimonij. Molin. *lib. 1. de primogenit. c. 13. num. 35.* quidquid aliud dicat Mer. *de majorat. 1. p. quaest. 50. num. 7.* facit text. *in l. filia mea. in princip. D. de condit. & demonstrat.* Rip. *in l. 2. §. voluntati n. 21. D. solut. matrimonio.* & sic nec Princeps sæcularis id poterit facere in donationibus ab ipso factis. Dec. *in l. nuptias. n. 8. C. de regul. jur.* Decianus *cons. 13. à n 9. lib. 1.*

Unde necessariò consequitur, quod etiamsi conditio non adimpleatur, non resolvitur donatio, cùm sit reprobata à jure. *d. §. si arbitratu.* etiamsi expressim declaretur, quod si non adimpleatur conditio, donatio resolvatur, & revocetur. Bart. *in l. 1. n. 2. D. de his qua pœnæ nomin.* receptus ab Aretino *cons. 67. n. 1.* Anton. Natt. *cons. 355. lib. 2.* licet contrarium teneat Aymon. *cons. 80 n. 21.* Peralt. *in l. 1. n. 32. D. de leg. 2.* quos meritò reprobat Costa *d. §. si arbitratu. ampliat. ultima. num. 12.* & Menchac. *illustrium quaest. c. 94. n. 17.* 5

Et retenta hac secunda opinione, ad objecta in contrarium respondetur: ad primum, quod quisque potest apponere quam velit conditionem, in traditione rei suæ, hoc intelligitur nisi talis conditio per legem improbetur; nam tunc eam apponere non potest, nec illa erit observanda, cujusmodi est conditio, quæ impedit libertatem matrimonij, probat text. *in d. §. si arbitratu.* & in terminis tenet Alciat. *in d. l. nemo potest. D. de leg. 1. num. 18. ad fin.* quod generale est in omnibus conditionibus, quibus jus repugnat, ut non observentur, neque propter illas non servatas, donationes resolvantur. *l. paterfamilias. D. de hered. inst. l. si quis eum.* & ibi notat Socinus *num. 1. D. de conditionibus, & demonstrat.* & ita non valere prædictam conditionem, quæ repugnat libertati matrimonij, tenet in terminis Hostiens. & Præposit. *num. 2. in cap. 1. de conjugio servorum.* per illum text. & in specie quod Princeps non possit in donatione apponere prædictam conditionem, probat Isernia *in c. 1. §. praterea, column. 2. quibus mod. feud. amit. O. 1. & c. Imperialem. in principio. num. 6. de prohibit. feudi alienat. per Frider.* & latiùs & elegantiùs *lib. 3. constitut. rubric. 23.* & post eum Afflict. sibi contrarius *lib. 3. constitut. rubr. 20. num. 3.* qui ob id concludunt, constitutionem antiquam Regni Neapolitani, quod feudatarius non posset uxorem ducere sine licentia Regis, tamquam impedientem libertatem matrimonij, fuisse abrogatam per Regem Neapolis Carolum II. & per Honorium Papam. 6

Similiter & Ord. *lib. 2 tit. 37. in princ.* solùm admittit prædictam conditionem in fœminis habentibus bona Regalia, ut non contrahant matrimonium sine licentia Regis, propter earum fragilitatem; non autem in masculis talem admisit conditionem, quasi repugnantem libertati matrimonij. 7

Non obstat etiam secundum de regula, *l. Titio centum. §. 1. D. de condit. & demonstr.* quia procedit, quando exprimitur certa mulier, quam Titius debet uxorem ducere, nam tunc non restringitur libertas matrimonij, cùm Titius proprio sensu & voluntate eam eligat, & tantùm spe lucri invitetur, ut eam libentiùs ducat, ut declarat Franciscus Connanus *libr. 8. commentar. cap. 2. num. 6.* Hippol. Riminald. *cons. 215. n. 138. l. 2.* & aliud est dicendum, quando nulla certa persona exprimitur, sed conditio refertur ad incertam personam, addita conditione, si illam ducat, arbitrio vel consensu alterius: cum enim tunc electio personæ non pendeat à solo 8

sensu

sensu & voluntate contrahere debentis, sed etiam ab arbitrio & consensu alterius, videtur restricta libertas contrahendi matrimonium; & ideò talis conditio rejicitur per *l. d. §. si arbitratu.* & ita hos casus distinguit Fulgos. *cons.* 61. *numer.* 6. Aymon. *cons.* 1. *num.* 5. *ad fin.* Menchac. *illustr. qu. c.* 94 *n.* 15. & 17. & eleganter Lusitanus Anton. Gamma *decis.* 314. *num.* 2.

9 Ne tamen omnino videamur deserere primam opinionem, distinguendum videtur, quod aut conditio importat, ut uxorem ducturus eam non ducat absque licentia, vel approbatione Regis, & tunc valeat; quamvis enim prædicta conditio posita à privato, veniat rejicienda juxta dispositionem *d. §. si arbitratu.* tamen in Principe supremo donante bona Regiæ Coronæ, tolerari potest prædicta conditio, quia interest Reipublicæ hujusmodi bona & dignitates non deferri nisi ad personas fideles, & acceptas Principi, & in his terminis sine dubio loquuntur, quos retulimus in principio hujus quæstionis. Cæterùm si conditio contineat, ut Princeps debeat eligere & nominare personam, cum qua sit contrahendum matrimonium, ita ut totum videatur pendere à voluntate Principis, non valebit talis conditio, cùm per eam apertè tollatur libertas, quæ in matrimoniis contrahendis exigitur; prout neque valet consuetudo, quod effectus electionis pendeat à voluntate Principis, quia per eam impugnatur, & tollitur libertas eligendi, *cap. cum terra, de elect.* & ibi Anton. *num.* 3. & Panormitanus *in principio.* Roman. *singul.* 290. Covarr. *de sponsal.* 2. *p. cap.* 3. §. 5. *numer.* 9. & in terminis contra Baldum *in l.* 1. *in fin. Cod. de sponsal.* communiter receptum est, non valere dispositionem testatoris; quòd executor testamenti collocet filiam in matrimonio; cùm per hoc libertas matrimonij apertè tollatur, ut per Alexand. *in l. turpia, in fin.* & ibi Jas. *num.* 5. *D. de legibus.* Antonius Natt. *cons.* 355. *ad fin. lib.* 2.

10 Ut igitur prædicta conditio, quod ducat uxorem, quam Rex nominaverit, vel elegerit, valida possit censeri, non debet accipi in forma, quam verba importare videntur; sed ut actus valeat, debet accipi, ut semper intellecta fuit in hoc regno, ut non nubat nisi de licentia & beneplacito Regis, ut disponit Ord. in fœminis *lib.* 2. *tit.* 37. *in princip.*

11 Et præsupposito, quod conditio valeret, ut verba sonant, quod Rex nominaret fœminam; videndum est, utrùm donatarius teneatur accipere uxorem indotatam? Et dubitationem facit ea communis opinio, quod licet mulier bona habeat, & maritus simpliciter eam accepit in uxorem, nulla dotis facta mentione, videtur eam indotatam accepisse, ita ut non possit eam cogere, ut de novo sibi dotem constituat, vel eo prætextu ei denegare alimenta, ut probat text. *in l. fin. C. de repud.* & ibi notat Salycet. *auth. de Nuptiis. §. sic itaque, collat.* 4. *auth. quibus mod. natur. efficiantur legit. §. quoniam autem collat.* 6. per quæ jura ita tenet Bart. *in l.* 2. *numer.* 12. & ibi Rip. *num.* 43. *D. solut. matrimon.* idem Bart. *disputat.* 7. *in solutione, col.* 1. & est magis recepta sententia, ut asserit Dec. *in auth. Præterea. num.* 6. *Cod. unde vir. & uxor.* Rolandus *de lucro dotis. qu.* 71. aliqua tradit doctissimus Barbosa *in l.* 1. 4. *p. num.* 28. *D. solut. matrim.* Ergo pariter in nostro casu: cùm conditio significet, ut donatarius accipiat uxorem quam Princeps declaraverit, & nulla sit facta mentio dotis, credendum est voluisse ut eam indotatam acciperet.

Sed verius est contrarium in nostro casu; quam 12 quamvis dos dicatur pendere à matrimonio, *cap. fin.* cum gloss. *de judic. in* 6. *Clement. dispendiosam. de judic.* id tamen intelligitur eo respectu, quod dos non possit consistere sine matrimonio, *l.* 3. *D. de jur. dot.* sed quoad omnes alios effectus, dos censetur quid separatum à matrimonio, & æquè principale cum eo, ut declarat Corneus *cons.* 254. *num.* 5. *lib.* 1. & hac ratione licet matrimonium non possit conferri in arbitrium alterius. *d. l. cùm tale. §. si arbitratu.* tamen dos constitui potest in arbitrium alterius. *l. cum post. §. gener, D. de jur. dot.* tradit Bald. & Imol. *d. §. si arbitratu.* Antonius Natt. *consil.* 355. *ad fin. lib.* 2. Cùm igitur diversa sint, necessariò consequitur, quod dispositio facta circa matrimonium non comprehendit causam dotis, neque è contra, expressè Bart. *in disputat.* 7. *in* 2. *arg.* 2 *part.* Et sic dispositio loquens in matrimonio nihil pertinet ad dotem, de qua nihil dictum est, ut apertè colligitur ex gloss. *l. obligamur. §. lege. D. de actionibus obligat.* communiter recepta, ut asserit Alexand. *cons.* 169. *Visis. num.* 2. *lib.* 7. quod si filia nubat nulla dote promissa per patrem, vel etiam nubat sine consensu patris, nulla dote data, vel promissa, poterit nihilominus implorato judicis officio, patrem cogere, ut sibi dotem competentem constituat: quia pater ad duo tenetur, scilicet, filias matrimonio collocare, & eis dotem congruam constituere. *l. qui liberos. D. de ritu nupt.* quamvis igitur satisfactum sit primæ obligationi, quod filia nupta sit, adhuc superest obligatio diversa dotandi, sic igitur & in proposito, quamvis donatarius teneatur ducere uxorem quam Rex nominaverit, non tamen tenetur eam indotatam accipere, cùm de hoc nihil dictum sit; neque enim inclusio unius, est inclusio rei diversæ, & separatæ, *l. si domus. D. de servitut. præd. urban.* Sygnorol. *cons.* 234. *num.* 2.

Quod maximè recipiendum est in nostro casu, 13 in quo conditio de ducenda uxore quam Rex voluerit, quocumque modo accipiatur, utique repugnat decisioni *l. cùm tale. §. si arbitratu.* & consequenter est odiosa; unde nullam debet recipere extensionem. *l. cùm quidam. D. de liber. & posth.* In odiosis enim & strictè accipiendis, non valet consequentia de expresso ad non expressum; imò non expressum videtur relictum dispositioni juris communis. *l. si cùm dotem. in principio. D. solut. matrim.* eleganter Bald. *cons.* 18. *in quæstione. n.* 4. *l.* 4. Paris. *cons.* 62. *n.* 26. *l.* 4. & ideò dispositio loquens de matrimonio contrahendo cum consensu Principis, non habet locum in dote, de qua nihil fuit expressum, in terminis And. de Isernia. *cap.* 1. §. *præterea, col.* 2. Affict. *ibi num.* 20. *quibus modis feud. amittat.* O. 1.

Denique in propriis nostris terminis est decisio 14 Costæ *in d. l. cùm tale §. si arbitratu* 6. *limitat. n.* 17. quod si alicui sint relicta centum, si Selam uxorem duceret, juxta terminos *l. Titio centum. §.* 1. *D. de condit. & demonstr.* non ob id testator videtur voluisse, quod eam indotatam acciperet, quare si mulier in præ-

prædicto casu dotem competentem non assignaverit, conditio habetur pro impleta, quasi per eam stetarit quò minùs conditio impleretur, ac ita locum habet *reg. l. 1. C. de instit. & substit.*

15 Ex quo dicto, duo habemus in hac materia valdè notanda. Primum est, quòd qui jubet, ut aliquis Seiam uxorem ducat, non ob id videtur velle, quòd legatarius eam indotatam accipiat, imò dos congrua tamquam quid diversum à matrimonio, videtur relinqui in dispositione juris communis, ad quod allegat Cost. dictum Bald. *in cap. juravit numer. 3. de probat.* quòd si quis juravit aliquam accipere in uxorem, nulla facta mentione dotis, non ob id videtur voluisse eam sine dote accipere; imò magis censetur voluisse, ut illa secundùm communem consuetudinem se competenter dotaret, per rationes ibi expressas, per quas ejus dictum approbavit Andr. Sycul. *ibi numer. 22.* Felin. *ad fin.* Palat. *in repet. cap. per vestras 3. notab. §. 2. numer. 4. pag. 593.* & dictum Bald. probat etiam Jas. *auth. preterea. numer. 10. C. unde vir. & uxor. & l. si donatarius, §. fin. num. 4. ad fin. D. de condict. ob causam.* Decian. *cons. 49. num. 6. lib. 2.* & Hippol. Riminald. *cons. 478. num. 66. lib. 4.* ergo claram & receptam habemus decisionem, quod qui tenetur aliquam accipere in uxorem, non ob id intelligitur quod indotatam accipiat.

16 Secunda conclusio ex Costa est: quod si mulier, quæ tenebatur pro se congruam dotem dare, illam non dederit, conditio ex parte illius, qui eam tenebatur ducere, habetur pro impleta, & juris interpretatione perinde est, ac si illi formaliter paruisset, juxta regulam *leg. 5. Cod. de institut.* quod etiam tenet in nostris terminis Hippol. Riminald. *consil. 478. num. 62. lib. 4.* Unde si donatarius non impleverit conditionem sibi impositam per Principem, non debet privari donatione, quasi illi non paruerit. Neque difficultatem faciet, quod regula *d. l. 5. C. de instit.* non procedit in contractibus, quia hìc agimus de donatione facta per Principem, quæ æquiparatur legatis. *cap. 1. & cap. auctoritate. de concessione prebend. in 6.* unde regula *d. l. 5.* etiam in prædicta donatione debet locum habere, ut suprà diximus, præterea & mulieris interest conditionem non impleri, ne teneatur ad dotem congruam præstandam, in quibus terminis conditio habetur etiam pro impleta in contractibus. *l. jure civili. D. de condit. & demonstrat.* Dec. *l. 5. num. 5. C. de institut.*

17 Denique neque difficultatem debet facere, quod addit Costa suprà relatus, suam conclusionem non procedere, quando quantitas relicti & egestas mulieris nota testatori, persuaderet testatorem voluisse, ut relictum succederet loco dotis; nam hæc declaratio poterit fortitan admitti in terminis in quibus ipse loquitur, quando scilicet jubetur ducere uxorem certam & determinatam; ceterùm quando agitur de ducenda persona incerta, & quæ nescitur utrùm sit futura inops, vel dives, non potest prædicta declaratio applicari nostro casui; neque declaratio, quæ in principio donationis facta non fuit, poterit ea post facto fieri. *l. pen. in fi. C. de cellat. l. perfecta. C. de donat. que sub modo.*

18 Neque etiam obstat ratio adducta pro contraria parte, quia admissa opinione magis communi, quod vir accipiens uxorem non facta mentione dotis, videtur velle eam indotatam accipere (quamvis gravissimi Doctores contradicant) clarè respondemus, illam communem opinionem non posse applicari nostro casui; quia qui illam tenent ea præcipua ratione nituntur, quòd marito est imputandum, qui nullam fecit mentionem dotis, quando ducebat uxorem; quam mentionem communiter homines faciunt: quæ ratio cessat in nostro casu, in quo nulla erat persona, cum qua ageretur de dote, sed tantùm conditio importabat, quod duceret eam uxorem quam Princeps nominaret, neque umquam est admittenda interpretatio, ut quis uxorem indotatam accipiat. *l. si donatarius. §. fi. D. de condict. ob causam.* & ideò text. *in cap. nullum. 30. quæst. 5.* dicit nullum matrimonium contrahi sine dote, quod ex honestate saltem procedere dicunt Arcbidiac. & Turrecremat. *ibi*, quasi inhonestum reputetur uxorem indotatam accipere. notat Bald. *in c. juravit. num. 3. de probat.* & ideò non est credendum Principem velle, ut homo nobilis, verbi gratia, & benemeritus de Republica, afficiatur per illum injuria, jubendo, ut uxorem indotatam accipiat; nam ut inquit Menander relatus per Decianum *cons. 49. numer. 5. lib. 2.* (tec est infelix, qui uxorem sine congrua dote accipit: nam habet tunc patrimonium sine patrimonio,) imò nec Princeps id potest jubere, quia in effectu est impedire matrimonium, quod non solet contrahi sine dote, si credimus Antonio de Butrio. *cons. 35. num. 2.*

Denique in hac materia vera videtur resolutio 19 quod aut quis accipit uxorem per verba de præsenti, non facta mentione dotis; aut contrahit sponsalia de futuro, nulla etiam facta mentione dotis, in primo casu locum habebit communis suprà relata, quod videatur indotatam accipere, nam *l. fi. C. de repud.* & alia jura, quæ pro ea communi adducuntur, apertè loquuntur in uxore: & sic in ea quæ fuerit ducta per verba de præsenti. *l. cùm fuerit. D. de condit. & demonstrat.* quod in terminis prædictorum jurium agnoscit esse receptum Curt. Jun. *auth. præterea. num. 3. C. unde vir. & uxor.* ac proinde non obtinebunt locum in sponsa de futuro, ut ibi tradit Fabian. *num. 5.* In secundo autem casu procédit dictum Bald. receptum *in d. c. Juravit. num. 3. de probat.* qui apertè in his terminis loquitur: ratio differentiæ est, quia à communiter accidentibus, quando homines ducunt uxores per verba de præsenti, solent de dote danda sibi cavere: quod si aliquis non fecit, creditur uxorem indotatam voluisse accipere, sed quando contrahuntur sponsalia de futuro, sæpiùs non faciunt mentionem dotis, quia sperant ante ductionem uxoris de hoc esse acturos. *l. fin. C de dote cauta.* unde nihil eis imputari potest, si tempore sponsaliorum de dote nihil dixerint. Bald. *in d. c. juravit. num. 3. de probationibus.* quamvis aliud dicat Covar. *de sponsalib. 2. p. cap. 5. num. 5. ad fin.* quem refert (& tamen non probat) Menoch. *de præsumpt. 3. p. præsumpt. 6. n. 65.*

Illud tamen addiderim, quod in hoc Regno Reges nostri, conditiones has, etiam de nubendo cum muliere certa & nominata, consueverunt apponere in donationibus; & quando illis constabat de 20 pauper-

paupertate mulierum, aliàs illustrium, aut nulla, aut modica dos dabatur, juxta ea quæ tradit Costa *in d. §. si arbitratu. limitat. 6. num. 17.* quod maximè conveniens est, ut illustres fœminæ, & quæ in palatio Regio sunt, nubere decenter possint.

21 An autem prohibitio Ordin. Regiæ *lib. 2. tit. 37.* locum habeat, quando fœmina matrimonium contrahit invalidum, ut puta cum consanguineo? vide Felinum *in cap. ex tenore. de rescript.* Jas. *in leg. ubi pactum. num. 23. C. de transact.*

DECISIO XXXII.

An in bonis Regiæ Coronæ possit succedere frater fratri primogenito præmortuo, qui numquam fuit in possessione prædictorum bonorum.

SUMMÆ.

1. *Facti species.*
2. *Mortuo ultimo possessore bonorum Regiæ Coronæ, statim jus omne in sequentem successorem transfertur.*
   Filius major successor in bonis Regiæ Coronæ statim post mortem patris habetur pro possessore, licet illorum possessionem realiter non acceperit. Ibidem.
3. *In donationibus factis Capitaneis insulæ da Madeira, illis concessum erat, quòd frater fratri præmortuo succedere possit: quòd tamen postea Rex Alfonsus V. noluit confirmare.*
4. *Verba hæc* (succeda o filho baraõ major, ou o segundo se tal for) *si in donationibus apponantur, quomodo intelligi debeant.*
5. *Argumentum a contrario sensu non valet, quando sequuntur absurdum.*
6. *Transversales ex linea collaterali, & indirecta, excluduntur à successione bonorum Regalium per Ordin. Regiam.*
7. *Quid judicatum fuit in præsenti quæst.*
8. *Rex Philippus hujus nominis primus legem condidit declaratoriam circa intellectum Ord. lib. 2. tit. 35. §. 15. & tenor legis inseritur.*

1 MOrtuo Emanuele de Utra, relictis duobus filiis Gaspare de Utra primogenito, & Hieronymo de Utra; cùm dubitaretur an essent ex legitimo matrimonio nati, jussit Rex sequestrari Insulas do Faial, & Pico, quas pater eorum possidebat tamquam donatarius Regis, pendente lite, antequam possessionem acciperet filius primogenitus, mortuus fuit, cui liti successit Hieronymus de Utra, frater junior, & in ea se habilitavit: contendebatque ad se pertinere successionem prædictarum insularum, his fundamentis.

Primò, ex verbis donationis, ibi, *que depois de falescimento de Jo. de Utra, o aia, ou succedao seu filho maior barão lidimo, ou o segundo, se tal for.* per quæ verba voluit donator, quod filius secundus succederet filio primogenito præmortuo, idque sive mortuus fuisset in vita patris (quod extra dubium erat) sive post mortem patris: quo casu majus dubium erat.

Secundò, ex Ord. *lib. 2. tit. 35. §. 15.* ubi disponit quod si non supersint filij, nec descendentes illius, qui ultimo loco habuit & possedit bona Coronæ, non poterit succedere frater. Ergo probat Ord. à contrario sensu, quod si ille, qui novissimè bona Coronæ habuit, illorum possessionem adeptus non fuit, succedet frater: videtur namque Ordin. velle, quòd ad hoc ut frater secundò genitus excludatur, frater major habeat & possideat cum effectu bona Coronæ, quod cùm in casu hoc non contigerit, (nec enim Gaspar de Utra frater major possessionem habuit prædictarum Insularum) frater secundò genitus non est excludendus.

Pro parte contraria, in favorem Regiæ Coronæ allegabat illius Procurator, quòd per mortem Emanuelis de Utra, statim omne jus quod habebat in illis Insulis translatum fuit in filium majorem Gasparem de Utra, ex Ord. *lib. 2. tit. 35. §. 1. & d. §. 15. in fin.* & tradit Molin. *de primogenitis cap. 2. num. 71. vers. in secunda casu* ut in simili donatione facta alicui dignitati probat Rip. *in l. 1. colum. 1. D. de pignor.* Jas. *cons. 197. col. 9. vol. 2.* Si ergo patri filius major successit, & statim effectus est possessor, licet non adeptus fuerit realiter possessionem, pro possessore habetur, & ita ejus frater secundò genitus ei non potest succedere, juxta dict. Ord. 2

Secundò faciebat pro hac parte, quod quamvis in donatione facta prædicto Joan. de Utra, anno 1509. expressè concessa fuerit illi successio in dictis Insulis, eo modo sicuti succedunt Capitanei Insulæ da Madeira, in illis verbis, *assim como os Capitaẽs da Ilha da Madeira a tempor suas cartas:* & à principio hi Capitanei Insulæ da Madeira habebant in donatione, ut succederet frater unus alteri, ibi, *quo seu filho primeiro, & o segundo se tal for.* tamen posteà Rex Alfonsus V. anno 1451. noluit confirmare hanc donationem, nisi ita, ut succederent solùm descendentes masculi per lineam directam per illa verba, *E queremos que elle dito João Gonçalvez, & seus descendentes per linha masculina direita ajão, & possuão.* Ergo concluditur, quod dictus Hieronymus de Utra non poterat succedere fratri, sive ille possederit, sive non, quia dicta donatio non tribuit, nec permittit illis successionem, nisi ut est permissa Capitaneis Insulæ da Madeirs. 3

Et retenta hac opinione respondebatur ad primum argumentum in contrarium, quòd illa verba, *o filho barão major lidimo, ou o secundo se tal for.* intelliguntur, quando filius major non successerit de facto, ut quia mortuus fuit in vita patris, nec poterat succedere de jure, ut quis incapax erat, juxta dict. Ord. *tit. 35.* & arg. text. *in l. cum pater. § a te peto. D. de legat. 2.* & ibi DD. Cùm igitur hic filius major successerit, filius secundò genitus ei succedere non potest. 4

Ad secundùm respondebatur, quod argumentum à contrario sensu non sumitur, ubi sequitur absurdum, vel intellectus contrarius menti legis, ut probat. text. *in l. conventicula. Cod. de Episcop. & cleric.* & ibi gloss. *verbo, extra Ecclesiam.* Everard. *in topica legali, in loco ab absurdo.* 5

In hoc autem casu si id ita intelligeremus, quod esset necessaria possessio realis, multa absurda darentur, ut de se patet: si enim successor habuerit dominium, & non possessionem, retento illo argumento 6

mento à contrario sensu, succederent transversales ex linea collaterali, & indirecta, quod est contra mentem illius legis requirentis quòd succedatur per lineam rectam masculinam, ut in §.1.4.& 14.& 15. illius Ordin. ibi, *descendente varão legitimo per linha direita masculina*, & illa verba, *ouve & possuio*, intelligenda sunt; ac si diceret, *herdou & ouve*, ut probatur ex multis §§. illius Ord. nempe ex §.20. ibi, *as ouve, por herança, ou por outra successão*, & in §.9. ibi, *que a terra ou terras de nossos Reynos tinha*, & in §.14. ibi, *que a terra ultimamente ouve*. & in alijs.

7 Et sic lata fuit sententia in favorem Procuratoris Regis in judicio Regiæ Coronæ: à qua tamen supplicavit Hieronymus de Utra, & revisus fuit processus, & in judicio revisorio lata fuit sententia in favorem dicti Hieronymi de Utra anno 1582. & est processus apud scribam processuum Coronæ.

Posteà Rex Philippus hujus nominis primus legem hoc casu condidit, cujus tenor ia est:

8 *Dom Philippe per graça de Deos Rey de Portugal, &c. aos que esta ley de declaração virem, faço saber que pella ordenação, & ley deste Reyno esta determinado que falescendo algũa pessoa, que tenha, & possua terras da Coroa, & por sua morte não ficar herdeiro barão lidimo descendente per linha masculina, não podera succeder nas taes terras seu irmão, posto que seia lidimo descendente por linha masculina daquelle a quem as ditas terras primeiramente forão dadas, como mais largamente se contem na Ordin. do livro 2. titul. 17. §.22. na quinta duvida da ley mental. E hora fui informado que na casa da supplicação se movera duvida se ad Ordin. se avia de entender, em caso que o ultimo successor tevesse tomado posse dos ditos bens da Coroa, ou se averia tambem lugar, post o que delles não tevesse tomado posse: na qual duvida ouve diversos pareceres, y opinioẽs: & sendome dado disso informação, o mandei ver & tratar com alguns letrados do meu conselho, & desembargo: & se assentou que a dita Ordenação se devia declarar, & fazer disso ley, por ser cousa que muitas vezes podia acontecer em casos de muita importancia, & tudo bem visto, & examinado, & a forma da dita Ordin. & a tenção da ley mental, & determinacoẽs sobre ella dadas, ey por bem & declaro, & mando que a dita Ordin. se entenda, & aia lugar posto que o filho, ou outro qualquer successor do ultimo possuidor, não tenha tomado posse dos ditos bens, & terras, porque sem embargo disso seu irmão, nem outro transversal não podera succeder nellas, ainda que filho legitimo descendente por linha masculina do ultimo possuidor a que succedeo o irmão mais velho: antes ficarão logo devolutas a Coroa, por quanto por morte do ultimo possuidor foi logo trespassado todo o direito da successão das ditas terras no seu filho mais velho, & o irmão ficou excluso da successão dellas, post o que o irmão mais velho nunca tomasse posse & assi a declaro por esta ley, & mando que quando da qui em diante este caso acontecer assi se cumpra & guarde inteiramente, sem embargo de quaesquer direitos, sentenças, & opinioẽs que em contrario aia, ou possa aver: Pello que mando a todos meus desembargadores, Corregedores, Ouvidores, Iuizes, & justiças, officiaes, & pessoas aque pertencer, que assim a cumprão, & guardem como nella se contem, & mando ao Doutor Simaõ Gonçalvez preto do meu conselho, & Chanceller mor de meus Reynos que faça publicar esta ley em minha chancellaria, & registrar nos livros da casa da supplicação, & do Porto, pera que venha a noticia de todos & se saber a que assim tenho mandado, & declarado, Dada em Lisboa a xxviij. de Abril, de* M. D. LXXXVII. *&c.* quæ lex est nunc in nova recopilatione, *libro 2. titul. 35. Paragrapho 15.*

DECISIO XXXIII.

An Rex possit dare officium cameræ alicujus civitatis, aut oppidi, in quo officiales prædictæ civitatis, oppidive, contendunt, datam ad illos pertinere, per electionem?

SUMMÆ.

1. *Creatio & provisio officiorum publicorum, magistratuum, & tabellionum soli Regi competit.*
2. *Ius creandi officia publica non potest acquiri per præscriptionem.*
   In rebus concernentibus imperij superioritatem, vel tributorum, non currit præscriptio quantumvis immemorialis. Ibid.
3. *Scribæ cameræ sunt officiales publici, & vicem tabellionum aliquando sustinent, & quod circa eos est dispositum, de illis etiam est intelligendum.*
4. *Rex dicitur lex animata in terris, & potest intervertere electionem officiorum per legem concessam concilijs oppidorum, quoties voluerit, & officia publica dare cui velit.*
   Officia sunt in libera dispositione Regis, sicut beneficia in libera dispositione Papæ. Ibid.
5. *Quid judicatum fuit in casu hujus decisionis, & in alio simili.*
6. *Rex non debet intervertere electionem conciliorum nisi cum magna causa.*

Contigit hæc quæstio in facto, in scriba Cameræ oppidi de Cernancelhe: & pro parte Regia allegabatur, quòd ad solum Regem pertinet creare & concedere officia tabellionum, magistratuum, & alia similia; non autem ad aliquam civitatem, seu universitatem: nec alius illa potest dare, nisi Papa, aut Rex, docet Innoc. *in cap. cùm P. tabellio.* quem DD. ibi sequuntur *de fide instrum.* Avend. *de exequend. mandat. lib. 1. cap. 1. num. 11.* & est Ord. *lib. 2. titul. 26. §. 1. & eod. lib. 2. tit. 45. §. 15. incipit, crear de novo tabelliades*, & ita nullus inferior illa potest dare, cùm hoc sit de reservatis Principi, Spec. *titul. de instrument. editione. §. restat. versic. Nota quòd tabellio, cum sequentibus.* Palat. *in repetit. cap. notab. 2. versic. Sed est pulchra dubitatio de donat. inter vir. & uxor.* facit *cap. 11. quæ sint Regal.* 1

Nec per præscriptionem potest acquiri jus hoc creandi officia, ex Ord. *lib. 2. tit. 45. §. 56.* nec enim in reservatis Principi procedit præscriptio, Felin. *in cap. 2. n. 11. de probat.* Rochus *in cap. ult. ampliat. 4. de consuetud.* & facit text. *in c. 1.* juncta Gloss. *verbo, non obstante. ad fin.* & ibi Perusinus *num. 4. de clerico agrot. lib. 6.* Abb. *in cap. cùm nobis, num. 2. de præscript.* Guido Papæ *quæst. 416.* & ibi ejus additio, ubi ait, quòd in rebus concernentibus imperij superiorita- 2

tem, vel tributorum, non currit præscriptio cujuscumque temporis, tradit Balb. *de praescript. 2.p.5. principal.fol.3. & 4. part. quaest.115.*

3 Quæ Ord. locum habet in quibuscumque Scribis, cùm eadem sit ratio in omnibus. Ord. *d. lib. 2. tit.26. §.1.* Eò maximè, quòd scribæ cameræ sunt officiales publici, ut in Ordin. *lib.1. tit.79. §.4.* & substituuntur per d. Ord. loco tabellionum, quando sunt suspecti. Ord. *lib.3. tit.1. §.3. & 4. & alijs Ord.* & cùm scriba cameræ sustineat vicem tabellionis, consequens est, quòd etiam veniat appellatione tabellionum, & quòd Ordin. *lib.2. tit.45. §.56.* quæ prohibet & annullat possessionem, etiam immemorialem, quam subditus habet in electione tabellionum; annullat etiam possessionem circa officia scribarum de camera, de quibus agimus.

4 Facit etiam, quòd per Ordin. *libr.1. titul.77. in princip.* officiales conciliorum eligunt scribam cameræ, ex permissione illius legis, unde sequitur, quòd Rex, qui est lex animata in terris, potest quotiescumque voluerit intervertere illam electionem, & officium cui voluerit donare: sunt enim officia in libera dispositione Regis, sicut beneficia in libera dispositione Papæ, *cap.2. de praebend. lib.6. clement. 1. ut lit. pendent.* tradit in terminis Palat. *in introductione repetit. rubrica num.7. & 8.* potest enim Princeps præjudicare subditis in bis, quæ ab ipso habent ex privilegio. Paul. *in l. rescripta Cod. de precib. Imperator. offerand.* Soares *allegat. 12.* eò maximè, quòd concilium habet electionem prædicti officij scribæ de Camera ab ipso Principe; & ob id potest, quando voluerit illi auferre electionem, & alteri officium dare, juxta doctrinam Angeli *in l. Lucius D. de evict.* Et ita judicatum fuit in processu Christophori Ribeiro, cum concilio oppidi de Cernancelhe, scriba Ludovico de Neiva, in mense Maij, anno 1572.

5 Et idem judicatum fuit in officio scribæ pupillorum oppidi de Loule, in quo erat actor prædictum oppidum, contra Dominicum Madeira, scriba Petro Almirante.

6 Quod tamen non semper per Regem est faciendum, nisi cum magna causa, ut tradit Palat. *ubi sup. num.7.* Avend. *de exequend. mandat. lib.1. cap.1. n.31. vers. nam licet.*

DECISIO XXXIV.

Donatio facta cuidam, & ejus liberis, nepotibus, descendentibus, & deinde ascendentibus, & postea transversalibus, an intelligatur de ascendentibus, qui non sint de familia & progenie primi donatarij.

SUMMÆ.

1. *Facti species.*
2. *Priùs nominati in ordine Scripturæ admittendi sunt ad successionem.*
3. *Ordo successionis in donatione præscripta servari debet.*
   Ubi verba dispositionis non conveniunt, nec etiam convenit eorum dispositio. Ibid.
4. *Mens & intentio concedentis in donationibus, sicut in cæteris contractibus, semper attenditur, potiùs quam verba.*
   Dominus non debet habere vasallum de quo non cogitavit. Ibid. & num. ult.
5. *Voluntas & mens contrahentium, tam concedentis, quam etiam petentis attendi debet.*
   Verba concessionis intelligenda sunt secundùm supplicationem petentis. Ibid.
6. *In dubio unusquisque præsumitur sibi suisque potiùs prospexisse, quam alienis.*
   In dubio illud actum intelligitur, quod utilius est facienti. Ibid.
   Dispositio obscura ex affectu disponentis capit interpretationem. Ibid.
7. *Actus non debet operari contra intentionem agentis. Inducta ad augmentum non debent operari diminutionem. Ibid.*
8. *Donatio intelligitur facta secundùm consuetudinem, & debet interpretari secundùm quod fieri consuevit.*
9. *In successione bonorum ab intestato semper præfertur cognatus, seu consanguineus, qui sit proximior de linea ejus, cui succeditur.*
   Fratres consanguinei præferuntur uterinis, in bonis provenientibus à patre: & è contra uterini consanguineis, in bonis provenientibus à matre. Ibid.
10. *Feudum, quod vocatur paternum, fundatur in voto & affectu ascendentis erga descendentes non transversales.*
    A quo removetur significatio, removetur etiam effectus rei. Ibid.
    In feudis communis agnationis successio est limitata illis tantùm, qui sunt de stirpe. Ibid.
11. *Vocatis filijs heredibus descendentibus, & successoribus primi donatarij, frater fratri debet succedere.*
12. *Ex forma concessionis colligitur successio in feudis.*
13. *Ignorantis nemo, etiam jure agnationis, agnascitur.*
    Principium est attendendum, ex quo posterior formatur eventus. Ibid.
    Causa prima semper intuenda est, quia magis influit in causatum, quàm causa secunda. Ibid.

DOnavit Rex cuidam Eduardo Cœllio Parambuci Capitaniam (ut vocant) & ejus territorium amplissimum in Brasilia provincia, ut ad ipsum in vita sua pertineret, & eo mortuo ad ejus filios ac descendentes & successores ligitimos, & his deficientibus, ad bastardos descendentes, & his non extantibus ad ascendentes, & illis non intervenientibus ad transversales: mortuo Eduardo, successit ejus filius major, qui postea decessit sine descendentibus, sed fratre tantùm G. superstite, qui petijt donationis confirmationem à Rege: & cùm illi objiceretur, quòd ejus mater adhuc viveret, quæ, ut ascendens, prius videbatur vocata ad præmortui filij successionem; tandem in senatu palatij præsente procuratore Regiæ Coronæ, placuit G. matri præferendum. 1

2 Primò, quia donationis Scriptura vocat expressè filios primi donatarij, & post eos vocat alios descendentes & ascendentes suo ordine: unde interim,

dum

dum extant filij, excludunt alios vocatos, quia primùm vocati priùs sunt admittendi text. *in leg. cùm ita Paragrapho in fideicommisso D. de legat. 2. l. peto. Paragrapho fratre D. de legat. 2.* nec quisquam potest fideicommissum petere, quamdiu præferri potest alius vocatus per *dict. jura, & l. unum ex familia. Paragrapho rogo. D. eod.* solent enim hujusmodi bona quasi per fideicommissum relicta in successores vocatos transire secundùm successionis ordinem, per illa jura, & facit *l. antiq. D. si pars hered. petatur. l. si filius, Paragrapho pen. D de bon. libr. 1. §. si quis proximior. D. unde cognati.* ut cùm sint vocati priùs filij, quàm ascendentes, filius secundus utique debet matri præferri. Nec interest, quòd sit transversalis, quia etiamsi sit transversalis, satis est, quòd sit filius primi donatarij: tunc enim succedit ut filius patri, & ut transversalis fratri; & ideò licet mater, quia adscendens, deberet præferri filio, tamen filius, quatenus filius, præfertur matri; intelligitur enim donatarius voluisse præferre suos filios reliquis ascendentibus, & ita ut filij sibi invicem succederent, ubi absque descendentibus decederent: & propterea excludunt ascendentes, quia isti non vocantur, nisi in defectum descendentium; & tamen hîc non deficiunt descendentes primi donatarij, licet deficiant ultimi possessoris, quos donatio in hoc primo gradu non vocat, sed tantùm filios primi donatarij.

3 Secundò facit, quia donatio vocat primùm donatarij descendentes & successores, & posteà subdit hoc ita declarandum, ut suo ordine ibi præscripto veniant ascendentes, & transversales, & ita requirit ut ascendens vel transversalis sit etiam successor, & habeat illam qualitatem successoris: talis autem non est uxor, quia non succedit marito primo donatario: ergo si non conveniunt verba, non convenit eorum dispositio. *leg. 4. §. toties. D. de damno infecto.*

4 Tertiò item facit, quòd in donationibus, sicut in ceteris contractibus semper est attendenda mens & intentio concedentis, potiùs quàm verba, *l. in ambiguis D. de regul. jur.* text. *in l. fin. C. quae res pignor. oblig. possunt.* ibi, *cùm sit justum. & in l. 3. C. plus valet, quod agit.* ibi, *non quod scriptum.* & ita in præsenti est sequenda & amplectenda mens concedentis, quæ quidem ea fuit, ut primùm donatarium ob ejus merita remuneraret, censum & honorem illius augendo, atque omnium posterorum & successorum suorum, qui ex sua progenie & familia forent, qualis non est ejus uxor. ergo, &c. Huc facit, quòd dominus non debet habere vasallum, de quo non cogitavit, Angel. *cons. 110. sanctiss. colum. 4. vers. Tertiò probatur.*

5 Quartò facit, quòd voluntas & intentio contrahentium attendi debet, & non solùm concedentis, sed etiam petentis, per dicta jura. Hinc dicitur, quòd verba concessionis intelliguntur secundùm supplicationem petentis, ut per Bald. *in cap. inter dilectos, colum. pen.* & ibi Felin. *de fide instrument.* Jason. *in l. si libellum, colum. fin. Cod. de divers. rescript.* Dec. *cons. 23. colum. 1.* Ceterùm non fuit de mente primi donatarij petere præfata bona nisi sibi, & posteris suis, eo quidem animo, ut ejus familia continuaretur, & illustrior fieret auctis opibus, & honore: hoc autem non præsumitur ullo modo cogitasse de uxore, quæ de ejus familia non est.

Confirmatur hoc, quia in dubio unusquisque 6
sibi suisque potiùs creditur prospexisse, quàm alienis. text. *in cap. 1. de duob. fratr. a Capitan. investit.* Item confirmatur, quia in dubio id actum intelligitur, quod utilius est facienti, ut pro regula tradit Bartol. *in l. gerit. D. de acquirend. hered.* Alexand. *cons. 55. numero 2. libro 2.* Aymon. *consil. 106. numero 9.* Item quia dispositio obscura ex affectu disponentis capit interpretationem. *l. quod factum D. de regul. jur.* hoc autem utilius fuit primò donatario meritorum suorum præmium petenti, ut hoc ipsum præmium ad suos potiùs quàm ad alienos protenderetur: magis enim suis quàm alienis videtur affectus fuisse. *l. cùm avus D. de condit. & demonst.*

Sextò accedit, quòd si aliter dicamus, facilè eve- 7
niet, ut bona ista redeant ad matrem ascendentem, quæ alteri viro extraneo nubens ad filios transmittet ea bona, qui sint extranei; & alieni à familia primi donatarij; quod quidem est absurdum, ut præmia unius, illi concessa & posteritati suæ ad alios transferantur, hoc enim esset jactare suum, quod nemo facere præsumitur. *l. cùm de indebito. D. de probat.* Item illud esset contra intentionem utriusque, & concedentis & donatarij: cùm tamen actus non debeant operari contra intentionem agentis. *l. non omnis in principio D. si cert. petat. l. obligationum substantia §. 1. D. de verborum obligat.* & inducta ad unum finem non debent contrarium operari. *l. pro hered.* ubi Bald. *Cod. de acquirend. heredit.* & inducta ad augmentum non debent operari diminutionem,

Septimò facit, quòd donatio intelligitur facta 8
secundùm consuetudinem, ut per Alexandrum *cons. 124. Consideratis his num. 3. volum. 5.* & ejus interpretatio facienda est, secundùm quod fieri consuevit. Bald *in l. si colum. 2. D. de fidejussor.* Afflict. *decis. 307.* Ceterùm consuetudo est, ut tales donationes fiant donatarijs, & eorum descendentibus, & successoribus, qui sint de familia: ergo si vocentur ascendentes, etiam intelligi debet vocare eos, qui sint de familia.

Confirmatur & ista pars, quia in dubio, ubi agi- 9
tur de successione aliquorum bonorum ab intestato, semper præfertur cognatus, seu consanguineus proximior, qui sit de linea ejus, cui succeditur. arg. text. *in l. de emancipatis. §. exceptis C. de legitim. hered.* & per illum text. tradit Matesil. *de succession. ab intestat. 2. art. principal. num 8.* ubi Bolognin. *in addit.* dixit, quòd fratres consanguinei in bonis provenientibus à patre, præferuntur fratribus uterinis tantùm, & econtrà fratres uterini præferuntur consanguineis in bonis provenientibus à matre, per text. quem dicit singularem *in d. §. exceptis.* & idem tenuit idem Matesil. *ibi in 3. art. num. 18. vers. hoc procedit.* & idem tenuit in terminis nostris, loquens de parentibus, *in d. 2. art. num. 7.* & meliùs Angel. *cons. 110. sanctissima col. 6. n. 6. ad fin. & 7.* ubi multis rationibus consuluit, mortua sorore, relicto fratre uterino, non transire ad illum feudum, quod soror ex paterna hereditate & successione possidebat, sed ad cognatum de familia proximiorem. Ita hîc bona ista non debent transire ad matrem

filij defuncti, quæ non est de linea patris, sed potiùs ad fratrem, qui est de linea paterna: & ibi videas omnino Angel. ex quo colliguntur sequentia.

10 Primùm, ex impositione nominis, & significatione: nam feudum, quod est aptum transmissioni vocatur paternum, & ideò fundatur in voto & affectu ascendentis erga descendentes non transversales: ceterùm à quo removetur significatio, removetur effectus rei. *l. Laboo. Paragrapho idem Tubero. D. de supellect. legat.* Ergo si respectu matris non potest dici bona hæc ad descendentem primi ascendentis, scilicet, primi donatarij transire, quia mater ex eo non descendit: consequitur, quòd debent transire ad filium ipsius donatarij, fratrem minorem alterius filij præmortui. Ang. *ibi colum.3. num.4. vers. primo ex nominis, & numero 7. vers. & ratione intentionis*, per *l. si fideicommissa D. de condit. & demonstrat.* Item quia in feudo communis agnationis est limitata successio his tantùm, qui descendunt ex stirpe. Angel. *ibi num.6. in fin.*

11 Secundò, quia vocatis filiis heredibus descendentibus & successuribus primi donatarij, videtur quòd frater succedat fratri, quia licet talis successio non faciat saltum ad transversales per se, facit tamen per medium primi & immediati gradus, id est, mediante patre communi, ex Angel. *ibid. numero 4. in princip.*

12 Tertiò ostenditur ex forma, quæ est hæc, quòd consuevit concessio fieri tali ex heredibus, ejus scilicet descendentibus & successoribus; ergo nun est intelligenda de persona matris, quæ ex patre, nempe marito, non dicitur descendere, nec illi succedere, argum. *l. ita stipulat. Paragrapho Chrysogonus, versic. sequens stipulatio. D. de verborum obligat. l. Pater filia, in fin. D. de servitut. legat.* ut etiam argumentatur Angel. de verbo, *heredibus*, quatenus in materia feudorum accipitur pro liberis, quod non sit trahendum ad fratrem vel sororem, & ibi subdit, quòd si de forma non constaret, ad generalem & solitam esset recurrendum, *l. fin. C. de fidejussoribus*, ita Ang. *ibi colum.4. in princ. vers. secundò ostenditur.*

13 Quartò ex mente concedentis, qui verisimiliter non habuit respectum ad vasallum, de quo non cogitavit, ut *in cap.1. de fratr. de novo benef. investitus.* nam ignoranti nemo etiam jure agnationis agnascitur. *l. cùm nepos, D. de adoptionib.* Angel. *ibi colum.4. versic. tertiò probatur, & numero 7. vers. & ideo concludo.* ad principium enim attenditur, ex quo posterior formatur eventus. *l.1. Cod. de imponenda lucrat. descript. libro 10.* in principio enim sit fundamentum, in quo rei status recluditur, *leg. qui id quod D. de donat.*. Hinc causa prima semper intuenda est, quia magis influit in causatum, quàm causa secunda, de qua re plura ibi per Angel. *d. colum.6. num.7.*

DECISIO XXXV.

Utrùm Rex ex causa possit privare uxorem vasalli diu absentis possessione bonorum Regalium ad Coronam spectantium, quæ ipse ex donatione Regia possidebat, & an possit hujusmodi causam ad se evocare, & eam judicare?

SUMMÆ.

1. *Referuntur verba epistolæ Regis, per quam jussit fructus bonorum Regalium donatariorum diu absentium sequestrari.*
2. *Rex potest jubere, quòd sequestratio bonorum fiat, data justa causa, quæ ipsius arbitrio relinquitur.*
 Justa causa in hac materia quæ sit. Ibid.
3. *In sequestro faciendo requiritur partis citatio, nisi sit periculum in mora; quia tunc non solùm sequestratio fieri, sed etiam potest capi possessio per Regem.*
4. *Rex potest esse judex in sua propria causa, quando agitur cum ejus subdito, & vasallo.*
5. *Tenor provisionis Regiæ circa hanc materiam.*

POst pugnam Africanam, anni 1578. in qua multi nobiles Regni captivi fuerunt, Rex Henricus jussit diligentissimè inquirere de captivis, & de illis redimendis agere: quia tamen multi non apparuerunt, nec de eorum morte certò constitit, statuit, ut pro mortuis haberentur, & commendas pro vacuis habuit, tenças quas habebant extinxit; data super hoc provisione. Mortuo autem Rege Henrico, Rex Philippus bonæ memoriæ, idem statuit per alteram provisionem factam 20. die Septembris anni 1584. & per alteram in mense Julij, anni 1585. in quibus jussit fructus bonorum ad Coronam spectantium, prædictorum nobilium, sequestrari. Libet autem hic inserere capitulum Epistolæ missæ ab eodem Rege ad Archiducem Gubernatorem hujus Regni, anno 1584. xxx. die Aprilis, cujus tenor est:

Estando eu nesse Reyno se tomou assento que dos bens 1 *da Coroa, & das Ordens, que tinhão as pessoas que se acharão na batalha d'Africa de que ate então não avia recado certo, & que por seus falescimentos vagavão, eu podia prover como de cousas vagas, avisado por mortos os que as possuião: & porque estando ha tanto tempo vagos os bens de fulão, & fulão, aos Corregedores & provedores das comarcas onde os ditos bens estão, tocava tomar posse pera mim delles, & ao procurador de minha Coroa lembralo, vos rogo que me avizeis se o tem feito, como herão obligados, ou se ha algũa razão para deixarem de o facer pera com isso ver o que convem a meu serviço nesta materia.*

Cùm facta fuisset sequestratio fructuum horum 2 bonorum, conquesti fuerunt hi, quorum intererat. Pro parte Regij procuratoris allegabatur posse Regem id facere data justa causa, quæ justa causa Regis arbitrio relinquitur, ut est communis opinio ex Jas. *in l. si fidejussor. §. ult. D. qui satisdare cogant.* Abb. *in cap. dilectus, de sequest. possess. & fructuum.*

addi-

additio ad Capel. Tholos. *dec.*477. Guido Papæ *decis.*246. Alex. *cons.*163. *l.*2. *col.*2. & in hac materia justa causa est dilapidatio & dissipatio fructuum, ex Abb. *ubi supra, num.*7. eo maximè, si possessor non sit solvendo, ex Abb. *ibi num.*9. *in fin. & in cap.* 1. *n.*20. *eod. tit.* tradit Bart. post Gloss. *in l. Imperatores. §. fin. D. de appellat.* præcipuè si fructus magni valoris sunt, ita ut probabiliter non possit possessor solvere æstimationem illorum. *l. divus, o.* 1. ubi gloss. & Ang. *D. de petit. hered.* Arcbidiac. *in c. quia res* 11. *q.* 1. Abb. *in d. c. ultim.* Ang. *in d. l. Imperatores §. fin.* Bald. & Rom. *in l. si servum, D. de acquir. hered.* dicentes paria esse ad concedendum sequestrum, quòd quis dilapidet fructus, vel consumat in proprios usus, sequitur & commendat Curt. *de sequestr. notab.*2. *num.*9.

3 Et quamquam pro parte contraria respondebatur, quòd hoc fieri non poterat parte inaudita, requiritur namque in sequestro faciendo partis citatio, Ang. *in d. l. Imperator. §. fin.* Curt. *de sequest. q.*7. *n.*4. Respondebatur pro parte Regis, quòd hoc casu erat periculum in mora, quia timebatur de celeri fructuum consumptione, quo casu potest fieri sequestrum absque citatione partis. Abb. *in c.* 1. *col. fin. ad fin. de sequestr. possess. & fruct.* Curt. *ubi supra, d. q.*7. *n.*40. & non solùm potest fieri sequestrum, sed etiam capi possessio per Regem contra vasallum, data justa causa, Anton. Gabriel. *de restit. spoliat. concl.* 1. *limitat.* 57. *num.* 88. quod maximè locum habet, ubi istud Principis decretum est interpositum, ex justa causa, & cum causæ cognitione. Afflict. *decis.* 361. *n.*35. quamvis etiam non interveniente causæ cognitione, id velit Paris. *cons.*99 *n.*19. *vol.*4. Gabriel *ubi suprà, n.* 189. Menoch 8. *remed. recuperand. q.*2. *n.*67. & vide Capicium *decis.*77. *per totam.* Anchar. *cons.*262. & *cons.*463. sequitur idem Capie. *dec.*69. *n.*27. eò maximè, quia facto sequestro, Rex jussit ut pars audiretur de jure suo, oppositis exceptionibus, si vellet, quæ clausula justificativa resolvitur in citationem, ex Jas. *in l. ne quidquam §. ubi decretū notab.*5. *de officio proconsul.* Alex. *in l. si priùs, D. de novi operis nunciat.* Palat. *in l. si quando §.*3. *n.*33. *C. unde vi.*

4 Quòd autem Rex poterat avocare ad se causam istam, probat Afflict. *in prælud. constit. Regni.* Thom. Grammat. *voto* 28. Rip. *in cap. cùm M. de constitut.* Avendan. *de exequend. mandat. c.* 19. & potest Rex in sua propria causa Judex esse, quando agitur cum subdito suo, & vasallo, gloss. & Abb. *in cap. cùm venissent. de judiciis.* Bart. per text. illum *in l. proximè, D. de his quæ in test. delent.* Bald. *in l.* 1. *n.*2. *ad fin. C. ne quis in sua causa* per *l. & hoc Tiberius D. de hered. instituen.* Socin. *in cons.* 121. *colum.*7. *n.*16. *volum.*1. Maran. *de ord. judic.*6. *part. in* 2. *actu de appell. n.*34. Navarr. *in cap. novit. num.*47. *de judic.* & infertùs dicemus, & ita judicatum fuit.

Ad materiam autem videnda est provisio Regis, quæ est hujusmodi:

5 *Eu el Rey faço saber aos que este alvara virem que o senhor Rey Dom Henrique meu thio, que sancta gloria aja, por ser informado que muitas pessoas que forão com o senhor Rey Dom Sebastião meu sobrinho que deos tem, & com elle entrarão na batalha d'Alcaçar, (que tinhão & possuião bens da Coroa, & comendas, & outras propriedades das Ordens de nosso Senhor JESUS Christo, Sanctiago, & Avis) erão falescidas, & doutras não avia novas, nem recādo certo, mandou fazer muitas diligencias pera se saber no certo da vida, ou morte das taes pessoas por todas as terras, & lugares daquellas partes, & pella informação que ouve das pessoas que a isto enviou, & doutras que o bem sabião, de que tambem se mandou informar, assentou, & determinou comparecer dos do seu conselho, & doutros letrados per quē o mandou ver, que se devião aver por vagos os bens da Coroa que as taes pessoas mortas na dita batalha, ou depois de cativos, & de que não avia novo nem recado certo, tinhão & possuião, & mādou tomar posse delles, & proverenso as comendas das pessoas que cōforme a dita diligēcia tinhão por mortas. O que logo se não pos em effeito por falescero dito senhor Rey Dom Henrique, & sendo certificado do que elle acerca disto tinha assentado, & determinado & visto o muito tempo que passou depois da dita determinação, sem aver maes novo, nem recado certo de serem vivas as taes pessoas estādo eu ainda nestes Reynos o tornei a mandar ver & praticar com os do meu conselho, & outros letrados, & a todos, vistas estas cousas & razões, pareceo que eu devia aver os taes bēs por vagos & tomar posse delles como pello dito senhor Rey Dom Henriq. meu thio estava assentado & determinado: O que visto per mim mādei passar hūa minha provisão feita na cidade de Lixboa, a vinte dias do mez de Setembro do anno de 84. pera todos os Corregedores das comarcas destes meus Reynos, cada hum em sua Comarca se enformar das terras & bēs que estavão vagos pera minha Coroa, por morte dos pessoas que falescerão na dita batalha, ou por qualquer outra via que fosse, & de que não ouvesse nova, nem recado certo, & tomassem a posse por minha parte das taes terras & bens da Coroa, & os sequestrassem. E porque sou informado que algūas pessoas pretenderão provar que seus maridos, ou parentes erão vivos, & ouverão sentenças disso, & se querem aproveitar dellas nos bens da Coroa, & comendas sem embargo da dita determinação, & considerādo eu que as ditas sentēças dadas entre outras pessoas sem o meu procurador dos bens da Coroa ser ouvido, não podē prejudicar ao direito que pella dita determinação estava acquirido a minha Coroa. E como depois da dita batalha são passados tātos annos sem se saber nova certa de serē as ditas pessoas, que entrarão na dita batalha mortas, ou vivas, nem nunca depois escreverão nem derão novas de si, no qual caso o direito presume serem mortos, ey por bē, & mando que as pessoas que as taes sentenças ouverão, & por ellas pretendem ter posse dos ditos bens da Coroa, & comendas trotem juntamente da posse, & propriedade, pera que tudo se determine em hūa mesma sentença, & entre tanto os ditos bens estem sequestrados conforme a dita minha provisão, até se tomar final determinação nas ditas duvidas a qual quero que se guarde assi nos causas que por rezão das ditas sentenças (despois deste meu alvara) se moverem, como nas que ao presente pendem na casa da Relleçao ou em outra qualquer parte. Notifico o assi a todas minhas justicas, officiaes & pessoas a que este meu alvara for mostrado, ou o treslado delle authentico em modo que faça fe, & lhe o mādo que o cumprão & fação inteiramente comprir & guardar como nelle se contem sem duvida nem embargo algum que a isso ponhão, o qual alvara quero que valha como que fosse carta feito em meu nome, & passada pella chancellaria, posto que por ella não passe, sem embargo das Ordenaçoes do segundo livro que o contrario dispoem estevão da Gamma o fez em Madrid, a nove de Janeiro de 1588. Rey.*

DECISIO XXXVI.

An servitia facta per vasallos prętent jus agendi, & satisfactio transeat ad heredes?

SUMMÆ.

1. *Donans in causa lucrativa non tenetur de evictione, quod in Rege & in fisco etiam in contractibus onerosis speciale est.*
2. *Vasallus qui perdit feudum, non culpa sua, sed facto domini, tenetur dominus de altero feudo ei providere.*
   Papa conferens alicui beneficium, si postea sine causa illud auferat, tenetur ei providere de alio simili. Ibidem.
3. *Tenor sententiæ latæ in hac quæstione.*
4. *Debitum legale, & debitum morale, quid sit.*
5. *Debitum legale, & debitum morale in quo differant.*
6. *Princeps tenetur satisfacere benemeritis, quando producunt debitum legale: secus quando producunt debitum tantùm morale.*
7. *Obligatio ad antidora quæ sit.*
   Obligatus ad antidora si benefacienti remuneret, non dicetur propriè & simpliciter donare. Ibid.
8. *Obligatio ad antidora ad nihil certum obligat, ac proinde non inducit juris vinculum: si verò redigatur ad certitudinem, ab eo tempore vim veræ obligationis habebit.*
9. *Obligatus ex debito legali, etiamsi sponte solvat, & utatur verbo,* dono, *non censetur donare, sed debitum solvere.*
   Obligatus ex debito morali, si solvat, non censetur merè donare, sed potiùs remunerare. Ibid.
10. *Obligatus ad antidora tenetur beneficium referre congruo loco & tempore, alias vitium ingratitudinis incurrit, quod aliquando est peccatum mortale, aliquando veniale.*
11. *Debitum legale solvendum est statim ubi adest dies solutionis.*
    Debitum morale non tenetur quis illud reddere, nisi quando detur locus & tempus congruum, secundum quod exigit rectitudo gratitudinis, & secundùm uniuscujusque facultatem. Ibid.
    Debitum morale pendet ex decentia & honestate. Ibidem.
    Indecentia in Principe magis vituperatur quàm in aliis. Ibidem.
    Princeps debet esse director omnium dominorum. Ibidem.
12. *Miles, vel Dux, qui facit quod officio bonæ militiæ, vel Ducis convenit, nullam inducit obligationem nec etiam ex debito morali.*
    Qui pro honore Principis, & defensione patriæ pericula subeunt, & fortem fidelemq́; operam præstant, digni sunt favorabiliori remuneratione; quæ tamen remuneratio à nomine donationis non separatur. Ibid.
    Rex non tenetur, etiam ex debito morali, remunerare servitia facta per suos vasallos: secus si aliquid faciant ultra id ad quod ratione officii tenentur. Ibidem.
13. *Debitum morale cohæret personæ ex utraque parte, tam recipientis, quam remunerantis, & ideò ad heredes non transit.*
14. *Limitatur hoc quoad recipientem, ut non habeat locum in filiis & descendentibus; quia servitia patris ad filios transeunt.*
    Gloria, & nobilitas patris in filios transit. Ibid.
    Memoria Patris conservatur in filiis. Ibid.
    Filius & pater censentur eadem persona. Ibid.
    Filii remunerantur in jure, ex parentum meritis. Ib.
    Limitatur etiam quoad recipientem, nisi talia sint benemerita aut servitia, quæ perpetuam commiserationem requirant. Ibid.
15. *Limitatur superius dictum quoad remunerantem, quando quis propriis expensis melioravit res ad Regnum pertinentes, quarum utilitate successor in Regno utitur.*
16. *Obligatio antidoralis an transeat ad heredes illius, qui donationem fecit.*

ET videtur quòd non, ex notatis ad *cap. inter cæteras de præbend. l. ultim. C. de præpos. agent. in rebus, & in l. 1. C. de privilegiis eorum, qui in sacro palat. milit. lib. 12. & in l. cùm navarchorum, de navicul. & naucl. libr. 12. cap. 1. de investit. de re alien. cap. 1. si de feud. vasallus, &c.* & gloss. *in cap. 1. de allodiis,* refert plura Pinel. *in l. 1. C. de bon. matern. 3. part. n.° 60.* nec tenetur Rex de evictione, cùm donatarius prætendat causam lucrativam, & liberalitas donatoris ei non debet esse nociva *l. ad res donatas D. de adilitio edict.* tradit Gom. *de contract. c. 2. n. 25.* Quod in Rege & in fisco etiam speciale est in contractibus onerosis, ut de evictione non teneantur, *l. si procurator. D. de jure fisc.* gloss. *in l. si dictum. D. de evict.* ubi Paul. Parisi. *cons. 101. nu. 14. libr. 1.* Marcus Anton. Peregrin. *de jure fisci lib. 6. tit. 4. num. 37.* 1

Verum tamen est, quòd si vasallus perdit feudum, sine culpa sua, sed facto domini, tenetur dominus de alio feudo ei providere, ita tenuit gloss. *in cap. 1. §. Ad hæc verbo, non potest de pace jurament. firmand.* & per illam gloss. infert ibi singulariter Bald. quòd si Papa alicui contulit beneficium, & posteà abstulit sine causa, tenetur ei providere de alio simili, quod dicit esse notandum, sequitur Felin. *ubi supra, d. num. 28. vers. facit gloss.* & Jalon etiam *ubi supra, num. 42. & 43. in fin.* licet dubitationem moverit in principio, qui tandem videtur residere cum Abb. & Cardinal. quos citat. idem tenet additio ad Bart. *verbo, tale remedium, in fin. l. prohibere. §. planè D. quod vi, aut clam.* 2

Et ita judicatum fuit, tenor sententiæ hujusmodi est:

Acordão em Relação, &c. Vistos estes autos libello do autor Bernaldim de Sousa contrariedade do procurador da fazenda do dito Senhor, & prova dada: mostrasse el Rey Dom Sebastião que aja gloria no anno de setenta & sois fazer merce a Diogo Lopez de Sousa Governador que foi desta cidade de Lisboa da sua Comenda de Sovre para por sua morte vir Antonio de Sousa seu filho, & que pudesse fazer dous lagares novos na ribeira da dita villa de Sovre a metade à custa da fazenda do dito Senhor, & a outra a metade à custa do dito Governador, & que os ditos lagares ficassem na sua comenda com a qualidade dos outros: & por o dito Antonio de Sousa morrer na batalha, se mostra el Rey Dom Henrique fazer merce ao mesmo Governador Diogo Lopez por respeito de seus serviços, & da morte do dito seu filho, que na dita comenda podesse nomear hum de 3

seus

seus sobrinhos filhos de Vasco de Sousa seu irmão, & por virtude da dita merce nomear ao A. seu sobrinho, na dita comenda assi, & da maneira que o dito Governador a tinha, mostrasse que estando o A. em posse desta comenda com os dous lagares novos, o Reitor, & padres da Orden de nosso Senhor JESU Christo do Collegio da cidade de Coimbra lhe moverem demanda sobre os ditos dous lagares, & lhos tirarem per sentença, & por lhe forem assi tirados pede o A. satisfação delles por dizer serem dados ao dito Diogo Lopez de Sousa seu tio por serviços que tinha feitos a Coroa destes Reynos, & por seu filho Antonio de Sousa lhe morrer na batalha d'Alcacere: mostrasse por parte do Procurador da fazenda do dito senhor, a Rainha Donna Caterina, que esta em gloria (governando estes Reynos) ser feito merce, no anno de cinquoenta e oito ao dito Collegio de Thomar da cidade de Coimbra dos lagares novos que se fizessem na dita ribeira, vagando a comenda aque fossem annexos: & por virtude desta doação, que foy primeiro feita serem tirados os ditos lagares ao A. & por esta razão lhe não estar a fazenda do dito senhor obrigada a satisfação algũa por via de justiça ordinaria, porque posto que nas cartas das merces que os Reys fazem a seus vasallos se ponha clausula serem feitas por seus serviços, nem por isso fica a dita merce sendo por titulo oneroso, nem os vasallos ficão tendo anção pera os poderem pedir per anção em contraditorio juizo, & são mais doações & merces que lhe fazem que contratos onerosos e & quando os serviços se não satisfazem requerem os vasallos a satisfação dos Reys por petição de graça & merce, & não per libellos em juizo, principalmente quãdo os Reys não tirão vasallos as merces que lhe tem feitas, & somente as tirão alguns terceiros por dizerem que tem direito nas cousas doadas, & nesta merce que o dito senhor fez a Diogo Lopez de Sousa de lhe dar a comenda pera seu filho, & sobrinho, lha foe visto dar da maneira, & direito com que lha podia dar, & tirandose parte della ao autor, não fica o dito senhor obrigado a satisfação de justiça, & se lhe podera o A. pedir merce achando que não estão satisfeitos os serviços do dito Diogo Lopez de Sousa com a dita comenda. O que tudo visto, & o mais dos autos, & disposição de direito em tal caso, absolvem ao Procurador da fazenda do pedido pello A. sem sem custas, por ser entre o Procurador da fazenda do dito senhor, & seu vasallo a xxj. d'Agosto de 93. Scrib. Alvaro Teixeira.

4 Ut tamen de hac quæstione vera resolutio habeatur, præmittendum est, debitum in duas dividi species: quoddam enim dicitur debitum legale, quoddam verò dicitue debitum morale. Debitum legale dicitur, quod debetur secundùm leges, ac ita ad quod solvendum quis necessitate restringitur. *in principio instituti. de obligat.* & ad quod petendum competit actio, qua jus illud in judicio prosequitur, *in principio institut. de actionibus.* Debitum verò morale dicitur, quod non debetur secundùm leges, ac ita ad quod solvendum necessitate quis non astringitur, nec pro eo competit actio, quæ in judicio intentari possit, sed tantùm dicitur debitum ex quadam decentia, & morali honestate. ita D. Thom. 2. 2. *quæstio.106.art.4.ad 1.& quæst.117.art.5.ad 1.*

5 Inter hujusmodi debita longè est differentia, quia in debito legali, si illud tempore debito non solvamus, dicimur retinere alienum, *l. qui actton. D. de reg. jur.* & peccatur contra justitiam commutativam, & quando solvitur, propriè dicitur restitutio. Ceterùm in debito morali cùm nulla necessitate astringamur, nec adversus nos competat actio, non dicemur retinere alienum, nec dicemur peccare contra justitiam commutativam; & consequenter si postea remuneramus, non dicimur restituere, sed potiùs de novo donare, remunerando: quia licet id ex honestate faciamus, liberalitas tamen est. *l. cum plures 13. Paragrapho fin. D. de administrat. tutor.* D.Thom. 2.2.*q.62. art.1.ad 1.* Sot.*libr.4.de justit.& jur.q.6.art.1.column.1.*

Hoc præsupposito, ita distinguendum est: Si 6
benemerita sint talia, ut producant debitum legale, tunc sine dubio Princeps tenetur ad illa solvenda: & licet sponte solvat, non dicetur donationem facere, sed potiùs id, quod ex necessitate debebat solvere: sed si benemerita talia sint, ut non producant debitum legale, sed tantùm morale, tunc Princeps non cogitur illa remunerare: & si sponte facist, illud propriùs censebitur pura donatio, cùm nullo jure cogente id fecerit. *l. donari.* cum Gloss. *D. de regul jur.* & ita hanc distinctionem probat Pinel.*l.1.C.de bon.matern. 3.p.n.60 vers.mihi semper, & a numer.62.* quod etiam post Aymon. probavit Covarruvias *in cap.cùm in officiis, de Testam.* Tellius *l.Taur.28.n.3.* Ægid.Bossius *tit.de Principe,n.152.* qui inquit, quod si Princeps concedit aliquid ob benemerita, ad quæ tamen solvenda cogi non poterat, dicitur liberalitas, & titulus lucrativus; secus si ad illa solvenda tenebatur: cùm enim ex necessitate concedat, non censebitur donatio, sed titulus onerusus, quod etiam sentit Molina *de primogenitis. cap.ult. num.49. lib.4.*

Advertendum tamen est, quod licet primum 7
membrum distinctionis sit verum, secundum indistinctè intellectum minimè est verum; quia licet certum sit, quod obligatio ad antidora propriè non sit obligatio inducens juris vinculum, sed tantùm sit quidam instinctus sive motus animi, quo movemur ad benefaciendum benefacienti, ut explicat Gloss. *l. sed & si lege. Paragrapho consuluit. verb. obligaverint. D. de petit. hered.* gloss. *l. ex hoc jure, verbo, obligationes in fin. D. de justit. & jur.* & ibi Bart. *num.11.* Paul. *num.36.* qui dicunt hunc motum animi non fuisse redactum ad præcepta juris, sed relictum fuisse in sua natura, & ita est gloss. *in l. si non sortem, §. libertus, verbo, natura. supra. de condict. indebit. gloss.1. cap. cùm in officiis, de testam.* Afflict. *lib.1. constit.89. num.1.* tamen si quis secutus hunc naturalem animi motum, benefacienti remuneret, non dicetur simpliciter donasse, cùm aliquo modo esset ad hoc obligatus, ita ut id debitum appellet. text. *in l. si pignore. 56. post principium, D de furt.* & obligationem appellet, text. *in l. sed et si lege §. consuluit. D. de petit. hered.* & satis patet ex eo, quod debitum morale appellatur: & hac ratione licet donatio sit, quia nullo jure cogente eam quis fecit, tamen mera & simplex donatio dici nun debet, & ideò eam remuneratoriam appellamus, ut explicat Jul. Clar. *§. donatio. quæst.3. in princ.* & ante eum Gloss. *d. l. sed et si lege. §. consuluit. verbo, obligaverint. in fin.* facit *l. Aquilius. D. de donat.* notabiliter Jas. *cons.73. column 3. ad med. lib.3.* Anchar. *cons.295. num.11.* & Covarruv. *in cap. cùm in officiis, de testam.* Baëca *de non meliorand. cap.17. a num.14.*

8 Facit etiam, quia obligatio ad antidora ideò non obligat, quia est omnino incerta, ad nihil certum obligans, & ideò etiam nullum adjicit vinculum. *l. ita stipulatus. D. de verborum obligat.* Paul. *d. l. ex hoc jure. num. 36. D. de justit. & jur.* Si ergo hæc obligatio per solutionem posteà redigatur ad certitudinem, ab eo tempore vim veræ obligationis habebit, ut eleganter considerat Fortun. *l. 1. §. jus naturale. a num. 61. D. de just. & jur.* & consequenter operabitur illos effectus, de quibus per Jas. *in d. l. ex hoc jure.* & per Felin. *in cap. novit. de judiciis.*

9 Unde distinctio de qua suprà, debet accipi in hoc sensu, ut si debitum sit legale, & obligatus sponte solvit, non videatur donasse, sed magis debitum solvisse, etiamsi utatur verb. *dono.* Bald. *in l. qui se patris, num. 14. C. unde liberi.* Sed si debitum morale solvat, videbitur quidem donasse, sed non merè, atque ita remunerasse; quia licet non intercesserit obligatio tanta, quanta sit necessaria ad hoc, ut peti possit ex rigore justitiæ, intervenit tamen obligatio antidotalis, jus debitæ gratitudinis, quæ nomen meræ liberalitatis excludit. Navarr. *in apolog. de reddit. quæst. 1 mon. 82. num. 6.* & in specie contra Bossium, & suprà relatos, quod quæcumque benemerita sufficiant, ut donatio non dicatur mera liberalitas, sed remuneratoria, & locum habeant effectus, quos DD. tribuunt præd. donationi, resolvit Roland. *cons. 13. à num. 59. lib. 3.* Riminald. Jun. *in princ. institut. de donat. num. 92.*

10 Secundo distinguendum est, quod qui obligatur ad antidora, & sic tenetur debito morali, congruo loco & tempore tenetur referre beneficium, alià incurrit vitium ingratitudinis, quod aliquando est peccatum mortale, aliquando veniale, juxta tradita per utrumque Thom. 2. 2. *quæst. 106. art. 3.* & ita Covarruv. *in cap. cùm in officiis, n. 10. de test.* Navarr. *in Apolog. de reddit. q. 1 mon. 82. num. 6.* & impellitur tunc ex congruo, licet non ex necessitate. Bart. *in l. 1. num. 65 C. de dignit. lib. 12.* nec incurrit peccatum, quasi retineat alienum, & non restituat, ut suprà dictum est; sed quatenus ex hoc incurrit vitium ingratitudinis.

11 Hæc autem est differentia quoad hoc inter debitum morale & legale, quia debitum legale solvendum est statim, ubi adest dies solutionis: quia alias non servatur justitiæ commutativæ æqualitas, si unus retineat rem alterius absque ejus voluntate: sed debitum morale, cùm inducat obligationem in genere, ut benefacienti benefaciamus, numquam tenemur illud reddere, nisi quando adfuerit locus, & tempus congruum, secundùm quod exigit rectitudo gratitudinis, & secundùm suam facultatem. D. Thom. 2. 2. *quæst. 106. artic. 4. ad 1.* idque maximè in Principe obtinet, quia cùm hoc debitum morale ex decentia & honestate pendeat; omnia indecentia in Principe magis vituperatur, cùm debeat esse director omnium dominorum, *cap. super eo. numer. 4. de heret. in 6.* & turpissimum est Principi ab honesto recedere. Marius Salam. *in l. Princeps. numero 5. D. de leg.* Roland. *cons. 66. in fin. lib. 2.*

12 Ex quo infertur, quod ubi miles vel Dux facit illud, quod officio bonæ militiæ vel Ducis convenit, ex hoc nulla insurgit obligatio ad antidora, etiam quæ inducat debitum morale; nam cùm faciat id ad quod tenetur, ex hoc nulla alteria debet obligatio oriri, ita post alios resolvit Rip. *in l. femina. n. 41. C. de secundis nupt. & l. si umquam. n. 3. C. de revocand. donat.* & ibi Tiraq. *verbo, donatione largitus. n. 92.* Palat. *in repetit. rubricæ. § 50. n. 33.* Curt. Jun. *l. si donatione. n. 20. C. de collat.* Et hinc dicit Pinel. *in l. 1. C. de bon. matern. 3. p. n. 62. vers. infertur 14.* quod si subditi pro honore Principis, vel defensione patriæ pericula subierint, fortem fidelemque operam præstiterint, digni quidem erunt remuneratione. *l. fin. C. de præposit. agent. in reb. lib. 12.* & hoc pertinet ad bonum Reipublicæ regimen, & erit remuneratio tunc favorabilior, sed à nomine donationis non separabitur, cui addo Afflict. *decis. 307. num. 3.* dicentem, quod si vasallus Regius ei præstitit servitia, non tenetur Rex, qui recipit servitium debitum, etiam ex debito morali illud remunerare, quia recepit quod sibi debebatur: quibus tamen addo, quod si aliqui faciant ultra id, ad quod ratione officij tenentur, in eo excessu beneficium erit evidens debitum morale ad antidora, ut tradit D. Thom. *2. 2. d. quæst. 106. art. 3. ad 4.*

Infertur etiam, quod debitum hoc morale co- 13
hæret personæ ex utraque parte, & ideò ad heredes non transit, juxta reg. *l. unic. Paragrapho ne autem, C. de caduc. tollend. & l. quia personale. D. solut. matrim.* similiter, quod & ex parte recipientis censeatur obligatio personalis, in specie probat text. *l. vivus libertus, D. si quid in fraud. patron.* per quam dixit Bart. *in l. ambitiosa, numero 4. D. de decret. ab ordin. faciend.* quod remuneratio ex parte remunerantis est personalis, adeò quod potest gravare heredem, ut aliquem remuneret. Jason. *in l. ex hoc jure, numero 72. D. de justit. & jur.* Covarruv. *in cap. cùm in officiis, num. 11. de testam.* Afflict. *decis. 308. num. 13.* hinc concludens, quod Rex non tenetur remunerare servitia facta prædecessori. *& dec. 370. num. 17.*

Habet tamen prima pars hujus distinctionis eam 14
limitationem, ut tamen ex persona illius, qui servitia facit, transeat ad ejus filios, & descendentes, ita tenet Bald. *consil. 355. premittendum, numer. 5. libro 1.* quia gloria & nobilitas patris in filios transit, sequitur Socinus *cons. 84 numero 7. libro 3.* inquiens, ea ratione esse, quia memoria patris conservatur in filiis. *l. liberorum, in fin. D. de verborum signific.* & quia censetur eadem persona cum patre. *l. fin. C. de impub. & aliis.* & idem Dec. *cons. 262. numero 7.* Unde & filij remunerantur in jure ex parentum meritis. *l. nemini. & l. petitionem. C. de advocat. divers. judic.* Roman. *cons. 29. ad medium.* id tamen declarat Alciat. *cons. 303. numer. 22.* quod obligatio remunerandi non transit ad successores, nisi talia essent benemerita, quæ perpetuam commiserationem requirerent, propter eorum remunerationem; tunc enim hæc ad filios transmitterentur, aliàs secus.

Secunda autem pars distinctionis eam recipit li- 15
mitationem, nisi quis propriis expensis melioravit res ad regnum pertinentes, quæ nunc in regno reperiuntur, & quarum utilitate successor nunc in regno utitur; tunc enim ad illa servitia hoc casu tenebitur, argum. *cap. 1. de solut.* & tradit Joan. Andreas *in cap. ex præsentium, de pignoribus.* & eleganter in simili Alciat. *responsion. 38. per totam.*

Et

16 Et quod obligatio antidoralis non transeat ad heredes illius, qui donationem fecit, arg. *l. quia tale. C. de solut. matrim.* tenuit Ang. de Perigl. *in l. si fundum per fideicommiss. col. 2. ad fin. D. de leg. 1.* licet Jas. *ibi n. 23. ad fin.* dubitet levi fundamento. idem colligitur ex Bart. *l. qui doti, n. 14. D. solut. matrimonio.* & ibi Jas. *n. 61.* colligitur ex *l. si verò non remunerandi §. idem Papinianus D. mandati.* conjuncta *l. si fundum. §. per fideicommissum, D. de legat. 1.* secundùm intellectum Bart. *ibi n. 1.* & Jas. *n. 24.* Et vide fratrem meum Gonçallum Mendez de Vasconcellos *libr. 3. divers. jur. arg. c. 8.* ubi optimè de hac quæstione agit.

DECISIO XXXVII.

An donatarius Coronæ possit alteri donare, circa intellectum Ordin. *libr. 2. tit. 35. §. 18.*

SUMMÆ.

1. *Donatio bonorum Regia Corona facta à donatario cum consensu Regis, & ab eo confirmata, censetur facta per Regem quoad omnes effectus.*
2. *Actus, qui fieri non potest absque alicujus licentia; censetur factus ab eo, qui licentiam concessit.*
3. *Ponitur forma, qua olim concipiebantur Scriptura donationum cum licentia donandi alteris.*

1 VErba Ordin. hæc sunt (*declarou que a tal doação se podia fazer com expressa authoridade delle dito Rey.*) Colligitur ex hac lege, quod quando donatarius bonorum Regiæ Coronæ donat de consensu Regis, & Rex confirmat, hujusmodi donatio censetur facta per Regem quoad omnes effectus.

2 Ratio ea est, quia Princeps licentiam & facultatem concedendo, ipse est, qui donare videtur, ut est text. notabilis *in l. in adibus, § quod filiusfamilias. D. de donat.* ubi probatur, quod quando aliquis actus non potest fieri absque alterius licentia, censetur ab illo factus esse, qui licentiam concessit. Romanus *cons. 98.* Omnia namque nostra facimus, quibus auctoritatem nostram impartimur, *l. 1. versic. omnia Cod. de veteri jur. enucleando.* tradit eleganter, & ferè in specie Molin. *de primogen. lib. 4. c. 3. n. 8.* qui id optimè declarat *eod. cap. n. 24.*

Quam quæstionem vidimus in facto in processu Comitis do Demyra Doni Sancij de Noronha contra Didacum Lopes de Sousa, super oppidis de Eixo, & Requeixo, & aliis, scriba Petro Almirante, in quadam donatione facta à Duce Brigantiæ, cum licentia Regis, avo ipsius Comitis do Demyra.

Quia autem in alio processu invenimus alteram donationem similem huic, factam per Regem Duci Brigantiæ cum licentia donandi alteri; eam hîc transcribere mihi visum fuit; nec enim inutile erit scire formam, qua similes Scripturæ donationum olim concipiebantur.

3 *Dom Affonso por graca de Deos Rey de Portugal, & do Algarve, & senhor de Cepta, & d'Alcacere en Africa. A quantos esta carta virem fazemos saber que querendo nos fazer graca, & merce a Dom Fernando Duque d: Guimarães nosso muito amado, & presado sobrinho por muitos serviços que nos, & nossos Reynos delle recebemos, & a diante com a graca de Deos esperamos receber, desejando de lhe galardoar em algũa parte seus merecimentos como pertence ao bom Rey, & senhor facer ao seu bom vasallo, lhe fazemos pura, & simples, & irrevogal el doação antre vivos deste dia pera todo sempre valedoura da terra, & senhorio, & julgado de Ferreiros do Bispado de Lamego, o qual elle ora tem, em sua vida somente per doação que lhe della fez o Duque de Bragança seu padre por nos confirmada, que isso mesmo a tinha de nos em sua vida, o qual lha deu com condição que falescendo elle dito Duque de Guimarães sem filhos, ou descendentes lidimos a dita terra a tornasse a elles, &c. Segundo na dita doação por nos confirmada mais compridamente he contheudo, & ora nos querendo lhe fazer graca & merce pello que dito he de nosso moto proprio certa sciencia, & poder absoluto que pera ello avemos, lhe damos & doamos a dita terra no dito Duque de Guimarães nosso sobrinho pella guisa que dito he, com todo seu senhorio, & propriedade, & jurisdição civil, & crime, mero, & mixto imperio, reservando pera nos correição, & alcada, & com todos os outros direitos raes, & padroados de igreias, & rendas, foros, tributos, & pertencas, assi & pella guisa que o dito Duque seu padre, & elle tinhão, & tem em suas vidas, & asa de juro, & herdade pera todo sempre, pera si, & todos seus descendentes segundo ley mental, com todos aquelles privilegios, honras, & prerogativas, & liberdades que tem nas outras suas terras que são de juro, & herdade: & mais outorgamos lhe poder, & faculdade, que possa fazer della merce, & doação pera sempre, ou a certo tempo a quem lhes aprouver per tal guisa porem que as appellacoẽs venhão dante aquelle aque elle der, ou a elle, & a seus herdeiros delles a nos, & que o dito Duque, & herdeiros seus descendentes possão por si, & seus ouvidores conhecer das appellacoẽs da dita terra, & outro nenhum não & falescendo o dito Duque nosso sobrinho, sem filhos ou herdeiros descendentes, que a dita terra fique aquelle aque assi o dito Duque der ou a seus herdeiros, & descendentes do dito donatario, pella guisa, & maneira qua nos damos & custumamos dar as outras terras aos fidalgos de nossos Reynos, & por quanto em adoação que o dito Duque tem de seu padre por nos confirmada se contem como acima faz menças, que falescendo elle sem filhos, ou descendentes lidimos a dita a terra fique ao dito seu padre, segundo que a de nos tinha em sua vida, a nos praz que no dito caso a dita terra fique ao dito Duque seu padre em sua vida segundo em sua doação he contheudo, & a seu falescimento que a dita terra fique a nos, & queremos, & outorgamos que logo então,* ipso facto, *fique per esta nossa doação que lhe fazemos d'agora pera então aquelle a que o dito Duque de Guimarães dantes dada tiver, & a seus herdeiros, & descendentes de juro, & herdade como ja dito he, & que possão logo per si, & seus procuradores aver, & tomar a posse della por sua propria authoredade, & pera esta doação ser melhor, & mais valedoura revogamos de nossa certa sciencia quaesquer leis & direitos, & ordenacoẽs, foros stylos, & custumes que em contrario sejão, ou ser possão em algũa maneira. Porem mandamos a todas as justicas, & pessoas de nossos Reynos aque esto pertencer, & esta nossa carta for mostrada, ou treslado della em publica forma, que a cumpraes, & guardees inteiramente assi & pella guisa que se em ella contem, porque assim he nossa merce sem outro algum embargo nem duvida que a ello ponhaes dada em Restelo xv. d'Agosto Martim Lopez a fez anno de nascimento de nosso Senhor JESU Christo 1471. Pedindonos o dito Duque meu sobrinho per merce que lhe confirmasse mes a dita carta, assi como nella he contheudo, & visto por nos*

seu

seu requerimento. E querendo lhe fazer graça, & merce, temos por bem, & lhe confirmamos, & avemos por confirmada assi & da maneira que nella se contem, & se mester faz visto e devido que o dito Duq. com nosco ha, & os muitos serviços que os donde elle descende a Coroa de nossos Reynos fizerão, & a os que ao deante delle esperamos receber, com outros bens respeitos que nos a ello movem, & querendo lhe fazer graça & merce de nosso moto proprio, certa sciencia, livre volodade, poder real, & absoluto lhe damos, & doamos, & fazemos pura, & irrevogavel doação, & merce deste dia pera todo sempre pera elle, & todos seus herdeiros, & successores, & descendentes de todo o em a dita carta contendo pella guisa, & maneira que em ella se faz menção. Porẽ mandamos aos nossos veedores da fazenda: & ao nosso Corregedor da Comarca; & juizes & justiças, contadores, & almoxarifez, escrivaẽs, & pessoas outras aque esta carta for mostrada, & o conhecimento della pertencer que fação comprir & guardar a dita nossa carta de confirmação, doação, & merce assi como por nos he mandado, & doado, & confirmado, sem embargo de quaesquer leis, grosas, ordenacoẽs, foros, façanhas, opinioẽs de Doutores capitolos de Corte, que contra isso sejão porque em quanto contra isso forem os avemos por revogados, & annullados de nenhum vigor, & queremos que esta nossa carta valha, & tenha assi como nella he contendo, metendo logo de posse ao dito Duque meu sobrinho de todo o que dito he, como por nos he mandado, & por esta isso mesmo lhe damos lugar, & authoridade que elle per si & seus officiaes possa, & tome, & mande tomar as posses das ditas cousas conthendas na dita carta, & de cada hũa dellas, &c.

DECISIO XXXVIII.

An Ordinatio *lib.2. tit.45. §.2. & §.5. & 6.* ibi, *em as terras que de nos teverem, &c.* intelligatur, sive habeant per donationem, sive per contractum.

SUMMÆ.

1. *Facti species.*
2. *Correctio, seu majoria pertinet ad supremam Regis superioritatem.*
   Ea quæ pertinent ad supremam Regis superioritatem, non censentur donata, nisi expressè & specificè donentur. Ibid.
   Ut Regalia veniant in concessione oportet, quòd de illis specifica mentio fiat, aliter non censentur concessa. Ibidem.
3. *In concessione facta cum omni jure, quod habet Rex, non videntur concessa jura, quæ habet tamquam Rex.*
   Ea quæ sunt speciali nota digna, si non exprimantur, omissa videntur. ibid.
   Concessio generalis non extenditur ad ea, quæ exigunt specificam concessionem. Ibid.
4. *Quæ prohibentur in minoribus, à fortiori in majoribus prohibita censentur.*
5. *Quæ non sunt solita concedi, etiam non sint de reservatis Principi, non comprehenduntur in generali concessione.*
6. *Ordin. l.2. tit.45.§.6. an procedat tantùm in donatariis, qui habent terras per donationem, an etiam in illis, qui eas habent per contractum.*
   Negativa absoluta omnes casus includit. Ibid.
   Negativa indefinita æquipollet universali. Ibid.
   Verbum (qualiscumque) *importat omnimodam generalitatem, sine ulla exceptione. Ibid.*
7. *Dispositio Ord. in d.§.6. habet locum in omnibus donatariis, sive habeant terras per donationem, sive per contractum, & ita judicatum fuit.*
8. *Domini terrarum utentes jurisdictione, quam non habent suspenduntur tali jurisdictione.*
   Utens jurisdictione, quam non habet, vel officio magistratus, committit crimen læsæ Majestatis, vel falsi. Ibidem.

EL Rey Dom Dinis per seu procurador Affonso Rodriguez fez hũa troca com Ruy Martins, & sua molher na era de 1338. & lhes deu os villar, ou julgado de são Ceris, pello lugar que elles avião de Caçarelhos pera o fazer aldea do termo de Miranda do Douro, & na escritura do escambo dixe assim. Convem a saber que eu dou a esse em escambo a aldea de são Ceris com todos seus termos novos, & velhos, & com todas sas pertenças, & com todos foros, & direituras, & com todo senhorio real que hiel Rey avia, assi como he conthendo na carta de foro que desse senhor os homens da dita aldea tem, & como elles con el Rey usavão, que assi se use ende elles, & prestem daqui adiante, &c. ate qui são palavras do contracto, pellas quaes se duvidou se fez visto conceder el Rey, que non entrasseo seu Corregedor no dito julgado de são Ceris: ou que o ouvidor de Ruy Martinz, & de seus successores podesse usar de Correição, como fazer as eleicoes, & confirmalas, & conhecer dos aggravos dos juizes, ou se devião estes antes pertencer ao Corregedor da comarca? 1

Quæ quæstio in senatu cùm contigisset, pro parte Regis allegatum fuit primò, quod ex illo contractu non resultat talis donatio; est enim correctio, seu majoria (ut Castellani vocant) de iis quæ supremam Regis superioritatem concernunt Ordin. *lib.2.tit.45.§.8.* nec censetur concessa, nisi verbis specialibus concedatur. Ordin. *d.§.10. cum aliis eod. tit.* hæc enim quæ concernunt superioritatem Regis, non censentur donata, nisi expressim, & specificè donentur, Ordin. *dict.§.10. in vers. Porem não he nossa tenção.* Glos. notabilis, *verbo, expressè. in clem.2. de præbend.* quam sequitur Abb. *in cap. ad aures. de rescript.* Felin. *in cap. translatio. de constit.* Afflict. *decis.44.num.12.* Alciat. *in l. cùm quis. num.39. D. si cert. petat.* Alberic. *in l.1. in fin. D. de officio ejus.* Afflict. *in cap.1. numer.34. de Capitaneo qui curiam vendid. in vers. feud.* & per plura argumenta tradit Ægid. Boss. *de Regal. num.24. & seq.* & ideò ad hoc, ut Regalia veniant, oportet quod de illis specifica fiat mentio, nec aliter censentur concessa, ut per Boss. *ubi supra, num.29.* quem sequitur Alvar. Vaz. *de emphyt. q.8. num.35. ad fin.* ubi subdit, quod ita se habet stylus concessionum, quæ à Rege fiunt in hoc regno, & latè superiùs diximus, & inferiùs iterùm dicemus. 2

Secundò allego in terminis decisionem Alberici *in l. fin. in fin. C. de jurisdict. omnium jud.* dicentis, quod in concessione Castri cum omni jure, quod ibi habet Rex, non videntur concessa jura, quæ habet tamquam Rex, sequitur Laudens. *de Principe, conclus.115.* & Alvar. Vaz *ubi sup. n.34. ad fin.* ubi id confir- 3

confirmat ex eo, quod speciali nota & mentione digna, si non exprimantur, omissa videntur: tum etiam ex eo, quod generalia concessio non extenditur ad ea, quæ exigunt specialem concessionem.

4 Tertiò, quia si hoc procedit in quibuscumque juribus Regalibus, à fortiori procedet in iis Regalibus quæ sunt Principi reservata, ut per Boss. *dict. titul.* 29. quem sequitur Alvar. Vaz. *ubi sup.* quod multis comprobat Felin. *in cap. qua in Ecclesiarum, num.* 32. *vers. quarta declaratio. de constitut.* post gl. magistram. *in cap. quoad translationem de offic. legat.* & cùm correctio, seu majoria sit de reservatis, benè sequitur, quod non comprehenditur in illis verbis, *que da todo o senhorio que no dito julgado de saõ Certo lhe competia.*

5 Quartò, quia id etiam majori ratione locum habet, quando jura Regalia ea sunt, quæ non sunt solita concedi: tunc enim etiamsi non sint de reservatis, non censentur in concessione generali comprehendi, ut per Bart. *in l. fideicommissa. §. si servo. D. de legat.* 3. sequitur Anton. Gabriel. *lib.* 6. *de consuetud. conclus.* 1. *num.* 34. *vers. secundò amplia.* post Barb. *in d. cap. quoad translationem.* & Jacobi de S. Georgio *in sua investitura verbo, Princeps §.* 2. Zasium *de feud. fol.* 29. *in parva stampa.*

6 Nec obstabat id quod dicebatur ex parte adversa, Ord. *in d. §.* 10. loqui in donatariis per donationes, hoc verò casu non fuisse donationem factam, sed permutationem, & contractum, per illa verba, *todo o senhorio real.* Respondetur namque, quod Ordin. illa generaliter loquitur in omnibus dominis terrarum, & sic sive per donationem, sive per contractum, quod patet ex illo verbo, *que nenhum senhor de terra en terras de qualquer estado.* Illud enim verbum, *nenhum*, est negativa absoluta, quæ omnea includit, arg. text. *in l. si is qui ducenta. §. utrùm. D. de reb. dubiis.* negativa enim indefinita æquipollet universali, ut per Bart. *in l. si pluribus, D. de legat.* 2. latè Tiraq. *in l. boves. §. hoc sermone. D. de verb. signific. limitat.* 7. *numer.* 5. Pondero item verbum, *qualquer*, quod omnimodam generalitatem importat, sine ulla exceptione, ut per Abb. *in cap. solita. de majorit. & obedient. notab. ult.* Bald. *in l.* 2. *num.* 34. *D. de rerum divisione.*

7 Et ita judicatum fuit, quod sive donatarius habeat terras per donationem Regis, sive per contractum, omni casu, in illis habet locum dispositio Ordin. *d. lib.* 2. *titul.* 45. §. 10. quæ generaliter loquitur, sub pœnis ibi contentis: in processu Alfonsi Caplco contra Procuratorem Regium, Scriba Petro Almirante, anno 1588. mense Januarij.

8 Et adde, quod per illam Ordin. *d. §.* 10. cum aliis ejusdem tit. domini terrarum utentes jurisdictione, quam non habent, suspenduntur tali jurisdictione, §. 13. & 56. *ejusdem legis.* Imò utens jurisdictione, aut utens officio magistratus, cum illo careat, committit crimen læsæ Majestatis. *l.* 3. *§. ultim. D. ad l. Jul. Majest.* vel crimen falsi. *l. qui nomine. l. eot. Cod. de fals.* Capel. Tolosana *quæst.* 4.

DECISIO XXXIX.

Donatio Principis ex quo tempore tribuat jus donatario ad faciendos fructus suos rei donatæ, an à tempore factæ concessionis, id est, cùm Princeps dixit, *fiat*: an ex quo concessionis & donationis charta transiit Cancellariam?

SUMMÆ.

1. *Facti species.*
2. *Collata in diem certum, vel in conditionem, adveniente die, vel conditione, incipiunt deberi.*
3. *Bona donata a Rege patri & ejus filio, quem testamento nominaverit, non dicuntur vacare post mortem patris; imò donatio ad filium prorogatur, & eadem cum prima censetur.*
4. *Fructus rei donatæ debentur à tempore factæ concessionis, non autem à tempore quo litteræ in Cancellaria expediuntur.*
   Eo ipso quod Papa dicit, fiat, censetur gratia facta, absque alio adminiculo litterarum. Ibid.
   Litteræ non expediuntur ad essentiam gratiæ, sed tantùm ad probationem. Ibid.
5. *Quod stat per officialem, non est parti imputandum.*
   Quoties stat per eum cujus interest, quò minùs actus fiat, habetur pro facto. Ibid.
6. *Quod est de consuetudine, censetur esse de jure.*
   Concessiones seu donationes Regiæ recipiunt interpretationem à consuetudine. ibid.
7. *Fructus sequuntur dominum, & debentur à die emptionis.*
   Fructus rei donatæ pertinent ad donatarium ex die donationis perfectæ. Ibid.
   Dominium rei donatæ transit in donatarium, eo ipso quòd Princeps donat, absque alia traditione. Ibidem.
8. *Gratia, litteris nondum expeditis, dicitur informis, & imperfecta.*
9. *Ord. nostra Regia jubet quòd chartæ, seu provisiones nihil operentur, nisi fuerint sigillatæ, & in Cancellaria expeditæ.*
10. *Contractus solo consensu perficitur: secus si inter partes conventum sit, quòd de eo Scriptura fiat.*
11. *Quid decretum fuerit per Regem in casu hujus decisionis.*

REx Joannes III. jussit N. ut munus quoddam 1
certo loco perageret, eique provisionem donavit, qua illi concessum fuit, ut possit annonas civiles (vulgò *tenças*) & bona Regiæ Coronæ in suo testamento inter filios ac filias suas dividere: & quod post peractum munus, & illo vita functo, provisiones, seu chartæ filiis in forma fierent. Pater N. in testamento prædicta bona inter filios divisit: sed M. filius major, nec petiit à Rege, ut charta, seu provisio illi fieret, nec eam per Cancellariam expedivit, nisi post aliquot annos, in qua fuit expressum, ut prædicti redditus annonæ civilis, ad illum non pertinerent, nisi ab eo tempore, quo provisio ei concessa fuit. Qui M. Procuratorem Regium

gium convenit pro redditibus annorum præteritorum, qui à morte parentis erant decursi usque ad illud tempus, quo charta per Cancellariam fuit expedita.

2 Et pro parte M. sequentia adducebantur Primò, quod hæ annonæ civiles (vulgò *tenças*) fuerunt concessæ ejus patri, ubi primùm ad munus peragendum iret, & ob id ei concessum fuit, ut post ejus mortem eas relinqueret uni ex filiis, quem ille nominasset., ex quo nova alia concessio non erat spectanda: siquidem à die mortis testatoris, quo ei relicta fuerunt prædicta bona, & venit, & cessit dies obligationis, juxta *leg. cedere diem. D. de verborum obligationibus.* unde videbatur dicendum, quod à tempore factæ concessionis prædicto N. redditus annonæ civilis ad illum pertinebant, & ex tunc eos posset recipere: collata enim in diem certum, vel in conditionem, adveniente illa die, vel conditione, remanent pura, & incipiunt deberi, ut est text. expressus *leg. fin. Paragrapho Titius, D. de vulgar. l. necessario. §. final. D. de pericul. rei vendit. leg. Pupillus. in fin. D. de condition. institut.* notat Decian. *in leg. si pecuniam num. 4. D. si certi. petat.* cum aliis per Tiraquel. *lib. 2. retract. pag. 38. num. 27.* ubi latè.

3 Secundò, quia prædicta bona non dicuntur vacare morte donatarij, nec filio de novo censentur donata, imò gratia facta patri ad filium prorogatur, maximè quando Rex illam patri concessit, & ejus filio, quem testamento nominasset: ac proinde nova non censetur concessio, seu donatio, sed eadem cum prima, juxta regul. *leg. sed si manente. D. de precario.* ubi prorogatum non dicitur quid novum, *leg. si cum dies in principio. D. de arbitriis* tradit Bartol. ubi scribentes *in leg. 4. in principio. D. de damno infect.* cum multis cumulatis per Felinum *in cap. præterea. numer. 24. de sponsal.* & in terminis in officio refirmato in filio, tradit Bald. *consilio, si generale, num. 3. volum. 5.* & cùm concessio non dicatur nova, immò sit eadem cum prima, consequens fit, quod bona prædicta morte parentis vacare non dicuntur, ad hoc, ut in solutione annonæ civilis fiat intermissio, donec charta, seu provisio per Cancellariam transeat.

4 Tertiò, quod quamvis concessio de novo facta fuisset, receptissimum & usitatissimum est, quod ad hoc, ut quis possit recipere fructus rei donatæ, non attenditur ad tempus, quo charta, seu provisio in Cancellaria expeditur, sed ad tempus datæ, seu factæ concessionis (id est, cùm Rex, seu Papa dicit, *fiat*,) ut est elegans decisio Baldi *in l. Humanum. in fin. Cod. de legib.* Idem eleganter declarat *in l. cùm apud Cod. de commun. serv. manumiss.* tradit Afflict. *decis. 253. per totam.* Gomez *in compendio utriusque signaturæ, versic. Et est in primis notandum* & fuit celebre dictum Calderici *in cap. quisquis de elect.* cùm concordant. quas congerit Barb. *in c. in nostra num. 19. de rescript.* quibus juribus inquiunt DD. quod eo ipso, quod Papa dicit, *fiat*, censetur gratia facta absque alio adminiculo litterarum; & litteræ, quæ posteà expediuntur, non sunt ad essentiam gratiæ, sed ad probationem tantùm. Idem consuluit pulchrè Dominicus *consil. 106. colum. 1. versic. in contrarium*, ubi ait, quod litteræ non tribuunt essentiam gratiæ, sed dumtaxat adducunt probationem, & in hoc tandem inclinat Gomez super *regul. de non judicando, quæst. 2. versic. tamen quoad essentiam*, & Cassador. *titul. de causa possess. distinct. 4. numero 2.* & Gig. *de pens. quæst. 11.* dicit, quod pensio imposita de consensu debetur per solam signaturam, quæ est, *fiat*, & transit ad successorem, etiam litteris non expeditis, quæ videtur expressa decisio in hoc casu.

Quartò quod adducebatur pro eadem parte M. quod 5
confectio litterarum, & illarum expeditio non est in potestate partis, sed officialium, qui ad libitum, vel ut possunt, negotia expediunt: & siquidem non stetit per eum, sed per officiales, ut litteræ serò, aut citiùs in Cancellaria expedirentur, ei non erat imputandum: quod enim stat per officialem, non imputatur parti. *l. 1. Paragrapho fin. D. si quis caut. l. sed & si præterea. D. ex quibus causis majores.* imò de jure est, quod quando stat per eum, cujus interest actum non fieri, habetur pro facto. *l. in jure civili. D. de condit. & demonstrat. l. Labeo scribit, si mihi D. de contrahend. empt.* cum aliis per Dec. *in l. jure civili D. de reg. jur.*

Quintò facit etiam, quod ex generali consuetu- 6
dine & stylo antiquo in his chartis, & similibus provisionibus non solet fieri mentio, an solvendi sint redditus annorum præteritorum, sed solùm exprimitur, quod à die expeditionis litterarum per Cancellariam redditus solvantur; nam illud quod ab annis elapsis debetur, per aliam provisionem (*de fora*, ut dicunt) persolvi solet, ut probabatur per testes: unde M. idem hoc casu fore dicendum contendebat, & provisionem illi factam sic esse intelligendam juxta hanc consuetudinem & stylum receptum: quod enim est de consuetudine, censetur esse de jure, *cap. cum dilectus, cap. cùm venerabilis, de consuetud. l. si de interpretatione. D. de legibus.* Sed & omnes concessiones recipiunt interpretationem à consuetudine, juxta doctrinam Innocent. *in cap. olim de verbor. significat.* Anchar. *consil. 433. postquam ista domina. col. 1.* cum aliis per Dec. *in cap. 1. ex numero 37. de postulat. prælat.*

Sextò quod fructus sequuntur dominum, & ei 7
debentur à die emptionis, *l. Julianus, Paragrapho si fructus, D. de act. empt.* & idem est in alia quacumque alienatione cujuscumque titul. text. *in l. si fraudator. Paragrapho fructus. vers. nam cùm fundus. D. qui in fraudem creditor.* & ibi Gloss. *verb. omnis generis*, ibi, *sive per donationem*, quæ probat, quod fructus rei donatæ pertinent ad donatarium ex die donationis perfectæ: ceterùm eo ipso quod Princeps donat absque alia traditione, transfert jus & dominium in donatarium, ut pulchrè scripsit Bald. *in præludio feudorum, colum. 9.* quod latiùs tenet idem Baldus, & Isernia *in cap. 2. de nova forma fidelitatis.* quapropter cùm per donationem factam à Rege prædicto M. ejus patri, illorum bonorum dominus factus fuisset, videbatur quod fructus rei donatæ statim ab illo die ad illum pertinebant.

Pro parte verò Regis allegabatur quod gratia, 8
litteris non expeditis, dicitur informis & imperfecta, & quod non valeat, tradit in terminis Bald. *in c. 1. n. 3. per quos fiat investit. in usib.* idem tenet decisio Rot. *in novissimis 458. post medium.* & Staphil. de

de litteris gratiæ pag. 142. *§. in primis*, & ratio est, quia in confectione litterarum, & ad suum esse perfectum per adjectionem clausularum necessariarum in Cancellaria reducitur : & cùm ita sit de jure communi, à fortiori procedet de jure regni, ubi lex jubet quòd omnes provisiones & litteræ gratiosæ per Cancellariam transeant : ibi enim examinantur, & limitantur, & ad formam quam habere debent reducuntur, & est Ordin. *lib.* 2. *tit.* 41. ibi, *que se não faca obra, nem cumpra portaria que da parte del Rey seder.* Unde facilè respondetur ad id, quod pro contraria parte adducebatur in 3. argum. ut scilicet procedat, nisi aliter constet de contraria Principis voluntate, quia tunc gratia non valet, nec suffragatur, litteris non expeditis, ut est expressum in regula Cancellariæ, de non judicando juxta formam supplicationis, & in regul. quod non suffragetur dispensatio, litteris non expeditis, & in regulis Summi Pontificis Gregorij XIII. & aliorum Summorum Pontificum antecessorum.

9 Secundò confirmatur hoc ex Ordinat. expressa *lib.* 2. *titul.* 39. *in fin. principij*, ubi de hac voluntate Principis apertiùs constat, qua cautum est, quòd chartæ, seu litteræ nihil operentur, nisi fuerint sigillatæ, & in Cancellaria Regia expeditæ, & ita manifestè ex supradictis apparet, quòd non dicitur gratia ad effectum, de quo hic, nisi litteris expeditis, & hæc est melior opinio, etiam de jure communi, ut resolvunt Doctores suprà allegati.

10 Tertiò confirmatur hæc pars, quia licet aliàs contractus solo consensu perficiatur sine Scriptura, *l. contrahitur. D. de pignor.* tamen ubi conventum est inter partes, quòd de eo fiat Scriptura, antequam fiat, partes possunt pœnitere, quia non dicitur perfectus sine Scriptura. *l. contractus, C de fid. instrum.* Ordin. *libr.* 4. *tit.* 19 *in princip.* & §. 2. Ceterùm secundùm Ordin. superiùs allegatas, requiritur ad perfectionem gratiæ, & ut possit effectum sortiri, ut ejus Scriptura transeat Cancellariæ examen : ergo antea gratia non est perfecta, nec potest effectum ullum consequi, ex quibus patet, quòd redditus annonæ civilis non debentur, nisi ab eo die, quo litteræ expeditæ fuerunt, & non antea, quia non entis nullæ sunt qualitates. *l. ejus qui in provincia. vers. quare D. si cert. petat.*

Quartò & ultimò clariùs probatur hoc ex ipsis litteris Regijs, quibus prædicti redditus N. & filijs suis post ejus mortem concessi fuerunt, & ut eos divideret inter filios, ea tamen adjecta clausula, quòd divisio ab ipso Rege & approbanda & confirmanda erat, & quòd postea provisiones filijs concederentur, juxta divisionem à præd. N. in suo testamento factam, quod etiam ex verbis inferiùs positis in prædicta concessione, seu donatione evidentiùs apparebat, ubi continebatur, quòd præd. gratia præfato N. concessa, absque alia confirmatione seu approbatione effectum sortiretur ; & tamen non abrogavit alteram clausulam, scilicet, quòd postea juxta tenorem divisionis in forma fierent provisiones, (seu *despachos* ut vocant) & ita constat de manifesta Regis voluntate, volentis quòd prædictæ annonæ civiles non solverentur, nisi postquam litteræ per Cancellariam essent expeditæ ; nec enim aliud apparet, ad quod prædicta verba possint referri.

Et ita judicatum fuit, contra præd. N. à qua sen- 11
tentia supplicatum fuit ad Regem, & petita revisio & concessa, quæ adhuc pendet ; & ego eram unus ex Judicibus in ea nominatis Processus est apud scribam processuum Coronæ Regiæ Augustinum Rebello, inter Procuratorem Regium, & heredes Nonij da Cunha, quondam Indiæ Proregis.

DECISIO XL.

De donationibus factis à Rege.

SUMMÆ.

1. *Reservata Principi in signum supremæ superioritatis non includuntur sub generali concessione quibuscumque verbis facta. & num.* 5.
2. *Quamvis Princeps vasallos alicui concedat, semper supremam superioritatem sibi reservare videtur.*
   Vasalli Baronum tenentur principaliter Regem adjuvare, etiam contra ipsum dominum immediatum ; licet adversus alios eum teneantur defendere. Ibidem.
3. *Intelligitur l. Modestinus cum gloss. D. de verborum significat.*
4. *Declaratur Ordin. libr.* 1. *tit.* 74. §. 2.
   Castellanus semper tenetur Regem recipere non solùm in castro Regis, sed etiam in quovis alio cujusvis nobilis. Ibid.
   Non valet pactum cum subdito, quòd Rex non possit ingredi Castrum, nisi cum certo numero armatorum. Ibid.
6. *In concessione Castri facta à Principe cum omni jure, quod ibi habet, non venit jus illud, quod in eo habet tamquam supremus Princeps.*
   Sub generali concessione non comprehenduntur ea, quæ pertinent ad specialem Principis prærogativam. Ibid.
   Donatarius Principis non est legibus solutus, quamvis Princeps legibus solutus sit. Ibid.
7. *Regalia quando de illis specialis mentio fit, in donatione comprehenduntur : ea tamen quæ Princeps in signum superioritatis & subjectionis recognitionem specialiter reservantur, numquam concessa censentur.*
   Legitimare, vel famæ restituere, cudere monetam, creare notarios, vel erigere civitates, & cetera id genus, quæ cum difficultate à Principe conceduntur, non includuntur in concessione jurisdictionis cum mero & mixto imperio. Ibid.
8. *Supremam jurisdictionem, & Regiam potestatem Princeps, etiamsi velit, à se abdicare non potest, nec in alium transferre.*
   Suprema jurisdictio, & Regia potestas sunt ipsa forma & essentia substantialis Regiæ Majestatis, nec possunt ab illa separare, imò ossibus imperij inhærent. Ibid.
   Populus in Regem transtulit supremam potestatem, & absque ejus consensu renunciari non potest. Ibidem.
9. *Donatio à Principe facta cum plenitudine juris, & jurisdictionis, absq; ulla reservatione invalida est.*
   Princeps non potest à se abdicare in totum jurisdictionis administrationem, seu Regia potesta-

ta, etiam quoad aliquem locum, vel personam Regni. Ibid.

Princeps non potest alienare Castra Regni, nisi aliqua superioritate retenta, vel dominio directo retento. Ibidem.

10. *Princeps supremus, & senatus sup. licationis (qui eum repraesentat) potest citationes jubere fieri in terris dominorum, & etiam Ecclesiarum (quoad jurisdictionem secularem) absq; ulla requisitione.*

11. *Rejicitur opinio Rebuf. Plat. & aliorum.*

12. *Jus appellandi pertinet ad Principis superioritatem.*

Princeps non potest concedere, ne ad eum appelletur. Ibidem.

13. *Hoc procedit etiam in donatione facta alicui Ecclesia, secus tamen si Romana Ecclesia hoc a Principe concedatur.*

In temporalibus appellatur à Prelatis ad Principem. Ibidem.

Quod procedit etiam in donatione facta Ecclesia. Ibidem.

Pralatis habentibus temporalem jurisdictionem non permittitur uti excommunicatione, vel alijs censuris, in executione talis jurisdictionis, sed debent procedere sicuti Judices temporales. Ibid.

14. *Jus appellandi ad Principem nulla praescriptione acquiri potest; licet alia Regalia tempore immemoriali, de jure communi, praescribantur.*

Tempore immemoriali potest quis se eximere à potestate & ditione sui Principis, dum tamen pro libero se gerat; secus si se subditum esse fateatur. Ibid.

15. *Supradicta procedunt, quando Princeps concedit alicui, ut nullo modo ad eum appelletur; secus si id concedat in certis tantum casibus.*

16. *Princeps non potest alienare bona specialiter Regia Corona applicata, & diu ab ea retenta.*

17. *Contrarium verius & receptius est, dummodo tamen alienatio non vendat in magnum Reipublica praejudicium.*

18. *Concordantur praedicta opiniones; & traditur in materia notabilis distinctio.*

19. *Quid servetur de consuetudine circa hanc materiam, in Gallia, Hispania, & in nostra Lusitania. Ibid.*

SIquidem superiùs egimus de donationibus Regijs, constituendo regulas particulares, operæ pretium duximus, hic generales regulas in eadem materia constituere, quarum prima sit:

1 Reservata Principi in signum supremæ superioritatis non includuntur in concessione quibuscumque verbis facta, arg. *cap. dudum de praebend. in 6. & l. fin. C. de bonis libert. gloss. pen. in cap. pastoral. de don.* & ita hanc regulam constituit Joan. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de jurisdict. omnium judic. in verbo, Pastoralis, ad fin.* Jas. *cons. 123. col. 1. libr.* Guil. *in cap. Raynutius, verbo, & uxorem decis. 2. num.* 24. Cagnol. *in l. Imperium n. 157. D. de jurisdict. omnium judic.* Avendan. *libr. 1. de exequend. mandat. cap. 5. num. 2.* Aymon. *cons. 29. n. 10.* Covarr. *pract. cap. 4 num. 1.* Gregor. Lopez *l. 22. tit. 41. part. 2. in gloss. O le embargassem* probat Ordin. *lib. 2. tit. 45. in princ. § 8. cum alijs § .& l. 9. tit 4. part. 5.* Ex qua regula.

2 Infertur primò, quòd si Princeps concedit alicui certos homines & vasallos, adhuc tamen supremam potestatem videtur retinere, quia hæc numquam videtur concessa, ut suprà dictum est, & ita Bald. *cons. 333. ad intelligentiam, num. 2. libr. 1.* allegat in argumentum *l. talem § fin. D. de heredib. instit.* & ideò concludit Specul. *tit. de feud. § quoniam a numer. 14.* quòd etiam vasalli Baronum sunt subditi dominio Regis, adeò quòd principaliter tenentur adjuvare Regem, etiam contra ipsum Baronem dominum immediatum, quamvis adversus alios Baronem teneantur defendere sequitur Afflict. *decis. 265. n. 107.* & alij adducti per Carolum *in consuet. Paris. tit. 1. § 1. gloss. 6. num. 12.* & vide Curt. Jun. *cons. 2. num. 4.* omnino Rolandum *cons. 1 num. 82. & num. 189. lib. 2.* Brun. *cons. 32. colum. 1.*

3 Nec obstat *l. Modestinus*, cum Gloss. *D. de verb. signific.* quòd vasallus vasalli mei, non dicitur meus vasallus, quia id procedit, quando ex alia causa est vasallus vasalli mei: sed ubi est vasallus vasalli mei ratione rei, pro qua vasallus mihi præstitit homagium, tunc vasallus vasalli mei censetur esse meus vasallus. Guid. *dec. 551. n. 3.* Curt. Jun. *cons. 137. n. 10.*

4 Unde colligitur notabilis explicatio ad Ordin. *lib. 1. tit. 74 § 2.* ut scilicet Castellanus, seu Præfectus arcis teneatur Regem recipere non solùm in Castro Regis, sed etiam in Castro alicujus nobilis; quia in juramento fidelitatis præstito tali nobili, semper expressè, vel tacitè excipitur Rex. *cap. 1. § fin. de prohibita feud. alienat. per Frideric. cap. veniens, de jurejur.* & in specie probat *cap. grandi. de supplend. negligent. prælat. in 6.* ex quo colligunt Joan. Andr. & Domin. ibi, non valere pactum cum subdito, quòd Rex non possit ingredi Castrum, nisi cum certo numero armatorum, & sequitur Rip. *de peste. fol. 23. num. 249. in magna impressione.*

Quod nota, quia sæpè contingit.

5 Infertur secundò, quòd si Rex concessit alicui nobili Castrum cum omni jurisdictione & jure, quod in eo habet, non tamen videtur intellexisse de eo jure, quod in Castro habebat tamquam supremus Princeps, juxta supradicta, & quia cùm hæc specialiter non esset concessurus, nec sub ea generalitate ea videtur concedere, *l. oblig. general. D. de pign. cap. fin. de off. vicarij in 6.* & ita Alber. *in l. 1. ad fin. D. de officio ejus.* Jac. *in l. imperium, n. 14. D. de jurisd. omnium jud.* sequitur Soc. Jun. *cons. 98. n. 31. lib. 3.* Roland. *cons. 42. numer. 9. lib. 2.* Alciat. *cap. quoad sedem. num. 28. de offic. ordinar.* & adde Luc. de Pen. *l. 2. colum. 1. Cod. de jure Reipublic. lib. 11.* quòd ea quæ pertinent ad specialem prærogativam Principis, non transeunt in generalem concessionem: indignum est enim, ut personæ privatæ jura Regalia percipiant. Roland. *cons. 1. à n. 150. lib. 2.* Hinc meritò dicit Bald. *in rubrica num. 11. D. de rerum divis.* quòd donatarius Principis non est solutus legibus, licet ipse Princeps, qui donavit, solutus sit, & allegat *l. dictatio § fin. D. de public.* habebit ergo ille jurisdictionem, sed tamen est sub Principe & legibus, & dicit idem Bald. *in l. 2. num. 39. Cod. de servitut.* quòd si Regalia, & alia, quæ Principi competunt, inferioribus à Principe concedantur, non tamen recipiunt inferiores eam plenitudinem potestatis, quæ in ipso Principe consideratur, sequitur Dec. alios referens *in cap. quo in Ecclesiarum. num. 14 in fin. de constitut.*

6 Tertiò infertur, quòd licet in donatione comprehen-

prehendantur Regalia, quando de ipsis fit specialis mentio cap. 1. qua sint Regal. declarando, ut per Roman. cons. 27. & Rip. in l. 1. num. 55. D. de vulgar. not. Boër. decis. 50. num. 11. & Jas. consil 45. colum. pen. & fin. lib 1. non tamen debet intelligi donatio de his, quæ debentur ei in signum supremæ potestatis, & in recognitionem subjectionis. Gaspar. Valasc. Lusitanus, Palatij quondam senator in l. imperium, num. 228 D. de jurisdict. omnium judicum. Rip. in l. obligatione num. 1. & 2. D. de pignorib. & vide Riminald. Jun. in d. l. imperium a num. 250. hæc enim nomquam includuntur juxta supradicta. l. competit. C. de præscript. 30. vel 40. annorum cap. quoad translationem. de officio delegat. & Ita Felin. in cap. qua in Ecclesiarum, num. 32. ad fin. de constitut. Purpur. in l. 1. num. 163. D. de jurisd. omnium jud. & d. l. imperium n. 74 nec etiam Regalia specialiter reservata Principi, Boss. de Regal. numer. 29. Alvarus Vaz de emphyt. quæst. 8. num. 3. ad fin. nec quæ non sunt solita concedi. Roland. cons. 42. num. 36. lib. 2. & numer. 43. nec jus appellandi videtur concessum. Jacob. in l. imperium, n. 25. D de jurisdict. omnium judicum; & vide Jas. cons. 45. colum. fin. lib. 1. Lucam de Penna l. 1. colum. antepenult. ad fin. de privilegijs scholastic. lib. 12. Paris. de Puteo. de Syndicat. de excessib. Baronum erga subditos, num. 13. pag. 118. & inquit Bald. in l. 2. n. 14. C. de pedan. judicibus, quòd

7 ille cui conceditur jurisdictio, merum & mixtum imperium in aliquo Castro, non poterit legitimare, vel famæ restituere, quia hæc in signum supremæ potestatis Principi reservantur. l. 1. § de qua re D. de postulando. & ideò non veniunt sub verborum generalitate, quod etiam tradit Zasius de feud. 5. part. numer. 6. volum. 13. tractatuum, quòd in donatione Regalium non veniunt potiora Regalia, quæ non nisi cum magna difficultate conceduntur, & sunt propria Regum, ut est cudere monetam, creare notarios, eligere Magistratus, erigere civitates, &c. id genus probat Ordin. libro 2. titul. 45. §. 15. & alijs. & adde omnino Lucam de Penna in l. contra colum. 7. & sequenti. C. de re milit. libr. 12. & Boër. decis. 50. num. 12. quinimò nec ea Regalia includuntur, quæ cum difficultate solent à Principe concedi. Anton. de Butr. cons. 19. num. 9. Socinus in l. 1. n. 3. ad fin. & ibi Jas. n. 21. D. de legat. 1. Dec. cons. 128. colum. 2. in principio. & consonat dictum Bald. in §. naturales, in fin. cap. 1. si de feudo fuerit controvers. inter domin. dicentis, quòd verba generalia concessionis non trahuntur ad ea, in quibus Princeps solet difficilem se reddere, probat Ordin. lib. 2. tit. 27. §. pen.

8 Secunda regula in hac materia sit. Suprema jurisdictio, & potestas Regia (etsi Princeps velit) à se separari non potest, & multò minùs in alium transferri, prædicta enim sunt ipsa forma, & substantialis essentia Majestatis Regiæ: ergo manente ipso Rege ab eo abdicari non possunt, cap. cùm Martha de celebrat. Missar. imò non sunt separabilia à Regia dignitate absque sui, ut ita dicamus, subjecti corruptione. l. Julianus §. si quis rem. D. ad exhibend. & confirmatur, quia prædicta inhærent officibus imperij jure superioritatis. Joan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de jurisdict. omnium judic. verbo, Pastoralis ad fin. Jas. cons. 123. colum. 1. lib. 1. ergo ab illis separari non possunt juxta notata per Gloss. in l. 3. D. pro socio. & quia populus contulit suam potestatem in Principem, l. 4. D. de constitut. Princip. ergo absque ejus consensu renuntiari non potest l. pen. D. de officio præsid. & ita hanc conclusionem multis rationibus tenet Lucas de Pen. l. in sacris a 2. col. pen. vers. sed bene Rex Cod. de proximior. sacrorum scrin. lib. 12. Guilhelm. in cap. Raimutius, verb. & uxorem. decis. 2. num. 27. Gregor. Lopez l. 22. titul. 13 p. 2. in gloss. o de embargassem. Covarr. practic. cap. 4. n. 1. & alij adducti per Alvarum Vaz de emphyteus. q. 8. n. 30. probat Ordin. lib. 2. tit. 45. in princ. adde Bald. in l. 1. §. in initio num. 6. D. de officio præfect. urbis. dicentem Principem non posse concedere suam supremam jurisdictionem alteri. cap. cùm non liceat. de præscript.

Ex qua secunda regula sic comprobata infertur 9
primò, quòd si Princeps donet cum plenitudine juris, & jurisdictionis absque ulla reservatione, invalida de jure censebitur talis donatio: nec enim Imperator tali modo donare potest, l. legatus, D. de officio præsid. ibi, abdicando se non amittit imperium. Bald. in prælud. feudor. num. 3. Jas. cap. 1. numero 80. in fin. de bis, qui feud. dare possunt. Bellug. in specul. rubr. 22. num. 14. & eleganter Alexand. in l. filio quem pater. ad fin. D. de lib. & posthum. & cons. 24. num. 22. lib. 5. ac ita generaliter constitutum est, Principem non posse à se abdicare in totum administrationem jurisdictionis, seu potestatis Regiæ, etiam quoad aliquem locum, vel personam Regni. Avendan. in libro 1. de exequend. mandat. cap. 5. numer. 2. quia sic subverteret majestatem imperij, quod Principi non licet. Bald. in cap. licet num. 7. de probat. & eximeret subditum à sua obedientia, quod jure fieri non licet, cap. non licet. de præscript. esset enim quædam implicatio contradictionis, scilicet quòd esset subditus, & non subditus; quod admitti nullo modo potest. l. judicatum, D. de except. rei judicat. & in specie Oldrad. cons. 172. numero 5. addo Zasium de feud. 2. part. numero 2. volum. 13. tract. quòd Princeps non potest alienare castra Regni, nisi directo dominio, vel aliqua superioritate retenta, cap. intellecto de jurejur. & Bald. d. cons. 333. ad intelligentiam, colum. 2. ad fin. libro 1. quòd Princeps non potest aliquem assumere in plenitudine potestatis, sed tantùm aliquos subjicere uni domino, sub se existenti in primo gradu jurisdictionis, cap. dudum de præbend. in 6. ut enim notabiliter inquit idem Bald. in prælud. feud. num. 33. Princeps non potest facere sibi parem, vel superiorem, ita ut impunè possit rebellare imperio, tradit Cagnol. l. imperium num. 157. D. de jurisdict. omnium judic. quod procedit etiam in donatione facta Ecclesiæ, quæ non sit Romana, Bald. in proœmio Cod. n. 17. Paul. cons. 70. num. 7. lib. 1. Afflict. lib. 10. constit. rubr. 7. num. 32. & num. 39.

Secundò infertur, quòd Princeps & supremus 10
senatus, qui eum repræsentat, potest citationes juberefieri in terris dominorum, & Ecclesiarum, quoad jurisdictionem sæcularem, absque alia requisitione, quia cùm Rex sit dominus supremus totius Regni, leg. bene Cod. de quadriennij præscript. & vide Curt. Jun. cons. 2. num. 4. & Brun. cons. 102 & semper retineat superioritatem. gloss. 1. ad medium in cap. cum causa de officio delegat. & ita Guido dec. 246. n. 1, dicens aliud esse in Judicibus inferioribus, qui

tenentur requirere, & deprecari. *l.2. Cod. de his qui latron.* & vide Carol. *in consuetud. tit.2. gloss.3.n.18.* & Greg. Lopez *l.2. tit. 1. p.2. in gloss. pro privilegio.* Aveudan. *de exequend. mand. lib.1. cap.5. col.pen.* ita sæpiùs fuisse judicatum asserit Boërius *decis.*8. & sequitur Chass. *in consuetud. Burgund. rub.1.n.107. ad fin. pag.*82.

11 Sed est advertendum, quòd Jacob. Rebuff. & Platea. *in l.2. Cod. de execut. & exact. lib.12.* contrarium tenent, imò quòd non debeat fieri citatio, vel executio, nisi citatis dominis terrarum, *l.2. Cod. de his qui latr.* & in hoc videtur inclinare Chassaneus *in consuetud. Burgund. rub.1. §.7.n.29. ad fin. pag.*302. & Avendan. *lib.1. de exequen. mandat. cap.18. num.11.* Sed prima opinio verior est, nec adducta in contrarium procedunt in Principe superiore, ut per Boër. *d. decis.*8. *in fin.* & apud nos probat Ordin. *libro 2. tit.45. § 5.* semper enim apud Principem remanet jus appellationum, & supremæ potestatis, etiam quoad administrationem, & executionem realem, quando & quoties opus fuerit. Bald. *cons.*253. *Visis. num.2. libr.5.*

12 Infertur tertiò, quòd cùm jus appellandi pertineat ad Principis superioritatem, *cap. venientes de jurejurand.* Bald. *in auth. quas actiones, num.14. in fin. Cod. de sacrosanct. Ecclesiis.* non poterit Princeps ita terras concedere, ne ad eum appelletur. Guilhelm. *in cap. Raynutius verb. & uxorem decis.2. numer.24.* Covarruvias *practicarum, cap.4. num.1.* Avendan. *in libro 1. de exequend. mandat. cap.5. num.2.* Avil. *prætor. cap.38. num.2.* probat Ordin. *lib.3. tit.71. §. penult.* quibus adde Angel. videndum *in l.1. §. qua mandata, in fin. de officio ejus.* Purpur. *in d. l. imperium, num.*75.

13 Quod etiam procedit in donatione facta Ecclesiæ, & vide Ordin. *lib.2. tit.1. §.16.* nam (si non sit Romana) adhuc prædicta locum habent: in temporalibus enim à Prælatis appellatur ad Principem. Alberic. *in authent. statuimus, numero 6 C. de Episcop. & cleric.* Jas. *cons.*223. *colum.1. lib.1.* aliàs si Ecclesia non recognoscat Principem, à quo donationem habet, non valebit donatio. Paul. *consil.* 70. *numero 7. libro 1.* Afflict. *libro 1. constitut. rubr.7. numer.39. & 32.* ita ut quod præsupponit *cap. Romana. §. debet de appellat. in 6.* quòd nempe ab Episcopo habente jurisdictionem temporalem appelletur ad Archiepiscopum, non servetur in regno Franciæ, teste Guilhelm. *in cap. Raynutius, verbo, & uxorem decis.2. numero* 26. nec in Regno Hispaniæ, ut notabiliter per Covarruv. *practic. cap.4. numer.2.* quinimò dicit Gregor. Lopez. *l.7. part.1. tit.9 in gloss. otros.* in Hispania non permitti Prælatis temporalem jurisdictionem habentibus, in exercitio talis jurisdictionis, uti excommunicatione, vel censuris, sed aliàs procedet sicut judex temporalis, quod etiam tradit Hostiens. *in sum. tit. de sent. excommunic. §. si quis possit.* Anton. 3. *part. tit.24. & tit.75. ad finem.*

14 Quinimò nec præscriptione acquiri potest, quòd ad Principem non appelletur, ut notabiliter concludit Bald. *in authent. quas actiones, numero 14. ad fin. C. de sacrosanct. Eccles. & l.1. num.7. in fin. C. de emancipat. liber.* Angel. *in leg. usucapionem. num.2. D. de usucapionib.* Jas. *consil.*123. *col. fin. lib.1.* Balb. *de præscript.2. part.5. principal. quæst.2. numero 2.* licet alia Regalia tempore immemoriali præscribantur de jure communi, *cap. super quibusdam, Paragrapho præterea de verborum significat.* & vide Menchac. *illustrium quæstionum, cap.2. num.14.* & Curtium Jun. *cons.1. numero 6.* & ideò domini terrarum jua appellandi ad Principem præscribere non possunt. Covarruv. *in capit. possessor.2. part. Paragrapho 2. numero* 8. quidquid repugnet Menchac. *illustr. qq. cap.82. numero* 8. licet enim tempore immemoriali quis possit se eximere à potestate & ditione sui Principis, juxta plenè relatos per Aymon. *de antiquit. tempor. pag.213. numer.*73. Balb. *de prescript. 2. part.5. principal. quæst.2. a num.5.* id intelligitur in eo, qui se gessit pro libero; nam si quis fateatur se subditum, impossibile est præscribere, ne sit obediens suo superiori. *cap. non liceat. de præscript.* & in specie Oldrad. *cons.172. num.5.* Aymon. *ubi suprà, num.*74.

Est tamen advertendum hæc procedere, quando 15
Dominus Castri, vel Prælatus prætenderent nullo modo appellari posse ad Principem. Sed quòd in certis casibus non appelletur, bene concedi potest, quia tunc cessant rationes, de quibus suprà, facit *c. pastoralis de appellat.* & in specie Guid. *dec.*551. *num.1. ad fin.* & vide Alexand. *cons.1. n.20. lib.5.* Alciat. *respons.3. num.5.* quo casu advertere debes, quòd nihilominus in illis casibus locus erit querelæ, vel supplicationi, quia hæc sunt diversa: & licet tollatur appellatio, non ob id videntur sublata hæc, quæ sunt diversa, & respiciunt directè Majestatem Regiam juxta tradita per Decium *in l. fin. num.51. C. de edict. Divi Adriani. & cons.551. numer.1. cum seq.* Hippol. *in pract. criminal §. opportune num.*60. Paris. *cons.164. num.18. libr.4.* Ruinus *cons.157. colum. pen. lib.5.* probat Ordin. *lib.3. tit.78. in princ. vers. Porem. & lib.1. titul.65. §.28.* adeò quòd præscripta instantia appellationis, non ob id videatur præscriptum, ne cognoscatur per viam querelæ simplicis, Avendan. *libr.1. de exequend. mandat. cap.6. num.2.* & vide latè Menoch. *de arbitr. lib.1. q.*160. Si verò Princeps alienat, abdicando omnem jurisdictionem & dignitatem, non valet alienatio; aliàs servatur distinctio, de qua per Jas. *cap.1. num.77. de his qui feud. dare possunt,* etiamsi fiat Ecclesiæ; & est in diminutionem Regni, quia etiam non valet, & multò minùs si Ecclesia non vult in illis terris Principem recognoscere juxta supra resoluta, & vide Paul. *cons.70. num.7. lib.1.* Afflict. *in prælud. constit. rub.24. num.4. & lib.1. rub.7. num.32. & n.39.*

Tertia, & ultima regula sit. Bona specialiter Co- 16
ronæ Regiæ applicata, & diu ab ea retenta non potest Princeps alienare. *cap. intellecto, de jurejur.* sunt enim hæc unita inseparabiliter Regiæ Coronæ, & dignitati, non quidem de se formaliter, sed quia Rex ipse dignitate pro tempore fungens, non potest illa alienare, nec diminuere, nec in totum separare à Regia Corona, penes quam est vera proprietas, & dominium istarum rerum, & quia Princeps videtur contrahere matrimonium cum Republica, & ideò hæc bona tamquàm dotalia alienare non potest ita latè Lucas de Pen. *in l. quicumque art.2. C. de omni agro desert. l.11. col.2. & seq.* & idem voluit Bald. *de pace Constantiæ, verb successorum* Jas. *c.1. n.80. de his qui feud. dare possunt.* Felin. *in c. ad audientiam n.5. de præscrip. & cap.1. num.5. ad fin. de probat.* & alij adducti

ducti

ducti per Octavianum *dec.* 101. *n.* 13. & latè comprobat Menchac. *de success. resolut.* §. 3. *n.* 12. *& seq.* Peregrin. *de jure fisci lib.* 1, *tit.* 3. *per totum.*

17 Sed contrarium, imò Principem hæc donare posse, si non tendant in magnum præjudicium Regiæ Coronæ, probat *cap. Abbate. de re jud. in* 6. Oldrad. *cons.* 94. *num. pen.* Bart. *in l.* 3. §. *plane D. quod vi, aut clam.* optimè Isernia, *cap.* 1. *n.* 53. *de prohibita feudi alienat. per Frider.* & est magis communis resolutio, ut per Boss. *de Regal. num.* 34. Covarr. *in c. quamvis pactum* 2. *p.* §. 2. *n.* 4. Molin. *l.* 1. *de primog. Hisp. c.* 3. *n.* 18. Jas. *in cap.* 1. *n.* 78. *de his qui feud. dare possunt.* Alciat. *respons.* 300. *ad fin.* Menchac. *illustr. qq. c.* 3. *n.* 8. & latiùs in *cap* 4. *n.* 1. *& n.* 4. *& cap.* 5. *n.* 3. & superiùs diximus, & vide Vaz. *consult.* 132.

18 Potest tamen concordando opiniones dici, quòd hæc concedi possunt quoad utile dominium, & sic communicativè, ut tradit Ang. *in l.* 3. §. *hoc interdictum in fin. D. ne quid in loco pub.* Avend. *l.* 1. *de exequend. mandat. c.* 23. & in specie Afflict. *lib.* 2. *constit. in præludijs. q.* 24. *n.* 2. Alex. *cons.* 1. *n.* 19. *& cons.* 28. *n.* 5. Unde cùm Regalia semper videantur concessa quoad commoditatem, & utile dominium, Platea *in l.* 1. *n.* 2. *ad fin. C. de bon. vacant. lib.* 10. semper valebit concessio; sed si quoad proprietatem donentur, valebit quidem concessio facta propter benemerita. *l. cùm plures.* §. *pen. D. de administrat. tutor.* Covarr. *d. cap. quamvis,* 2. *p.* §. 2. *n.* 4. aliàs tenenda est distinctio de qua suprà, si tamen ex particularibus donationibus læderetur maximè jus imperij, licita esset revocatio, ut latè concludit Lucas de Penna *in d. l. quicumque n.* 2. quem ita intelligit Afflict. *in rub. quæ sint Regal. num.* 65. & eleganter Roland. *cons.* 1. *n.* 120. *lib.* 2. & vide etiam Afflict. *in prælud. constit. q.* 24. *n.* 4. & ita etiam Rex dominia terrarum non potest Regalia donare perpetuò, sed tantùm ad vitam suam, quare aliàs diminueretur dignitas Regalis. Lucas de Pen. *in l. cetera col.* 7. *& seq. C. de re militar. lib.* 12. Afflict. *d. rubr. n.* 71. *ad fin.* Octavian. *decis.* 101. *numero* 2. Menchac. *illust. quæst. cap.* 5. *numero* 5.

19 Quamvis de consuetudine contrarium observetur in Gallia, Hispania, & Lusitania, ut superioribus decisionibus latè diximus.

DECISIO XLI.

An jurisdictionalia præscribi possint de jure communi, & quid de jure Regio?

SUMMÆ.

1. *Jurisdictionalia, seu merum & mixtum imperium, jure communi attento præscribi possunt.*
2. *Jurisdictio, jure communi attento, potest præscribi tempore immemoriali, vel centum annorum, cum titulo, quem possessor debet ostendere, vel saltem allegare.*
3. *Regalia, quæ non possunt possideri absque speciali concessione Principis, non possunt præscribi sine titulo, nisi per tempus immemoriale.*
4. *Idem dicendum est, si merum & mixtum imperium præscribatur.*
5. *Suprema potestas & jurisdictio, quæ Principi competit, in signum supremæ potestatis & recognitionem subjectionis, nullo tempore, etiam immemoriali, præscribi potest.*

Limitatur hoc, ut solùm procedat in eo, qui se subditum Regis profitetur; secus si exemptionem quis velit præscribere, ita ut nulli omnino subjectus sit. Ibid.

6. *Limitatur etiam, ut solùm procedat in subdito, qui contra suum Principem præscribit; secus si vasallus contra alterum vasallum velit præscribere.*
7. *Jurisdictio dominio æquiparatur, & jure communi attento, tanto tempore præscribetur, quanto acquireretur ipsum territorium.*

De jure Regni Castellæ hæc præscriptio non datur nisi per tempus immemoriale. Ibid.

8. *De jure nostro Regia jurisdictio nullo umquam tempore potest præscribi, nec etiam per tempus immemoriale.*

JUrisdictio, jure communi attento, adversus Re- 1
gem præscribi potest, nam jurisdictionalia, sicuti merum & mixtum imperium, præscribi possunt. Bart. *in l.* 1. §. *denique, D. de aqua quotid. & æstiv.* ubi Imol. & Rom. Abb. & omnes per illum text. *in cap. cùm contingat de foro competent.* latè Bal. *in repet. l.* 1. *C. de emancipat. lib.* Innoc. *in cap. cùm dilectus. de cap. monachor.* refert plures Covarr. *in regul. possessor.* 2. *p.* §. 3. *in princ.* qui citat etiam Palat. *in repetit. cap. per vestras* 2. *notab.* § 1. *num.* 27. *& in cap. irrefragabili.* §. *excessor. de officio ordinarij. & in dict. cap. cùm contingat. & in l. viros. C. de divers. officijs libr.* 12. Abb. *in cap. super quibusdam* §. *præterea n.* 2. per illum text. *de verborum significat.* Avendan. *de exequen. mandat. lib.* 1. *cap.* 1. Covarruvias *d. reg. possessor.* 2. *part.* §. 3. Vaz *quæst.* 8. *numer.* 29. *in lib. de jur. emphyt. & consilio* 141.

Sed & consuetudine potest jurisdictio acquiri. 2
d. l. viros. & est gloss. *in cap. quanto de officio ordinarij, & in l. ult. C. de emancip. lib. & in cap. conquestus.* 9. *q.* 3. Gloss Bart. Jas. *n.* 43. & DD. *in l. imperium. D. de jurisdict. omnium jud.* Videndum tamen est, quanto tempore præscribatur jurisdictio prædicto jure communi attento? & dicendum, quòd tempore immemoriali, vel centum annorum cum titulo, quem possessor debet docere, vel saltem allegare, eò quia jus illi resistit; & debet etiam intervenire scientia & patientia illius superioris, ad quem pertinet locus, ex natura loci, & ejus jurisdictio. Palat. *in repet. cap. per vestras,* §. *sed est pulchra. num.* 43. *& vers. Imò, ultra hoc videtur necessarius titulus.* idem tenet Covarruv. *in reg. possessor. in* 2. *part.* §. 2. ante eos Abb. *in d. cap. præterea* §. *super quibusdam.* Curt. Jun. *cons.* 147. *numero* 26. qui testatur hanc esse communem, sequitur Covarruvias *ubi supra, d* § 3. *numero* 3. quod probatur ex eo, quia in jurisdictionalibus maxima juris præsumptio favet Regi, & adversatur obstatque aliis inferioribus possidentibus, & ideò in jurisdictione præscribenda requiritur tempus immemoriale, vel quadragenarium cum titul. juxta dispositionem *cap.* 1. *de præscript. libro* 6. quod argumentum dicit sensisse Palat. *ubi supra, numero* 43. & allegat. *l.* 8. *tit.* 14. *lib.* 3. Ordin. *Castellæ.* Covarruv. *d.* § 3. *num.* 3. *ad finem.*

Idem etiam confirmatur ex theorica Paul. *in l.* 3
imperium, col. ult. D. de jurisdict. omnium judicum. quæ

habet, quòd Regalia, quæ non poſſunt poſſideri abſque conceſſione ſpeciali Principis, non poſſunt ſine titulo præſcribi, niſi tempore immemoriali, quod ipſum ſcripſit Lucas de Penna per illum text. in l. 2. C. de Limitroph. l. 11. Cùm autem de jure hujus Regni, hæc à ſubditis ſine titulo nequeant poſſideri, & expreſſa Regis conceſſione, ſequitur quòd non poſſunt præſcribi minori ſpatio, quàm tempore immemoriali: ita argumentatur Covarr. d. §. 3.

4 Et idem de mero & mixto imperio ſcripſit Bald. in repetit. d. l. Imperium, num. 13. & ibi Paul. col. fin. quos citat, & ſequitur idem Covarr. ubi ſupra, numer. 3. & 4. ubi dicunt merum & mixtum imperium contra Principem, ſeu Regem in ejus præjudicium non poſſe præſcribi aliter, quàm per tempus immemoriale.

5 Limitabis tamen primò, ſupradicta non procedere in ſuprema illa poteſtate, & juriſdictione Regis, quæ majoria à Caſtellanis appellatur, à noſtris vero Luſitanis, correctio. Ordin. libr. 2. tit. 45. §. 9. argum. l. competit. C. de præſcript. xxx. vel xl. annor. tradit Joan. Andr. in cap. 1. de clerico ægrotante. ſequitur Alvar. Vaz. q. 8 num. 29. latè Covarr. pract. q. 3. cap. 4. Gutierres practic. q. 84. & q. 78. lib. 1. quæ quidem in eo verſatur, ut ab omnibus inferioribus judicibus in ſuo regno ad Principem & Regem appelletur: nam hæc cùm Principi competant in ſignum ſupremæ juriſdictionis, poteſtatis & ſubjectionis recognitionem, ſecundùm Bald. in authent. quas actiones n. 14. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. Covarr. in reg. poſſeſſor. 2. part. §. 2. & 3. Monbeltranum prætor. cap. 1. n. 11. Vaz ubi ſuprà, etiam eſt lex Caſtellæ, quam citat l. 6 tit. 13. lib. 3. Ordinament. & apud nos d. Ordin. tit. 45. §. 8. nullo quidem tempore etiam immemoriali præſcribi poteſt, ut probat expreſsè d. tit. 45. § 10. & § 56. & probat etiam d. l. Caſtellæ, ubi gloſſatores, quæ lex vetat expreſsè hujus ſupremæ juriſdictionis præſcriptionem, ita quidem ut nullus Dux, aut Marchio, aut alius, licet perſona Eccleſiaſtica, quæ juriſdictionem habeat ſæcularem, ſubditus, & vaſallus Regis poſſit præſcriptione acquirere, ne ab eo ad Regem appelletur, tradit Covarruvias d. reg. poſſeſſ. 2. part. §. 2. fol. 25. & practic. cap. 4. Carol. de Graſſal. de Regal. Regni Franciæ, jur. 1. fol. 5. qui tamen in d. verſic. ex his, hoc limitat eleganter procedere in ſubdito, qui ſe profiteatur & agnoſcat Regis ſubditum, & tamen velit acquirere, ne ab illo ad Regem appelletur, quia iſtud nullo modo poteſt aliqua præſcriptione acquiri, nec poteſt ſimul ſubditus eſſe, & ſummam illam Regis poteſtatem & juriſdictionem exuere & excutere; eſſet enim hoc abſurdum, ut docuit Oldrad. conſ. 127. colum. 1. & conſ. 244. colum. 2. & conſ. 254. colum. 1. quem ita refert & ſequitur Covarruv. ubi ſuprà, aliud dicens obſervandum in ſubdito alicujus Principis ſæcularis, qui velit exemptionem præſcribere, ita ut nulli omnino ſubjectus ſit, nec ſuperiorem ullum, etiam Imperatorem ipſum, ejúſve poteſtatem recognoſcat: nam hoc præſcriptione poteſt acquiri, ut per Corn. ibi. verſ. non me latet. & meliùs in regula, peccatum, in 6. part. Paragraphe 9. num. 9. de reg. jur. in 6. quod eſt notandum.

6 Limita ſecundò, ut hoc locum habeat in ſubdito, qui contra Principem, cui ſubeſt, præſcribit; aliud autem erit, ubi ſubditus aut vaſallus contra alterum ſubditum aut vaſallum præſcribit, cui Rex juriſdictionem conceſſit, vel alio modo legitimo acquiſivit; tunc enim ſufficit tempus ordinarium, nempe decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes cum titulo, triginta verò ſine titulo, ex Bart. in l. ſi publicanus §. ultimo. D. de publican. Abb. in cap. ſuper quibuſdam, §. præterea de verborum ſignificat. Palat. in d. §. ſed eſt pulchra dubitatio, numero 48. verſic. ad de prædict. citat plures Covarruv. de reg. poſſeſſor. 2. part. §. 3. num. 3. verſ. ſecunda concluſio. tradunt DD. in l. Imperium, D. de juriſdict. omn. jud. Bald. Anchar. Alexand. & alij à Covarr. relati, ubi cum Alexand. conſ. 16. numer. 27. libr. 5. hanc opinionem dicit communem Salycetus in l. vectigalia. Cod. nov. vect. impon. non poſſe. Bertachinus de Gabellis 1. part. quæſtio. 10. ad fin. Jacobinus de feud. verbo, Et enim mero & mixto imperio. quos refert Palat. ubi ſuprà, vide etiam Abb. in cap. ad audientiam, ubi Felin. colum. 7. de præſcrip. Bald. in cap. 1. quæ ſint Regalia colum. 2.

Ratio autem præſcriptionis juriſdictionis eſt, 7
quia juriſdictio æquiparatur dominio, ut in l. quæ fuere D. de ſtatu hominum. imò eſt ſupra dominium, l. qui univerſas §. item cum prætor. D. de acquirend. poſſeſſ. tenet Palat. d. §. ſed eſt pulchra dubitatio n. 40. ex quo infertur, quòd de jure communi, tanto tempore præſcribitur juriſdictio, quanto acquiritur ipſum territorium, arg. l. ult. C. de præſcript. longi temp. & ibi notat Bald. in l. 2. C. de ſerv. tut. licet hæc præſcriptio de jure regni Caſtellæ, ut ſuprà diximus, non detur niſi immemorialis, hæc attento jure communi intelligenda ſunt.

De jure tamen noſtri regni, juriſdictio nullo um- 8
quam tempore, nec immemoriali præſcribitur, ratio eſt, quia lex poſſeſſionem abſque donatione & titulo damnat: & ſic ſine poſſeſſione præſcriptio non procedit. reg. ſine poſſeſſione, de reg. jur. in 6. damnatur autem poſſeſſio per Ordin. libr. 2. tit. 45. §. 10. & 56. quod lex facere poteſt, tradit Laſſarte de decima vendit. cap. 19. n. 5. Si enim donatarij donationem habent, ultra contenta in ea præſcribere nequeunt. Ord. lib. 2. tit. 27. dos foraes, § 2. & 3. arg. l. non eſt ferendus. ubi Bald. D. de tranſact. cùm enim habeant malam fidem, numquam poterunt præſcribere, nec immemoriali præſcriptione. cap. ult. de præſcript. Si verò non habent titulum, nec donationem, multò minùs, quia ſine donatione omnis poſſeſſio damnata eſt, per præd. Ord. d. tit. 45. §. 10. & §. 56. Valaſc. d. q. 8. num. 21. latè. Et ſic ſervatur in practica, teſte eodem Valaſc. ubi ſuprà, quem omnino legito. licet conſ. ult. 141. de more Doctorum conſulentium, contrariùs ſibi videatur.

DECISIO XLII.

De juribus Regalibus.

SUMMÆ.

1. Jura Regalia quæ ſint.
2. Jura Regalia non ſolùm dicuntur ea, quæ enumerantur in c. 1. quæ ſint Regal. ſed & alia multa, quæ ibi non numerantur.
3. Verbum hoc, Regale, quid ſignificet.

4. *Actus Regales non respiciunt ad unam & eamdem speciem; imo origine, causa & specie separantur. Actus Regales, alij procedunt à suprema Principis potestate, alij ab universali dominio; alij tandem Regi competunt tamquam administratori, & domino Regiæ Coronæ. Ibid.*

5. *Enumerantur multa, quæ sunt de reservatis Principi.*

1 JUra Regalia sunt quæ Regi & Principi competunt & ad Regem pertinent, Iseruia, Alvarotus, & Matthæus de Afflict. *in cap. 1. quæ sint Regalia.* Corset. *de potestat. reg. q. 49.* Bossius *in tit. de regal. num. 1.* Avendan. *de exequend. mandat. 2. part. c. 4. num. 20.* Otalora *de nobilitat. 1. part. c. 1.* Vaz *de jure emphyteut. quæst. 9.* Marc. Anton. Peregrin. *de jure fisci lib. 1. cap. 1.*

2 Et quamvis *in d. tit. quæ sint Regalia*, enumerentur multa, quæ sunt jura Regalia; tamen multa alia, inveniuntur ibi non numerata, quæ jura Regalia sunt: illa namque, exempli gratia ibi enumerantur, ut tradunt Isernia, Alvarot. & Afflict. *ubi supr.* Bald. *in cap. Episcopum vel Abbatem. in feud.* Jacobinus *de feud. verb. in feudum, num. 4.* Socinus *cons. 7. num. 3.* Licet autem Alvarus Vaz. *de jure emphyteut. d. q. 9.* dicat illa solùm esse jura Regalia, quæ eo loci enumerantur, cetera ad potestatem Regis pertinere; tamen illud certum est; multa alia Regi competere, & jura Regalia, quæ ibi non enumerantur, quod clarè convincitur ex Ordin. *lib. 2. tit. 26 § ultim. & in regimento da fazenda. cap. 237.* ubi postquam lex enumeravit jura Regalia, transumpta ab illo *cap. 1. quæ sint Regalia.* generalem regulam constituit, quâ possimus cognoscere jura Regalia, ibi, *E geralmente todo o encarrego assi real, como pessoal, ou mixto, &c.* Et statim *in tit. 33. in principio ejusdem libri 2.* jus jugationis (*jugada* nostri vocant) inter jura Regalia enumerat: & ita multa alia sunt jura Regalia, quæ ibi non numerantur, ut etiam patet ex Ordin. *lib. 2. titulo 45.*

3 Regale autem verbum Latinè idem est, ac si dicatur, Rege dignum, ut ex auctoribus Latinis, notat Ambrosius Calepin. *verb. Regale.* hîc verò jus Regi competens propriè significat.

4 Cùm autem omnes actus Regales ad unam causam, seu speciem non respiciant, sed origine, causa & specie separentur, imò à diverso fonte procedant; alij à suprema Principis potestate procedunt & Regi competunt, aut ratione potestatis & jurisdictionis quam habet, ut est creare Capitaneos, terra & mari, magistratus ad jus dicendum, aut aliter ministrandum, ut sunt tabelliones, ut *in d. tit. 26. lib. 2. §. 1.* permittere duellum, cudere monetam, & alia de quibus statim dicemus. Alij procedunt ab universali dominio Regis; & ei competunt ratione talis dominij, ut sunt flumina, viæ publicæ, vectigalia, & alia. Isernia *ubi suprà.* Quorum rursus alij competunt ei, ut Domino Regiæ Coronæ, sunt enim coronæ, & cujuscumque ejus administratoris, ad sustentandum Regiæ Coronæ statum, ut sunt prata pascuorum, *que saõ as defesas*, saltus, *maias*, agri deserti, *os maninhos*, ferarum viatia, *as coutadas*, prædicta rustica, *que saõ as granjas*, prædia urbana, *os armazens, & casas a elles foreiras*, & alia similia: alij verò quos habet Rex, ut privatus. Hæc differentia colligitur ex *l. Castella. artic. 1. titul. 17. part. 2.* ubi Gregorius Lopez, & Humada ibi *in glossis.* latè Covarruv. *reg. possessor. 2. part. §. 2. numero 7. cum seq.*

Et quia suprà de reservatis Principi diximus & 5
aliqua enumeravimus, ultra illa, quæ dicantur, vide per plures auctores; quos remissivè congerit Vaz. *de jur. emphyt. q. 8. num. 32.* post Gloss. *in cap. quoad translationem de offic. delegat.* Speculat. Bald. Rom. Boss. & Afflict. quæ autem collegi ex Bartol. Jas. *num. 16 & 24.* & aliis *in l. imperium, D. de jurisdict. omnium judic.* & ex Rebuff. *in arbore exceptionum.* sunt hæc; condere legem generalem, congregare concilium, id est, *Cortes*, quæ sunt meri imperij; creare tabelliones. Ordin. *libro 2. tit. 45. §. 15.* restituere famæ, aut natalibus, concedere veniam ætatis, sive jus emancipationis, legitimare, interponere auctoritatem in adoptionibus, seu arrogationibus minorum, *que chamamos cartas de perfilhamentos*, publicare bona delinquentium, quæ sunt mixti imperij. Ordin. *lib. 1. tit. 3. §. 2. cum seq. & §. penult. & lib. 2. tit. 45. § 40. & eod. lib. tit. 26. §. 19. 20. & 21. passar cartas de inimizade, passar cartas de finta, Confirmar doacoẽs que hão de ser insinuadas, cartas tuitivas, & restitutorias, Cartas de restituição de fama, ou de qualquer outra habilitação.* Ordinat. *d. tit. 3. §. 2. 3. & 6. 7.* Item cognoscere de supplicatione adversus sententiam latam ab eo, à quo non potest appellari, quod soli Principi, & præfecto prætorio licet. *l. 1. C. de sententiis præfect. prætor. & Authent. quæ supplicatio. Cod. de precib. Imper. offerend.* Rebuff. *ubi supra, verbo, majus, sub littera T.* de quo per Bart. & Jas. *num. 26. in d. l. imperium.* De quibus juribus Regalibus, & reservatis Principi sigillatim agemus *decisionibus seqq.* Et vide de materia doctissimum Barbosam *in l. divortio, §. si vir. D. de solut. matrim.*

DECISIO XLIII.

De creatione Magistratuum.

SUMMA.

1. *Creatio Magistratuum pertinet ad Principem non recognoscentem superiorem.*
2. *Jurisdictio est in solo Principe, & ab illo tamquam e fonte emanat in alios.*
3. *Creare Duces & Capitaneos belli, soli Principi competit.*

MAgistratuum creatio ad Regem, seu Principem non recognoscentem superiorem pertinet, *l. 1. §. cùm urbem. D. de offic. præfect. urb. & in authent. de defensor. civitat. §. interim.* & resolvit Chassaneus *de Burgund. rubrica. 1. §. 8. num. 101. cum sequentibus.* Covarruv. *pract. quæst. cap. 1. nu. 10. conclus. 10.* Ordin. *lib. 2. titul. 26. in princ. & §. 1.* Avendan. *de exequend. mand. lib. 1. cap. 1. num. 5. & cap. 10.* Avil. *prætorum. cap. 1.* 1

Et ea videtur ratio, quia creare magistratus, est 2
illis conferre jurisdictionem, sive potestatem juris ministrandi: & cùm jurisdictio sit in solo Principe tamquam in fonte, juxta *c. in apibus 7. q. 1.* à Principe tamquam è fonte potest solùm emanare in alios, non ab alio, aut aliunde, ut post Alexand. Bald.

& Thom. Grammat. *vote* 28. Felin. Soar. & alios notavit Vaz Lusitanus *de emphyt. q.* 8. *numero* 21. *vers. Et stat ratio.*

3 Hinc est, quod tabellionum creatio ad solum Regem pertinet, & numeratur inter jura Regalia. *d. Ordin.* §. 1. & alius inferior eos non potest creare, Ordin. *lib.* 2. *tit.* 45 §. 25. facit *cap. cum P. tabellio.* ubi Innocentius, Abb. & alij, *de fide instrum.* Jas. *in l. Barbarius, num.* 48. *D. de officio prætor.*

Hinc etiam intellige, quod creare Capitaneos, & Duces belli, pertinet ad solum Principem, quia illis tribuit jus militare in milites, ut super eis illud possint exercere, ut *in l.* 2. §. 10. *D. de origine jur.* notat Innocent. & Jas. *ubi supra.* Et vide Capicium *decis.* 27. *per totam.* Marcum Anton. Peregrinum *de jure fisci libro* 1. *titulo* 1. § 14. *& in reg. da fazenda. cap.* 237. ibi, *Almirantado*, & inferiùs dicemus.

DECISIO XLIV.

An Princeps possit cogere vasallos ire ad bellum, circa Ordin. *lib.* 5. *tit.* 96. *&* 97.

SUMMÆ.

1. *Vasalli, alij sunt ratione feudi, alij ratione jurisdictionis.*
   Vasalli ratione feudi tenentur sequi dominum ad bellum, propriis etiam sumptibus, dummodo fructus feudi sufficiant ad expensas itineris. Ibidem & num. 4.
2. *Vasalli ratione jurisdictionis non tenentur propriis sumptibus dominum comitari ad bellum, nisi subsit timor subitus invasæ patriæ, vel Rex non habuerit facultates, ex quibus possit satisfacere. Ibid.* & *num.* 5. & 9.
   Clerici utrùm hoc casu succurrere teneantur. remissivè. Ibid.
3. *Cogere vasallos ad bellum, est jus Regale, & soli Regi competit, non autem dominis inferioribus, nisi id eis specialiter concedatur.* & *num.* 10.
4. *Vasalli qui habent bona Regis quoad utile dominiũ, tenentur Regem comitari propriis sumptibus in publica expeditione, alias amittunt feuda.*
   Quod procedit, etiamsi Rex extra Regnum bellum gerat, dummodo tamen fructus feudi sufficiant ad expensas itineris. Ibid.
5. *Vasalli qui nulla bona habent à Rege, sed tantùm ei subsunt ratione jurisdictionis & protectionis, inviti non sunt cogendi ad bellum ire.*
6. *Militia est publicum munus, à quo nemo liberatur, nisi specialiter sit exemptus.*
7. *Rex potest ex populis sibi subjectis eligere tyrones bello idoneos, ut militent, dummodo eis stipendium solvat.*
8. *Rex non potest cogere civitates, ut hujusmodi tyrones suis propriis sumptibus ad bellum mittant. Ibidem.*
   Hoc intelligendum est non solùm de vasallis immediatis, sed etiam de mediatis, scilicet Ducum, & aliorum dominorum.
9. *Pro defensione patriæ omnes tenentur ire ad bellum, dummodo eis stipendium de publico solvatur: secus si opes publicæ ad hoc non sufficiant.*
10. *Domini terrarum non possunt cogere vasallos ad bellum, nec etiam nova vectigalia imponere.*
11. *Rex bellum gerens pro defensione terræ noviter acquisitæ potest cogere subditos ad succurrendum ei, præsertim ubi terra est illis contigua.*
12. *Rex potest in defectu bonorum suorum cogere subditos ad mutuandam sibi pecuniam, quam tamen postea tenetur restituere. Ibid.*
    Clerici utrùm possint cogi ad hoc. remissivè. Ibid.
13. *Rex an possit inconsulto Papa, Cruces, Calices, & alia bona Ecclesiastica capere, dummodo tempore pacis restituat. remissivè.*
14. *Bellum quod dicatur justum, & quot ad hoc requirantur. remissivè.*
15. *Bellum contra Turcas, Mauros, & reliquos nominis Christiani hostes justum est.*
16. *Capta in bello justo, fiunt capientium.*
17. *Idem dicendum est, si capiantur in expeditione, cùm milites vocantur, seu castra moventur ad bellum.*
    Idem dicendum, etiamsi bellum non paretur; si tamen res captæ fuerint hostium, cum quibus nulla amicitia, nec fœdus sit: secus si tempore pacis capiantur. Ibidem.

ET præsupponimus quosdam esse vasallos ratione feudi, quosdam ratione jurizdictionis, 1
c. 1. *qualiter jurare debeat vasal. dom. fidelit.* Dicendum igitur est vasallos ratione feudi teneri dominum sequi ad bellum, etiam propriis sumptibus, juxta *cap.* 1. *de nova forma fidelit. & cap. de forma* 21. *q.* 5. & vide Lucam de Penna *l.* 1. *col. antepen. C. ne rustici ad ullum obseq. lib.* 11. & Afflict. *in rub. quæ sint regal. à num.* 75. *& n.* 92. *lib.* 3. *feud.* Andr. Sicul. *cons.* 11. *colum.* 2. *post medium libr.* 1. dummodo fructus feudi sufficiant ad expensas itineris, Bart. *in l. Mævia.* § *fin. num.* 9. *D. de annuis legat.* optimè Aviles *prætorum. cap.* 3. *verbo, non levando, num.* 2. *p.* 106. & vide omnino Lucam de Penna *d. l.* 1. *colum.* 5. *& col. antepen. ad fin.* Guido *decis.* 437. *n.* 6. & Gregor. Lopez *in l.* 17. *tit.* 18. *part.* 2. *in gloss. deven.* & Curt. Jun. *cons.* 137. *à num.* 9. Menchac. *illustr. qq. cap.* 1. *num.* 9.

Sed alij minimè tenentur sequi dominum pro- 2
priis expensis. Bald. *in cap. cùm ex officii, num.* 1. *in fin. de præscript.* Panormitan. *cap. sicut.* O. 2. *numero* 19. *de jurejurand.* Sylvestr. *verb. bellum.* O. 1. *numer.* 6. *quæst.* 5. & vide omnino Boërium, *dec.* 303. *num.* 9.

Limita nisi subsit subitus timor invadendæ patriæ; tunc enim omnes tenentur succurrere, secundum suprà allegatos; & utrùm etiam clerici teneantur, vide Jas. *in l. placet. num.* 16. *C. de sacrosanct. Ecclesiis.* Greg. Lopez *in l. fin. tit.* 20. *partit.* 1. *in gloss. fin.* vel quando non habet Rex facultates, ex quibus possit satisfacere; nam tunc omnes tenentur ire suis sumptibus, vel contribuere, *cap. omni tempore, & cap. si nulla* 23. *quæst.* 8. Panormitanus *ubi suprà, in fin.* Sylvester. *verbo, bellum.* O. 1. *num.* 7. *in undecima conclus.* pulchrè Gregor. Lopez *in l.* 17. *tit.* 18. *p.* 2. *in gloss. deven.* quem etiam vide *in l.* 7. *tit.* 19. *part.* 2. *in gloss. alos suyos.* Avil. *prætor. pag.* 295. *in gloss. sacar la gente.* & omnino Lucam de Penna *in l.* 2. *colum.* 5. *in* 2. *quæst. ne rusticani ad ullum obsequium. libro* 11.

Domini autem inferiores nullo modo possunt 3
coge-

cogere vasallos ad bellum. Guido *consil. 1. num. 13.* quia id jus Regale est, Ordin. *lib. 2 tit. 26. §. 5.* Peregrin. *lib. 1. tit. 1. num. 14.* & Regalia nulli competunt, nisi cui specialiter inveniuntur concessa, *cap. unico. qua sint Regal.* Menoch. *consil. 65. n. 30. lib. 1.* Socin. Junior. *consil. 98. num. 15. lib. 3.*

4 Quidam sunt vasalli, qui habent bona Regis quoad utile dominium, directo remanente penes Regem; & hi propriis sumptibus tenentur Regem sequi in publica expeditione, id est, quæ suscipitur pro utilitate totius Reipublicæ, aliàs amittunt feuda. *c. 1. §. firmiter de prohibita feud. alienat. per Freder.* nam & juramentum fidelitatis ad hoc videtur eos obligare. *c. 1. de nova forma fidelit. cap. de forma. 22. q. 3.* Optimè Luc. de Pen. *in l. 1. colum. antepen. C. ne rusticani, &c. lib. 11.* Affliƈt. *n. 75. qua sint Regal. l. 3. feud.* Menchaca *illustr. quæstio. cap. 6. num. 4.* etiamsi Res extra regnum bellum gerat, ut optimè probat Andreas Sicul. *cons. 51. colum. 2. post medium lib. 1.* de quo vide omnino Curt. Jun. *tract. feud. 4. part. n. 7. pag. 309.* Panormit. *in d. cap. sicut. Q. 1. de jurejur. numer. 19.* & Aviles *ubi suprà, cap. 10. versicul. fucar. pag. 295.* dum tamen fructus sufficiant ad hujusmodi onera: nam pro quantitate feudi servitia sunt præstanda, *cap. unico ad fin. de allodiis.* aliàs feuda magis essent oneri, quàm honori, contra rationem *l. Mediterranea. Cod. de annon. & tribut. lib. 10.* & ita Bart. *in l. Navia. §. fin. n. 5. C. de annuis legat.* Lucas de Pen. *in d. l. 1. col. antepenult. post medium,* Avil. *prætor. cap. 3. verb. non levando, num. 2. pagina 106.*

5 Alij autem vasalli, qui nulla habent bona à Rege, sed ea quæ possident sua sunt quoad directum & utile dominium, & tantùm subsunt Regi quoad jurisdictionem & protectionem. *cap. 1. qualiter jurare debeat vasallus.* notatur *in l. fin. & Zenone. Cod. de quadriennij præscript. & in l. a. Cod. in quibus causis colon. lib. 11.* hi inviti non sunt cogendi Regem comitari ad bellum, arg. *l. unic. Cod. ne oper. a collator. exigant. lib. 10.* & quia cùm vasalli ratione feudi ad hoc teneantur, secus videtur in aliis. Innocent. *in cap. sicut. Q. 2. num. 2. de jurejur.* Lucas de Pen. *in d. l. 1. colum. 5. in principio.*

6 Sed in contrarium facit, quia militia est publicum munus, *l. quod evitandi. C. de condict. ob turp. caus. l. fin. post principium. D. de muneribus & honoribus.* à quo nemo liberatur, nisi specialiter inveniatur exemptus, *l. sed & reprobari in fin. princip. D. de excusat. tutor. & l. 2. Cod. de silentiariis, libro 12.* & apud nos videtur probare Ordinat. *libro 2. titul. 26. §. 5. & 6.*

7 Dicendum tamen est, quod Princeps non potest cogere hujusmodi vasallos, ut necessariò eum comitentur ad bellum, Ordin. *lib. 5. titul. 96.* sed tantùm poterit ex iis eligere tyrones idoneos, ut militent, & bella gerant. *l. pro tyronibus, Cod. de privilegiis domus Augustæ lib. 11. & l. fin. versicul. tyronum. D. de muneribus, & honoribus.* & quod legitur *lib. 1. Regum, cap. 4. in fin.* quinimò, ut ait Vegetius *lib. 1. de re militar. cap. 27.* (utiliùs constat erudire armis suos, quàm alienos mercede conducere) dummodo eis solvatur stipendium ex publico. *l. fin. Cod. de fabricensibus. libr. 11.* Guid. *singul. 226.* & quia nemo cogitur propriis stipendiis militare. *c. eburitatem 12. q. 2. cap. cùm ex officii de præscript.* & ibi notat Bald. *n. 5.* quinimò nec poterit cogere civitates, ut propriis sumptibus hos tyrones vel milites mittant, quia hujusmodi onus nullibi videtur impositum, & quia hoc modo ad novas collectas, & indebita munera gravarentur, contra text. *in Authent. ut nulli judicium, post princip. collat. 9. & authent. ut judices sine quoquo suffragio. §. illud ad fin. collat. 2.* & ita resolvit Luc. de Pen. *in d. l. 1. colum. pen. & fin.* Chassan. *in consuetud. Burgundia. rubr. 1. §. 4. num. 51.* Menchac. *illustr. qu. cap. 6. num. 4.*

Quod non solùm est intelligendum de vasallis immediatis Regi, sed etiam de mediatis, scilicet vasallis Ducum, vel aliorum dominorum: in prædictis enim omnia suprà resoluta locum habent, quia semper potestas Regia videtur excepta, *cap. 1. §. fin. de prohibit. feud. alienat. per Freder.* & ita omnes tenentur Regi obedire. 8

Prædictis autem duo notabilia addenda sunt Primò quod si patria invaditur ab hostibus, tunc omnes tenentur ire ad bellum pro defensione patriæ, arg. *l. minimè D. de religiosis.* & est text. *in c. igitur. 23. q. 8.* & resolvit Panormitan. *in d. cap. sicut. num. 19.* Sylvest. *verbo, bellum, Q. 1. num. 6. q. 3.* & eleganter Lucas de Pen. *in d. l. 1. d. col. 5. & seq.* & post eum Matthæus de Affliƈt. *in rub tit. qua. sint Regal. à numero 75. lib. 3. feudorum.* Avil. *prætor. cap. 10. verbo, sucar. num. 1. pag. 295.* quod sanè intelligendum est, quod eis debeat solvi stipendium de publico, juxta *l. fin. C. de fabricens. l. 11.* nisi opes publicæ ad hoc non sufficiant: nam tunc suis sumptibus tenebuntur militare, ut resolvit Panormit. *ubi suprà,* & Lucas *in d. l. 1. col. 7. ad fin.* nec tunc Ecclesiæ excusantur. Bart. *in l. nullius A. 2. C. de cursu publ. & angar. l. 12.* Contrarium tenet Jas. per illum text. *l. placet n. 16. C. de sacrosanctis Ecclesiis,* de quo vide omnino Panormit. *cap. non minus, num. 20. de immunitat. Ecclesiarum.* & Gregor. Lopez *in l. fin. titul. 1. part. 2. in gloss. fin.* Sed probabilius est, quod numquam milites cogantur propriis stipendiis militare, satis enim est, quod periculo mortis propriam exponant personam. Lucas de Pen. *in l. Originarios, ad fin. Cod. de agricol. & censit. libro 11.* Affliƈt. *d. rubrica num. 84.* Gregor. Lopez *in l. 17. tit. 18. part. 2. in gloss. deven.* 9

Secundò addendum est, dominos terrarum non posse cogere vasallos, ut eos comitentur ad bellum: nam ad solius Regis auctoritatem & potestatem spectat armorum usus, & congregatio militum. *l. unic. Cod. ut armorum usus, l. 11.* ubi Lucas de Pen. *col. 3. post medium* dicit, quod hæc facientes incidunt in pœnam *l. Jul. Majest.* quia offendunt Regiam Majestatem, usurpando quod est solius Regis: nec sufficit sola scientia, & patientia Principis, sed expressum & speciale mandatum requiritur, ut tradit Isernia *cap. 1. numer. 7. versicul. hic finitur lex.* Carol. *in consuetud. Paris. Paragrapho 1. gloss. 6. numero 13.* & quia hi domini non possunt nova vectigalia imponere *l. 1. C. vectigal. nov. imponer. non posse.* Ordin. *libr. 2. tit. 45. §. 34.* not. Socin. Jun. *consil. 98. ex num. 15. lib. 3.* ergo à fortiori, nec cogere ut personaliter eant ad bellum, quia personæ rebus sunt digniores, *cap. præcipimus 12. quæst. 1.* omnia enim gratia hominum sunt inducta, *l. in pecudum D. de usur.* Nec vita hominis æstimari potest. *l. pen. §. fin. D. de denat.* & quia hujusmodi coactio pertinet 10

ad

ad jus Regale, *cap. unico. quæ sint Regal.* Ordin. *lib. 2. tit. 26. §. 5.* & Regalia nulli competunt, nisi specialiter inveniantur, concessa, *d. cap. unic.* & ita Lucas de Pen. *in d. l. 1. col. 5. in princ.* unde & illa jura Regalia, quæ huic juri æquiparantur, per Ordin. *d. l. 2. titul. 26. §. 5.* non competunt dominis terrarum, Guido. *cons 13. n. 13.* Et in omnibus adde Ordin. *lib. 2. tit. 25 § 4.* Costan. *de successione regni pag. 43.*

11 Et an si Rex moveat bellum pro defensione alicujus terræ noviter acquisitæ, possit cogere subditos ad succurrendum ei, præsertim ubi terra ipsa est illis contigua? Dic quod sic. Guilhel. *in cap. Raynutius verbo, uxorem, in 4. decis. num.* 10. ubi alios citat.

12 Et an Rex pro facienda guerra in defectum bonorum suorum, & in subsidium, possit cogere subditos ad sibi mutuandam pecuniam, dicit Cynus quod sic *in l. neminem. C. de sacrosanct. Eccles.* Guido *decis. 451. in fin* sequitur Guilhelm. *ubi suprà, n.* 11. dicunt tamen; quod Rex tenetur eam pecuniam postea restituere. Et an clerici possint cogi ad hoc? vide ibi remissivè.

13 Et an possit Rex, inconsulto Papa, Cruces, Calices, & alia bona Ecclesiastica capere, dummodo tempore pacis restituat, vide Cynum *in l. neminem. C. de sacrosanct. Eccles.* Afflict. *in rub. quæ sint Regal. n.* 92.

14 Quod autem dicatur justum bellum, & quot ad hoc requirantur, vide eleganter Andr. de Isernia *c. 1. à n. 5. hic finitur lex. deinde consuetudines Regni. incipiunt.* Luc. de Pen. *l. unic. col. 4. & seq. C. ut armorum usus. lib. 11.* quem etiam vide *in d. l. 1. col. 2. ad medium, & seq. C. ne rusticani. lib. 11.* Navarr. *in rub. de judiciis à n.* 104. Victoriam *in relect. de jur. belli.* Et vide Chronicam Regis hujus Regni Edoardi. *c.* 20. ubi elegantissima verba invenies circa hanc materiã.

15 Et dicendum est, bellum quod Christiani gerimus contra Saracenos, sive hi Turcæ, sive Mauri sint, justum esse ex D. Thom. *2. 2. q. 10. art. 3. & 8.* Castro *de justa haret. punit. cap 14.* Covarr. *in reg. peccatum 2. p. §. 3. & 10. de reg. jur. in 6.* Gamm. *dec.* 335. *n.* 1. hostes enim sunt nominis Christiani, & ideò adversus illos publicè bellum populus Christianus decrevit. *l. hostes. D. de captiv. & postliminn. reverf.*

16 Ex quo sequitur, quod ea quæ in bello capta sunt, fiunt capientium jure optimo. *l. ex hoc jure,* ubi notatur. *D. de justit. & jur. §. servi autem instit. de jure personarum l. postliminij § in pace. l. in bello. § 1. l. postliminium, d. l. hostes. §. fin. l. si quid bello.* & per totum ferè titulum *D. de captiv. & postlim. reversf.*

17 Nec tantùm ea quæ in bello capta sunt, sed etiam circa bellum, puta cùm milites evocantur, aut conducuntur, commeatus parantur, castra moventur, & similia fiunt, bonus text. *in d. l. postliminium. versicul. nam quod bello;* sed etsi bellum non pararetur, sed ea gens esset, cum qua nec hospitium, nec amicitiam, nec fœdus amicitiæ causa factum haberemus, etiamsi ab illis ad nos aliquid pervenit, nostrum fit, & liber homo ex ipsis à nobis captus, fit capientium servus, text. singularis *in d. l. postliminij §. in pace.* secus esset, si in pace vel tempore induciarum caperentur, *dict. l. postliminium, §. induciæ, & l. non dubito. D. eodem. titul.* facit *d. l. in bello. §. item in pace. D. eodem.* Unde ab his, cum quibus amicitiæ fœdus percussum est, aut treugæ pactæ sunt, non jure capitur, *d. l. non dubito.* ubi *gloss.* 1. & inferiùs dicemus.

DECISIO XLV.

De auctoritate cudendi monetam, & an Princeps illam mutare possit?

SUMMA.

1. *Jus cudendi monetam Regale est, & ad Principem pertinet.*
   Moneta facta sine auctoritate Principis, dicitur falsa, adulterina. Ibid.
2. *Moneta ut sit proba & legitima, tria continere debet.*
3. *Princeps an possit deducere expensas factas in fabricanda moneta, ita ut id, quod fuerit deductum, minus valeat in pondere.*
4. *Princeps, qui cogit currere monetam reprobatam, & quæ non habet requisita necessaria, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem.*
5. *Princeps non potest ad libitum mutare monetam.*
6. *Limitatur hoc, nisi populus consentiat.*
7. *Limitatur etiam, nisi adsit justa causa, & publica necessitas.*
8. *Princeps, ex urgente necessitate, potest expendere monetam vilissime materia, pro aurea & argentea; dummodo tamen cessante necessitate fiat revocatio, & restitutio justa æstimationis, illis apud quos pecunia illa vilis fuerit inventa.*
   Princeps potest augere, vel diminuere valorem pecunia ultra pondus, dummodo sit in utilitatem Reipublica. Ibid.

JUs cudendi monetam ad Principem pertinet, & 1 jus Regale est, *cap. 1.* ubi DD. *quæ sint Regal.* Ordin. *libro 2. titul. 26. §. 2.* Covarruv. *in lib. numismatum, cap. 8. number. 1.* & moneta, quæ non fuerit auctoritate Regis facta, falsa & adulterina est. *l. 1. C. de fals. monet.* Ordin. *libro 5. titul. 12.* ibi, *quẽ nāo ho feita por mandado de Rey, & § ultim.* Covarruv. *ubi suprà, dict. num. 1. verf. quod adeò verum est.*

An autem Princeps possit pecuniæ valorem mutare? in facto contingit, ad cujus quæstionis resolutionem præmittendum est; Quod moneta, ut sit 2 proba & legitima, tria continere debet, scilicet materiam, publicam formam, & legitimum pondus, ut colligitur ex *cap. quanto de jurejur.* & ibi notat Gloss. *verbo, pareri,* & Bald. *ibi. num. 4.* explicat, quod requiratur materia, ut si sit moneta aurea, ex auro sit confecta, si argentea, ex argento, non ære contaminata. Item requiritur forma publica ad auctoritatem, & valorem, quia post formam non attenditur substantia, sed forma illa designans quantitatem. *l. 1. D. de contrahenda empt.* Requiritur etiam legitimum pondus, *d. cap. quanto. & l. 1. C. de veteris numismat. potestat. libr. 11.* & quod tantum valeat in forma, quantum in materia, ita, ut si ea forma redigatur in materiam, habeat tantum pondus, quantum valebat in forma, ita colligitur ex mente *l. 1. D. de contrahend. emptione.* & ibi Gloss. *verb. probet.* Afflict. *lib. 3. constitutionum, rubr. 4. in princ. num. 5.* & alij adducti per Tiraq. *lib. 1. retract. §. 1. gloss. 20. num. 13.*

Adeò

3 Adeò quidem, ut nec publica expensa deduci debeat, nam ea publicis expensis Reipublicæ fieri debet, nec debet deduci de moneta, sed ipsa moneta debet tantum pendere, quantum valeret, & penderet materia ejusdem quantitatis, ut videtur probare planè text. *in l.* 1. *C. de ponderatoribus & auri illatione. lib.* 10. tenet Bart. *in l. fin. C. de veteris numismat. potest. lib.* 11. *& in l. Paulus. col.* 2. *D. de solutionibus.* & est communis opinio secundùm Curt. Jun. *in l.* 2. *§ mutui datio num.* 12. *D. si cert. petat.* Sed verius est, quod debet tantum valere, quantum materia, deducta expensa publica, quæ fit in ea cudenda: nec enim reperitur jure cautum, quod Princeps teneatur propriis expensis eam cudere. & ita Innoc. *in cap. quanto. de jurejur.* & ibi Panormit. *numero* 11. Afflict. *lib.* 3. *constitut. rubr.* 4. *in princ. num.* 5. *& decis.* 90. *num.* 4. & alij adducti per Covarruv. *in tract. numismatum. c.* 7. *in princ. n.* 5. & Gabr. *in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 9 *colum.* 3. *post principium.*

4 Si autem hæc tria non contineat, pecunia debet reprobari, & Princeps, qui cogit eam currere, peccat mortaliter, ut colligitur *ex d. cap. quanto.* nam tollit illud, quod ex natura rei debebatur Reipublicæ, & sic quasi auferens alienum, tenetur ad restitutionem Gabriel. *in* 4. *distinct.* 15. *q.* 9. *col.* 5. *post princip.*

5 Unde Divus Thomas *tractat. de regimine Principum. lib.* 2. *c.* 13. admonet Principes, ne nomismata pro libidine propria mutent, & sic explicandus est Boër. *d. c.* 3 a. *n.* 6. dum scribit posse Principem absque consensu populi mutare monetam; nam est intelligendus, mudò fiat ex justa causa, vel absque populi præjudicio, ut tradit Covarruv. *tract. numismatum. cap.* 7. *in princ. num.* 6 *post medium.*

6 Habet tamen hæc conclusio duas limitationes. Prima est, nisi populus consentiat; nam cùm agitur de illius favore, seu præjudicio, ex illius consensu justificabitur, argum. *l. pen. C. de pact.* & ita colligitur ex *d. cap. quanto.* & ibi Innocent. & DD. Hostiens. *tit. de usib. §. ex quibus.* quia autem populus est innumerabilis, debent eligi decuriones, qui nomine populorum assistant, arg. *Auth. de defensor. civit. §. interim. collat.* 3. vel etiam viri prudentiores, qui nomine civitatum assistant. argum. *l. unic. D. quod cujusque univers. nomine & l. cùm navarchorum C. de navicul. lib.* 11. & ita Innocent. & Bald. *num.* 1. *d. cap. quanto.* licet Panormit. *ibi. num.* 12. teneat omnes debere consentire, cùm de singulorum agatur præjudicio. Gabriel. *in* 4. *dist.* 15. *q.* 9. *colum. pen. ad medium.*

7 Secunda limitatio est, nisi adsit justa causa, nam hæc numquam videtur exclusa, arg. *l. si hominem D. mandati.* quæ justa causa duobus modis verificari potest, scilicet, quando adest necessitas publica, cui populus teneatur subvenire; vel etiam, quando hoc fit ob utilitatem Reipublicæ, Gabriel. *in* 4. *dist.* 15. *q.* 9. *col.* 3. *ad fin.* Unde concludit Innocent. & Panormit. *n.* 12. *d. cap. quanto.* quòd si Princeps indigeat, & populus huic necessitati teneatur subvenire, tunc etiam absque consensu populi, potest Princeps absque expensis, aliquid modicum deducere ex materia monetæ, ut ex illo lucro subveniat necessitati suæ, cui populus tenebatur succurrere; tunc enim id licitum erit, ut sic populus minùs se sentiat gravari, & subscribit Covarruv. *tract. numismatum. cap.* 7. *in princ.* & vide omnino Gabriel. *in* 4. *d. distinct.* 15. *quæst.* 9. *colum. pen. post principium.*

Quinimò tanta potest esse necessitas publica, ut Princeps monetam ex vilissima materia pro aurea & argentea expendat, dummodo postquam ea necessitas cessaverit, fiat revocatio illius pecuniæ, & fiat restitutio justæ æstimationis illis, apud quos illa vilis pecunia reperiatur, Andr. de Isern. *cap.* 1. *num.* 24. *quæ sint Regalia.* & ibi Afflict. *verbo, monetæ num.* 9. & vide Gabr. *in* 4. *d. dist.* 15. *quæst.* 9. *col. pen post medium.* Similiter potest augeri valor pecuniæ ultra pondus, quando hoc fit in utilitatem totius Reipublicæ, ne scilicet asportetur pecunia à Regno; nam interest Reipublicæ pecuniis abundare. Cùm igitur hæc augmentatio fiat in favorem Reipublicæ, justa erit constitutio, & ita Pinel. *in rubr. C de rescindenda vendit.* 1. *part. cap.* 3. *numer.* 8. *pag.* 19. & Covarruv. *tract. numismatum. d. cap.* 7. *in princ. num.* 5. *ad fin.* & eadem ratione si Respublica pecuniis indigeat, potest augeri valor pecuniæ aliorum Regnorum, ut hac veluti esca, pecuniæ aliorum regnorum deportentur in hoc, ut sic Respublica abundet pecuniis. Et vide de materia Morlam. *quæst.* 24. *fol.* 158. Gigantem *de crimine læsæ Majestat. quæst.* 62. *fol.* 109. 8

DECISIO XLVI.

Circa mare, & an portus maris sit jus Regale?

SUMMÆ.

1. *Mare dicitur esse de territorio illius civitatis vel loci, cui magis appropinquat.*
   Fines, & termini etiam in mari reperiuntur, & assignantur. Ibid.
2. *Mare designatur per terram propinquam, cui mare magis adjacet, & sub qua distringitur.*
   Mare attribuitur terræ circumstanti, & illo quod est in mari, quod regitur per civitatem maritimam, non dicitur esse extra territorium, seu districtum ipsius civitatis.
3. *Delinquens in mari propinquo alicui civitati, in ea debet puniri: quod ita judicatum fuisse Pysis, dicit Angel.*
4. *Maris proprietas nullius est, usus verò illius omnibus communis est: quoad protectionem tamen, & jurisdictionem, est Regis.*
   Piscari in mari, prohiberi non potest. Ibid.
5. *In mari utrum possit poni vectigal. remissivè.*
6. *Portus maris inter Regalia computantur: de jure tamen communi, ad usum communem omnibus patent.*
   Verbum, Portus, *in cap. quæ sint Regal. in quo sensu, & quomodo sit intelligendum Ibid.*
   Supradicta conducunt valde ad intellectum Ord. lib. 2. *tit.* 26 *§* 9 *Ibid.*
7. *Ad oneranda, seu exoneranda navigia in portu, licentia Principis regulariter non est necessaria; nisi extet expressa Principis prohibitio: quæ tamen non est extendenda ad ea, quæ subditi inferunt, vel extrahunt ad suos usus, vel ad se sustentandos.*

Mare, seu pars maris dicitur esse de territorio illius civitatis, vel loci, cui magis appropinquat.

1 quat. ita gloss. illa notabilis *verb. territorio. in capit. ubi periculum §. Porrò de electione. lib. 6.* quam gloss. probant DD. ubi Bald. & alij, quos citat, & sequitur Soares *allegat. 17. colum. 1.* ubi dicit cum Baldo, quod fines reperiuntur in mari, & termini etiam assignantur in mari. Bald. *in l. pen. C. de institut. & substitut. in rubr. D. de rerum. division col. 3.* sequitur Avendan *de exequend. mandat. cap. 4. colum. 6. versic. sequitur ex hoc.*

2 Et designatur mare per terram propinquam cui mare magis adjacet, & sub qua distringi consuevit, ut in *Auth. in omnes obed. judic. §. 5.* & Bald. *in l. 1. colum. 2 C. d. de sententiis ex brevic. recitand.* inquit, quod ille qui est in mari, quod regitur per civitatem maritimam, ut Genua, & Venetia, non dicitur esse extra districtum: & quod mare attribuitur terræ circumstanti, probat text. juncta gloss. *verbo, circumpositis, in cap. licet de foris, & in l. insula D. de judiciis,* prout ponderat Soares. *ubi supra, colum. 2.*

3 Unde Ang. de Perusio inquit *in d. l. Insula.* fuisse decisum Pysis, & benè, quod de delicto commisso in mari propinquo eorum portui & civitati, debeat delinquens ibi puniri, quia pars illa maris intelligebatur subjacere civitati Pysarum, quoad jurisdictionem, quod procedit secundùm eum, etiamsi illa particula, seu regio maris esset valdè remota ab ipsa civitate, si tamen nulli alij esset propinquior, & pro his allegat Soar. text. in *l. unic. C. de classicis. libr. 11.* (quæ lex non est alibi secundùm Bart.) citat etiam Ang. notanter *in l. sane. D. de injuriis.* Bart. *in l. Cæsar. D de publican.* & vide Cæpol. *de servit. tit. de Mari.*

4 Maris proprietas nullius est, usus verò omnibus communis est; sed quoad protectionem & jurisdictionem est Cæsaris, vel Regis. Gloss. & Bald. *in l. quadam D. de rer. divisione* quod etiam aliis argumentis probat Soar. *d. allegat.* 17. ideò non potest prohiberi alicui, ne piscetur ante ædes alterius in mari. *l. injuriarum actio. §. fin. D. de injur. l. 1. § si quis in mari. D. ne quid in loco public.* Soar. *ubi supra.*

5 Et an in mari possit poni vectigal? vide Octavianum *decis.* 155.

6 Et maris portus, inter Regalia computantur, Ordin. *libr. 2. titul. 26. §. 9.* licet de jure communi ad usum communem hominum cedant. text. *in l. nemo. in fin. D. de rerum divis. & in §. nemo. instiut. eod. tit.* Soares *ubi suprà*, & ideò ad text. *in d. cap. 1. quæ sint Regal. in feudu, verbo, Portus*, respondet, esse intelligendum, portus, hoc est redditus, qui provenit ex his, quæ in portum, vel ex portu vehuntur, ut exponit Andr. de Isernia *in d. cap. 1. verbo, Portus.* hæc enim sunt Regalia, non tamen ipse portus, nec ejus usus, cùm sit omnibus communis, ut inquit Soares per *dict. l. nemo. & l. inter publica. D. de verborum significat.* allegat quod leges dicunt in ripis licere omnibus, cum suis mercantiis naves ibi alligare, easque in portu reponere, *§. riparum, institut. de rerum divis. & in l. riparum. D. eod. tit.* ibi, *onus aliquod in eis reponere.* quæ multum faciunt ad expositionem dict. Ordinat. *d. § 9. verb. portos.* ubi tamen non omnis portus habetur pro Regali, sed illi tantum in quibus navigia solent applicare, & ancboras jacere, ibi, *costumão ancborar.*

7 Et adde, quod ad onerandum, seu exonerandum naves in portu, in dubio non est necessaria licentia Principis, ut bene defendit Soares *ubi suprà. vers. sed licet* quod tamen sentit procedere, nisi extet expressa Principis prohibitio: sed tamen subdit illam non esse extendendam ad ea, quæ subditi inferrent vel extraherent ad suos tantùm usus, & se sustentandos, ut dicit esse casum, & ibi Bart. *in l. cetera. D. de legat. 1. § sed & si quis.* & facit *l. universi. C. de vectigal. & commiss.* & vide Peregr. *lib 1 tit. 1. n. 17.* ultra Angel. *in §. & quidem. instit. de rerum divis.* Doct. ubi Lucas de Pen. *in l. uni C. de classicis. libr. 11.* Angel. Paul. & alij *in l. insula. D. de judiciis.* Gerard. *sing.* 55. Felin. *in cap. Rodulphus. de rescript.*

DECISIO XLVII.

Quo jure Reges hujus Regni prohibeant commercia in provinciis ultra mare conquistæ ipsius Regni?

SUMMÆ.

1. *Summi Pontifices Regibus hujus Regni concesserunt conquistas provinciarum infidelium ultra mare.*

   Summus Pontifex habet supremam potestatem in prohibendo & concedendo commercium cum infidelibus; imò & jus debellandi. ibid.

2. *Prohibitio commercij venit in consequentiam concessionis juris debellandi.*

   Concessa debellatione, ea omnia videntur concessa, cum quibus debellatio facilius expediri possit. Ibidem.

3. *Reges hujus Regni possunt facere leges prohibitivas commercij in locis conquistis, illis per summos Pontifices assignata.*

   Si alicui committitur arbitrium, ut statuat super aliqua re, in consequentiam censetur ei concessum, ut possit statuta facere cum pœnarum impositione super conservatione rei concessa. Ibid.

4. *Reges hujus Regni possunt licite prohibere commercia in provinciis ab illis occupatis, & etiam in occupandis, in quibus jus habent acquirendi eas.*

   Aves, & alia, quorum ferarum natura est, efficiuntur primò occupantis; secus, si capiantur in loco, in quo alius habent jus piscandi, seu venandi. Ibidem.

5. *In archivo publico hujus Regni est bulla, per quam Summus Pontifex concessit Ordini JESU Christi omne spirituale, omnium Insularum, & terra Guinea, a promontorio de Barinder & Nam ad meridiem usque, & alia.*

6. *In prædicto archivo est etiam concordia inter Reges hujus Regni & Castella, super navigatione, & insulis.*

SUmmi Pontifices, Regibus hujus Regni 1
concesserunt conquistas provinciarum infidelium ultra mare: quod fieri à Papa potest, habet namque supremam potestatem in prohibendo & concedendo commercium cum infidelibus, *cap. quod olim. cap. ita quorumdam. cap. ad liberandum, de Judæis.* tradunt Cardinalis, & Panormitan, *in cap. post miserabilem. de usuris, & in cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi & in cap. gaudemus. de divor. in cap. licet ex suscepto. de foro competent.*

imò

... & etiam infideles debellandi. Innoc. & Hostiens. *in cap. quod super iis, de voto.* & ibi Cardin. & Panorm. facit *Extravag. multa. de Judeis, & Extravag. 2. ejusdem titul. Joannis* XXII. tradit sanctus Archiepiscopus Florentinus *in summ. 3. p. tit. 24. c.* 104.

2 Prohibitio autem commercij venit in consequentiam concessionis juris debellandi, est enim res magni præjudicij debellationi, deferre mercimonia illis, cum quibus bellum habemus. *d. Extravag. multa. & d. cap. quod olim.* ubi notat Panormitan. & sic concessa debellatione, videtur ea omnia concessa, quibus utiliùs & faciliùs expediri talis debellatio potest. gloss. *in c. solet. de sentent. excommunic. in 6.* ubi Joan. Andreas & Dominic. facit *l. 1. §. fin. D. si usufruct. pet.*

3 Et cùm talis conquista sit concessa Regibus hujus Regni per summos Pontifices, possunt Regea illius super illa leges facere prohibitivaa commercij. *cap. translata. de constit.* Alexand. ad Bartol. *in l. si convenerit. §. si nuda. D. de pignerat. act.* facit doctrina singularis Bartol. *in l. Ambitiosa. D. de decret ab Ordinibus faciend.* ubi ait, quòd si alicui committitur arbitrium, ut statuat super aliqua re, in consequentiam censetur ei concessum, quòd possit facere statuta cum pœnarum impositione super conservatione rei concessæ, sequitur Paul. *in l. 1. §. hujus studij. D. de justit. & jur.* facit Ordinat. *lib. 5. tit. 112.* & videndus est omnino Marcardua *in tract. de Judæis. 1. p. c. 14. vol. 14. tractatuum.*

4 Et quòd commercium licitè prohibeatur, patet, quia hæ provinciæ ultra mare fuerunt concessæ Regi occupanti, ac ideò certum est, bona jam occupata sua esse, & in occupandis jus sibi esse acquirendi, & donandi, illa, & prohibendi cui voluerit. Bart. *in tract. de insul. §. nullum.* facit, quia aves, & alia jure gentium nostra efficiuntur. *l. 1. D. de acquirendo rerum domin.* & si tamen quia habet jus venandi, vel piscandi in certo loco, & alius ibi animalia & pisces capiat, non efficiuntur sua, sed illius, cui competebat jus venandi. *l. Divus.* & ibi Bartol. *D. de servitut. rustic. & l. 2. D. de acquir. rerum dominio §. fera. institut. de rerum divisione* Cæpol. *tract. de servit. cap. de aucupatione,* quem vide.

5 Vidimus autem in archivio publico hujus Regni Bullam, per quam Summus Pontifex, *ensorgou à Orden de Christo todo espiritual de todas as Ilhas & terra de Guinee dos o Cabo de Borjador, & do Nam a te o meo dia, & maes: & das Indias, acquirido, & por acquirir; & que o descobrimento, & conquista destas partes não possaõ fazer se não os Reys de Portugal.*

6 Et vidimus etiam concordiam, *antre os Reys de Portugal, & Castella sobre a navegação, & Ilhas per authoridade Apostolica, com declaração que à spiritualidade, & jurisdicão ordinaria pertencesse somente à Ordem de Christo nos lugares, & portos dos Cabos de Poriador, & Nam, & todo Guinee.*

Et secundùm hanc concordiam pronuntiatum fuit in favorem procuratoris Regij Regni nostri Lusitaniæ, in Consilio Regali Regni Castellæ, in lite inter prædictum Procuratorem, & Ferdinandum Alvarez, & Antonium Gomez, & ex altera parte Petrum Ferdinandez, *de Cabo Verde,* & Ferdinandum Ximenes ex civitate de Cadis, qui fuerunt ad litem vocati, & fiscalem Regis Castellæ, anno 1573. cujus sententiæ tenor transcriptus est *in lib. 6.* Senatus Supplicationis *fol. 52.* qui est casus notabilis.

DECISIO XLVIII.

Ambar in littore maris inventum, utrùm ad Regem pertineat?

SUMMÆ.

1. *Quæ in littore maris inveniuntur, efficiuntur inventoris primò occupantis.*
2. *Inventa in littore maris non connumerantur inter bona Regalia.*
3. *Tributa quæ in foralibus non reperiuntur expressa, non debentur.*
4. *Balena connumeratur inter pisces Regales & ad Regem pertinet.*
5. *Piscis, qui inter Regales connumeratur, si ab aliquo capiatur, non fit capientis, sed Regi applicatur.*
6. *Nostra fiunt quæ ex animalibus nostris procreantur.*
7. *Augmentum censetur ipsiusmet naturæ, cujus est, & alia portio.*

Accessorium sequitur naturam sui principalis. Ibidem.

8. *Littora maris pertinent ad Regem.*
9. *Ambarum in littore maris inventum ad Regem non pertinet, nec ex illo quinta pars debetur Regi: atque ita sapiùs fuit judicatum.*
10. *Hoc intelligitur in ambare invento in littore maris ex Balena evomito: secus in ambare quod extrahitur ex Balena in littore inventa.*
11. *Idem erit etiamsi Balena inventa fuerit in littore provincia Mina; quia littora omnia Guinea ad Regem pertinent.*

Ambar in littore maris inventum, quod ex Balena evomi experientia docuit, utrùm ad Regem pertineat, tamquam jus aliquod Regale, quæstionis fuit?

Et non pertinere placuit; quia ea quæ in littore 1
maris inveniuntur, & reperiuntur, primò occupantis, & inventoris efficiuntur. *§ item lapilli. inst. de rerum divisione,* quæ enim in nullius bonis sunt, occupanti conceduntur. *l. 3. in principio. D. de acquirendo rerum dominio.* Bart. & alij, præcipuè Ripa latè *n. 34. in l. rem quæ nobis. D. de acquirend. possess.*

Item ea quæ inveniuntur in littore maris, non 2
connumerantur inter bona Regalia, ut patet ex Ord. *lib. 2. tit. 26.* & ea *tit. quæ sint Regal. in usibus feudorum.* ubi DD.

Item quia in foralibus non reperitur istud tri- 3
butum impositum; ergo non debetur; quia tributa non debentur nisi expressa, ut est text. *in l. fin. Cod. vectigal. nova instit. non posse.* ubi Salicet. & facit notabilis Ord. *lib. 2. tit. 27. in decisione primi casus.*

Pro illa parte, quòd ad Regem pertineret, facit, 4
quòd Balena est piscis Regalis, seu Regius ob insignem, & admirandam ejus magnitudinem, ad quod citabatur forale Citubalensis oppidi, *Setual* vulgò, in *cap.* quod incipit, *E fos mais assentado,* ubi Balena inter præcellentes pisces enumeratur, ibi, *Sa*

algũa Balea, ou Baleate Cerca, Cota, ou Roaz, ou Muzaranhos, ou outro algum pescado grande, &c. facit item forale Regni Algarbij in hæc verba, *Outrosi são nossas todas as Baleas & outros pexes reaes, que vierem à costa, ou os tomarem, & matarem por qualquer maneira, os quaes não serão apropriados à nenhũa renda de algũa Cidade, & o nosso Almoxarife os arrecadara por nos.* At pisceis Regalis ad Regem pertinet jure Coronæ, juxta regimentum *da fazenda. c. 94.* ibi, *Pexes reaes.*

5 Unde si ab aliquo horum piscium aliquis capiatur, Regi applicatur; & ita olim contigit in oppido de Alboseira Algarbiorum, & in Insula sancti Michaelis; & in Africa in oppido de Arzila (quo tempore sub ditione Lusitanorum erat) ubi petebatur quinta pars ambari reperti in littore, *como pexe lançado à Costa*, juxta *d. c. 94.* Unde id, quod est pars ipsius Balenæ, etiam ad Regem spectabit, arg. *l. quæ de tota D. de rei vendicat.*

6 Item quia nostra fiunt, quæ ex nostris animalibus procreantur. *§. ea quæ, instit. de rerum division.* notat Angel. *in dict. §. item lapilli, eodem tit.* ideoque patrem quis habet, eo jure quo habet & matrem. Bart. *in l. si quis ex Pamphila. D. de legat. 2.*

7 Item quia augmentum censetur ejusdem naturæ, cujus est alia portio, *l. etiam.* & ibi Bart. & DD. *Cod. de jure dotium. & in l. inter socerum. §. cùm inter. D. de pact. dotalibus. l. si convenerit. §. si cùm nuda D. de pigneratitia action.* Aug. *l. si ex toto D. de legat. 1.* facit, quòd accessorium naturam sequitur principalis, vulgat. *l. si eum. §. qui injuriarum. D. si quis cautionibus.*

8 Nec dici potest, quòd inventum in littore maris ad nullum pertinet, quia littora maris in Regno nostro pertinent ad Regem (saltem de consuetudine) ut alibi dicemus, unde & quæ in eis inveniuntur, secundùm Aug. *in d. §. item lapilli, & d. cap. 94. in regimento da fazenda.*

9 Nihilominus pro priori opinione judicatum fuit, quòd ambar in littore inventum apud Brasiles, non pertinebat ad Regem, nec ex illo quinta pars debebatur, in processu *do Procurador da Coroa, contra Miguel Gonçalvez de Brasil, da Ilha de Tamaraca, em Janeiro de 58. escrivão Luis de Neiva* Et sic etiam judicatum fuit in alio ambaro invento in littore Citubalensis oppidi, in processu *do Procurador da Coroa, contra Francisco Mendez, & Gil. Mendez. de Setuval. em Janeiro de 58.* Scriba eodem Neiva.

Item no feito de Dom Manoel. Mascarenhas capitão d' Arzila, contra Simão Vaz sobre ombar, que achou na praia, escrivão Antonio de Neiva em Janeiro de 1544.

10 Hæc tamen procedunt in ambaro, quod in littore invenitur è Balena evomitum; diversum videtur si in littore inveniatur Balena, ex qua inventores ambarum extrahant, quia tunc Balenæ pars est intrinseca, & unita atque incorporata, & ideò ejus est, cujus est & corpus ipsius Balenæ totum; sive ut pars, quæ suo toti accedit; sive ut membrum, quod corpori unitur; sive ut accessorium, quod naturam sequitur principalis. Porrò Balena, ut piscis Regalis ad Regem pertinet, per *d. cap. 94.* Ergo & ambarum in ea inventum; & hoc videtur indubitabile.

11 Non obstat, quòd fuerit inventa in littore provinciæ Minæ, quia littora Guineæ ad Regem pertinent, & ideò dicitur Dominus Guineæ, & diximus suprà *proxima decis.* Accedit quòd navigium erat Regis, & omnia ejus armamenta, & nautæ & vectores ejus impensa navigabant. Ergo tamquam ejus famuli Regi acquirebant: aut saltem maxima pars ei debetur, tamquam Regi & Domino; minor verò nautis & militibus jure quodam societatis.

DECISIO XLIX.

An vectigalia à Principe justè imponi possint?

SUMMÆ.

1. *Jura Regalia fuerunt Principibus concessa ad illorum sustentationem, & regni defensionem, & ad bellum gerendum cum hostibus, ne populus passim malis exactionibus vexaretur.*
2. *Principes debent esse contenti juribus, & stipendijs, quæ habent à populo; & si plus exigant concussores sunt, & mortaliter peccant.*
3. *Bona Principis debent priùs pro necessitatibus publicis expendi, quam a subditis aliquid exigatur.*
4. *Princeps potest justè nova vectigalia imponere, si aliqua necessitas publica & inevitabilis superveniat, cui Regales redditus non sufficiant; quæ tamen ea cessante debent revocare.*

Quæ sit justa causa, ut nova vectigalia possint imponi, remissivè. Ibid.

ET præmittendum est, quòd Principi multa sunt concessa jura, quæ Regalia appellantur, 1
& referuntur in *cap. 1. quæ sint Regal.* & in Ord. *lib. 2. tit. 26.* & in *regimento da fazenda. cap. 237.* & diximus superiùs: quæ jura fuerunt eis concessa, ut honorificè haberent expensas ad alendum se secundùm suum statum, & ut haberent facultates ad defendendum regnum, & bellum gerendum cum hostibus fidei, & ut non gravarent populum pluribus oneribus & exactionibus. Hostiens. *in summ. tit. de censibus. §. ex quibus. & §. ex actione. & §. breviter.* Faber. *l. 1. ad fin. C. nov. vectigal. impon. non poss.* Dec. *cons. 649.* & Otalora *de nobilitat. Hispaniæ. 1. p. cap. 3. num. 6.* & est elegans *l. 11. tit. 28. p. 3.* ubi Gregor. Lopez *in gloss. fin.* inquit, illud à Principe maximè esse advertendum, ut non extendat manus ad bona subditorum. Rol. *consil. 1. à n. 111. lib. 2. & num. 16. & n. 120.* Octav. *dec. 17. n. 12.* & Rex non debet exactionibus civitates sibi commissas exhaurire, sed earum saluti & incolumitati prospicere, verum tamen est, Regem esse subditorum operibus juvandum, ut Rempublicam tueri possit.

Ex quò tria consequuntur, primum, quòd Prin- 2
cipes regulariter debent esse contenti his juribus, & stipendijs, & si plus exigant, concussores sunt. *Authent. ut judices sine quoquo suffrag. §. illud. vide licet. 2. in fin. col. 2.* Rolan. *cons. 1. n. 54. l. 2. & cons. 91. n. 32. lib 2.* facit *c. ab omni. de vit. & honest. cleric.* & peccant mortaliter, juxta text. elegantem *c. militare. sub fin. 23. q. 2.* ubi Augustin. explicans dicta Joannis, quòd milites neminem concutiant, nec calumniam faciant, sed sint contenti suis stipendijs, inquit,

quòd

quòd sub illis verbis continentur etiam Rectores, & quicumque publica stipendia sibi decreta consequuntur, & quòd si amplius quæruut, tamquam calumuiatores, & concussores, Joannis sententia coudemnantur, & in specie Affl. *in cap.1.verbo, vectigalia.n.3. quæ sint Regal. lib.3.feudor.* inquit, Pciucipem nova Impouentem vectigalia maximam facere injustitiam, & graviter peccare. Rolan. *consil.* 91. ex *n.3.lib.2.* Iunoc. & alij *in c.innovamus de censib.* quia debet esse coutentus solitis stipendijs.

3 Infertur & secundò, quòd Princeps priùs debet expendere aurum suum pro necessitatibus publicis supervenientibus, quàm sliquid licitè possit scipere à subditis; nam cùm jura, de quibus suprà, illi concessa sint pro illis publicis necessitatibus, ex illis priùs prædictæ necessitati satisfaciendum est. Cynus *in l. neminem.* & ibi Bald. *C.de sacrosanct. Ecclesijs.* Gnido *dec.* 183. *in fin.* Socinus Junior *cons.* 98. *num.* 10 *.lib.*3. & dicit Baldus *in cap. conquerente.ad fin. de officio ordinarij.* quòd Rex priùs debet sibi imponere subsidium; & si ejus bursa non sufficiat, potest à subditis tune exigere subsidium, argum. *l. ab omnibus.§.si Titio.D.de legat.*1. sequitur Jacob. *tract. feudorum. tit de homagijs.num.3.p.3.*

4 Consequitur & tertiò, quòd si de novo supervenit aliqua necessitas publica, cui redditus Regales non sufficiant, tuuc poterit novum vectigal imponere, & justè exigere à subditis, qui necessitatibus publicis tenentur succurrere. Castr. *de lege pœnali. lib.2.cap.*10. Rolsnd. *cons.1. à n.62.lib.*2. Navarr. *in Manuali. cap.*25.*n.*6. Ordinat. *lib.2.tit.26.§.5. & 6.*ibi, *ou de qualquer outra semelhante necessidade.* In quo tamen est advertendum, quòd in hac necessitate non debet haberi respectus ad labores, quos Princeps sustinet pro republica, quia pro his debet esse contentus honore, quòd sit caput Reipublicæ, ut post Arist. 5. *Ethicorum*, tradit Sot. *lib.3. de just. & jur. c.fin.* & quæ sint causæ justæ, vide Rol. *cons.* 91. *n.*25.*lib.*2.*& n.*27.*&* 51. *& cons.*1.*à n.*61.*l.*2. & quia, ut ait D.Thom. *de regimine Principis.lib.1. c.7.& 8.*finis primarius laborum ejus debet esse ipse Deus, cujus ope & auxilio populos sibi commissos regit, quidquid contrarium præsuppouat Covar. *cap. peccatum.2.p.§.5.ad fi. de reg. jur. in* 6. debet ergo esse necessitas publica, respiciens totam ipsam communitatem illius, Otalora *de nobil.1.p.c.3.numer.* 10. nec justa causa præsumitur, nisi sit expressa. Avend. *l.2.de exequend. mand.c.4.n.4.*& vide omnino Avil. *prætorum cap.24.n.13.pag.* 218. & Rol. *cons.1.n.84.lib.2.& à n.*190. & debet esse inevitabilis, & de præsenti. Medin. *de restit.q.*13. & cessante ea causa debet etiam illud onus cessare, Audr. de Isernia *in rub. quæ sint Regal. ex n.* 50. *lib.* 2.

DECISIO L.

Mulier contrahens nuptias, aut committens incestum, post mariti obitum, intra annum luctus, qua pœna puniatur? & cui veniat applicanda?

SUMMÆ.

1. *Pœna contrahentium incestas nuptias fisco applicantur, non autem delatoribus, aut accusatoribus. Tertius non potest opponere de hoc crimine, nec si opponat, debet audiri. Ibid.*
2. *Bona non possunt auferri etiam à notoriè delinquente absque sententia declaratoria.*
3. *Pœna viduis imposita propter incestum intelliguntur, quando intra annum luctus illum committunt.*
4. *Mulier committens incestum intra annum luctus perdit dotem, ac si vivo marito adulterium commisisset, secundùm quosdam.*
5. *Contrarium tenent nonnulli, & ita sæpius fuisse judicatum in Cancellarijs Regni Castellæ, dicit Covar. Pœna contrahentium intra annum luctus sublata est per Ord. Regiam, non autem committentium incestum. Ibid.*
6. *Mulier committens incestum intra annum luctus privatur bonis, quæ à marito habuit; non tamen privatur dote, quæ opinio receptior est.*

POenæ contrahentium incestas nuptias fisco applicantur, non verò alijs personis delatoribus aut accusatoribus, & est jus Regale, ex Ord. *lib.*1. *tit.26.§.22.in Auth.incestas.C.de incestis nupt.* tradit novè & latè Anton. Peregriuus *de jure fisci. lib.3. tit.15.per totum.* Ideò non potest tertius de hoc opponere; nec debet audiri si opponat, juxta gloss. receptam *in l. his consequenter. §.1. D.famil.ercisc.* quia potest fiscus nolle suo jure uti. *l. si servus plurium. §. si quis autem.D.de legibus.*& ibi Jas. *n.*2. ergo nullus est super hoc audiendus, antequam fiscus declaravet, juxta gloss. doctrinam *in l. 2. D. si ager vectigal.* tradit Bart. *cons.*81.*n.*7. Socin. *cons.*78.*n.*6.*lib.*4.& in nostris terminis Bart. *in l.fi. in fin. D. de condit. sine causa.* & hanc sententiam firmat Rip. *in l.2. D. soluto matrim.n.*29.& ibi Alciat. *n.*21. Covarr. qui alios refert. *dispens.2.p.c.6.§* 8.*n.* 23. ultra Præpos. *in c. & si necesse. col.2. de donat. inter vir. & uxor.* 1

Et patet, quia bona non possunt auferri etiam à notoriè delinquente absque sententia declaratoria, *ex regul. cap. cum secundùm. de haret. lib.6.l.ejus qui delatore. D.de jure fisci.* Ergo ante sententiam nec fiscus, nec alius potest opponere delictum ad finem auferendi bona, ex Covarr. *ubi suprà.* & ultra eum Anchar. *in cap.2. notab.2. de præscriptionibus.lib.6. & in cap. felicis. not.*8. *de pœn. eod. lib.* 6. 2

Adde, quòd pœnæ viduis impositę propter incestum, intelliguntur ita demum impositæ, si intra annum luctus illum committant, & non post, ita text. apertus. in *auth. de restitut.* & ea quæ parit in 11. mense post mortem viri, & teuent quam plurimi relati à Covarr. *de sponsal.2.p. cap.7.§.6.num.10.& seqq.* Pinel. *in l.fin.C. de bonis matern. num.9.vers.sed contrarium.* Costa *in c.si pater. verbo, legavit. ex numer.32. de testam.* Padilha *in l.fideicommissum.* ubi alij DD. *C. fideicom.* 3

Et hoc casu uxor perdit dotem, non minùs quàm si vivo marito adulterium commisisset, Bart. *in l. fin. C. de bon. mater.* Paul. *in l.sororem. ad fin. C. de his quibus ut indign. & in l. fideicommisso. ad fin. C.de fideicomm.* Felin. *in cap.pastoralis, col.3.verbo, mulier. de judeis.* Jas. *l.2.num.* 6, *D. soluto matrimonio.* & ibi Zasius *nu.* 22.& quam plures alij relati à Pinel. *ubi suprà. num.*9. & Peres *in leges Ordinamenti. column.* 1357. inter quos Belon. *in rubr.C.de edendo. num.*83. & Boëc. *qu.* 388.*num.*9. hanc probant, & dicunt communem. 4

5 Sed multi contrarium tenent, scilicet, quod uxor isto casu non admittat dotem, quos referunt Pinel. & Peres *ubi suprà*. Molino *de primogen. lib. 2. c. 9. n. 55.* omittit tamen omnia bona, quæ à marito defuncto habuit sibi relicta, ut docet Costa *in d. cap. si Pater. de testament. lib. 6. in prima parte. verbo, legavit, n. 42. cum seq. pag.* 49 Quamvis etiam in hoc, aliquibus potior videatur opinio contraria uti benignior, quæ viduas excusat, secundùm Covar. *ubi supra, n.* 12. ubi asserit, ita fuisse sæpiùs pronuntiatum in Cancellarijs Regni Castellæ, idque sibi probant; & facit, quòd text. *in d. authent. de restit. §. ult.* æquiparat pœnas viduæ intra annum nuptias contrahentis, & stuprum committentis, ne plus habeat luxuria, quàm castitas: quæ ratio nunc cessat, quia sublatæ sunt pœnæ contrahentium intra annum, per Ordinat. *lib. 4. tit.* 106. Unde & pœna committentium stuprum censebitur sublata; nam lex nova corrigens unum casum ex æquiparatis à lege antiqua censetur utrumque corrigere, secundùm glossam, quæ ad hoc citari solet in *l. quod verò contra D. de legibus.* & est recepta sententia ex Jasone *in authent. quas actiones. num.* 19. *C. de sacrosanct. Eccles.* gloss. similis *in l. si quis servo. in gloss. fin. C. de furt.* commendat Socin. *in l. 1. nu. 5. D. de legat.* 1. Jason. *in l. 3. ad fin. D. de re judicat.* Alexand. *consil.* 171. *num. 3. lib.* 3. Unde non mirum si censeatur etiam sublatus casus stupri æquiparatus *in d. §. fin.* cùm præsertim cesset ratio ipsius text. ne scilicet plus habeat luxuria, quàm castitas.

Sed hæc argumentatio non convincit, lex enim antiqua non æquiparavit casus, sed pœnam impositam nubenti intra annum luctus, imposuit etiam committenti stuprum, quasi ex majori ratione: nam si nubens puniebatur, multò magis debuit puniri stuprum, aut incestum committens; quia valet argumentum affirmativum de majori ad minus argum. *reg. cui licet de regal. jur. lib.* 6. non tamen valet econtrà à minori ad majus, unde sicut non sequitur rectè, si licet quod est minus, licebit quod est majus ita non sequitur, cessat pœna in minori, & leviori casu; ergo cessabit in majori, & graviori: levius est enim intra annum luctus nubere, adeò quòd permittatur ab Apost. 1. *ad Corinth.* 7. dicente, *Nubat in Domino.* & per Ord. *d. tit.* 196. *lib.* 4. Peregrin. *ubi suprà n.* 2. gravius autem est incestum committere, aut stuprum, quod nequaquam licet: ergo cessante pœna in casu minori, & permisso, non debet cessare in casu graviori, & prohibito, cùm militet diversa ratio.

6 Et ita magis placet opinio Costæ *in d. cap. si pater. verbo, legavit. n. 42. cum sequenti.* quòd mulier committens incestum intra annum luctus privetur bonis quæ à marito habuit, non tamen privetur dote, & in hoc casu dotis potest sustineri opinio Covarr. quod notandum maximè est.

DECISIO LI.

De bonis vacantibus, & capellis.

SUMMÆ.

1. *Bona vacantia inter Regalia connumerantur, & ad Regem pertinent.*
2. *Bona vacantia quæ dicantur, remissivè.*
3. *Capella vacans, nullo superstite, ex illis, qui à testatore nominantur, vel quia non extat ullus nominatus, ad Regem pertinet, tamquam bona vacantia.*
4. *Capella, quæ instituuntur, sunt ad instar fideicommissorum, seu majoratuum, in quibus succedit consanguineus proximior ultimo possessore, nisi aliud ex institutione appareat.*

Proximior dicitur, quem nullus præcedit, etiamsi sit in millesimo gradu. Ibid.

5. *Capellæ in successione æquiparantur fideicommissis.*
6. *Ubi extat aliquis consanguineus proximior; is succedere debet in capella, aut majoratu, & non fiscus, aut Princeps sæcularis: & si eam alicui concedat, non ex eo intendit præjudicare prædicto consanguineo.*
7. *Ubi extat consanguineus usque ad decimum gradum non est locus fisco.*
8. *In concessione harum capellarum semper adjicitur clausula, quod diligenter inquiratur, an extet aliquis ex consanguineis, aut descendentibus primi institutoris; quod maximè attendendum est.*
9. *In capellis, & in majoratibus succeditur sicut in Regno.*
10. *Sicut Rex non potest privare feudo eos, qui sunt de familia, quibus illud ab antiquo fuit concessum, & concedere extraneo; ita nec potest privare capella, aut majoratu: alias tenetur ad interesse & damnum, quod infert cognatis, & consanguineis de familia.*

Rex potest ex causa feudum vasallo auferre, ea tamen cessante, feudum vasallo debet restituere. Ibid.

BOna vacantia ad Regem pertinent, & est jus Regale. Ord. *lib. 2. tit. 26. §. 18. cap. 1. quæ sint reg.* ubi scribentes *l. 1. D. jure fisci. l. 1. per tot. C. de bonis vacantibus. l.* 10. Marc. Ant. Peregrin. *de jure fisci. l. 4. tit. 3. per totum.* 1

Quæ autem dicantur bona vacantia, vide in ord. *lib. 1. tit. 89. §. 1. & lib. 4. tit.* 94. junctis traditis per Peregrin. *ubi suprà num.* 2. 2

Ex quo, in hoc regno usitatissimum est, quòd capella instituta à laico, & de bonis prophanis sine auctoritate prælati, si vacat, puta, quia nullus superest ex his, qui ab institutore sunt vocati, vel quia non extat ullus nominatus, ubi non potest succedere nisi nominatus, tunc Rex providet de tali capella, & ejus bonis, tamquam de bonis vacantibus, & constituit eorum administratorem, argum. text. in Ord. *d. lib. 2. tit.* 26 *§.* 17. & tradit Gamma, quem vide *dec.* 288. & facit Ordin. *lib. 1. tit. 62. §.* 51. incipit, *Pella mesma maneira*, juncto o *regimento dos Contadores, & Provedores. tit. 1. in principio, & tit.* 4. & de jure probatur *in §. si quis ædificationem. in auth. de Ecclesiast. titul. coll. 9. l. legat.* ubi notatur *D. de administrat. rerum ad civitat. pertinent.* Et quòd talis provisio pertineat ad Principem sæcularem, ubi capella instituta est à laico de bonis prophanis sine auctoritate prælati, vide Bald, Abb. & alios, quos sequitur Parisius *consil. 34. lib.* 4. post Cardinalem *n. 4. in clement. quia contingit. de religios. domibus & de hospital.* Covar. *variarum lib. 2. c. 20. n.* 4. Gammam *decis.* 288. *per totam.* qui dicit ita judicatum fuisse. 3

Sunt autem capellæ, quæ à nonnullis institutoribus instituuntur ad instar fideicommissorum, & majoratuum, in quibus succedit consanguineus 4

ultimo

ultimo possessori proximior, ubi de personis vocatis in institutione non apparet; sicuti succeditur in hereditatibus ab intestato, ut est text. in l. fin. Cod. de verborum significat. ibi, & hoc videlicet gradatim fieri. & ibi firmat Paul. & Jas. num. 25 idem Jason. in l. si avia. n. 5. & 6. Cod. de success. edict. bonus text. in l. cùm ita. §. in fideicommisso. D. de legat. 2. ibi, qui ex iis proxime gradu procreati sunt. & in l. pete. in principio. ibi, ut proximus quisque primo loco videatur invitatus. eodem tit. Et dicitur proximior quem nullus praecedit, etiamsi sit in millesimo gradu, ut notatur in l. cùm ita. §. in fideicommisso. D. de legat. 2. & in l. Arethusa. D. de statu hominum.

5 Et quamvis dicta jura loquantur in fideicommissis, idem erit dicendum in successione horum majoratuum, & capellarum, quia in effectu sunt quaedam fideicommissa, quae in cognatione & familia manere debent, ut concludit Palat. per pulchra fundamenta in rubrica. §. 44. super text. incipit, sed est pulchra. n 4. & ita tenent omnes auctores Hispani, & in nostra Lusitania habemus text. apertum in Ordin. lib. 4. tit. 100. §. 2. & 3. ubi disponitur, quòd in his bonis vinculatis succedat proximior agnatus ultimo possessori, non primo institutori, nisi aliud ex institutione appareat.

6 Ex quibus infertur primò, quòd ubi existit aliquis consanguineus ita proximior, is debet succedere in capella, aut majoratu, non autem fiscus, aut Princeps saecularis. Adeò ut si Princeps talem capellam concedit, non intendit eam concedere in praejudicium ejusmodi consanguinei, sicuti non intendit in dubio praejudicare juri tertij. l. nec avus. Cod. de emancipat. liberorum. l. 2. § si quis à Principe. D. ne quid in loco publico. latè Gomez in regul. Cancellaria, de non tol. jure quaesito.

7 Hinc pertinet Ordin. lib. 4. tit. 49. dum disponit, quòd ubi adest consanguineus usque ad decimum gradum, non potest esse locus fisco, & consequenter nec Princeps potest de tali successione disponere.

8 Hinc est, quòd ubi Princeps noster concedit hujusmodi capellas, solet adjicere clausulam, ut priùs aliqua diligenter inquirantur, quorum unum est, utrùm extet aliquis ex consanguineis & descendentibus primi institutoris, ad quem administratio jure pertineat; & eo jure utimur: quod non semel vidi factum: tunc enim potest de istis capellis & eorum bonis providere, cùm vacant, tamquam de bonis vacantibus, Ord. lib. 2. tit. 26. §. 17. Gam. d. decis. 288.

9 Infertur etiam, quòd in capellis, & majoratibus succeditur, sicuti in Regno: ut eleganter tradit Paul. cons. 164. in causa majoria Hispalensis. volum. 2. ubi inquir, quòd sicuti succeditur in Regno, succeditur etiam in majoratu, & in alijs dignitatibus particularibus, cujus doctrinae meminit Covarr. lib. 3. resolut. cap. 5. nu. 5. vers. quarto ad hujus partes. Peralt. qui hoc latiùs fundat. in l. 3. §. qui fideicommissum. num. 138. vers. secundo videndum pag. 252. & priùs num. 122. D. de hered. instit. Padilha in rub. Cod. fideicommiss. Dec. cons. 389. n. 7. Cravet. cons. 256. Unde sequitur, quòd sicut in Regni successione admittitur consanguineus proximior, etiamsi sit in millesimo gradu, ut tradunt Bald. in cap. 1. col. fin. de feud. Marchie. Jason. num. 3. Dec. num. 9. in fin. Cod. unde legitimi. Joan. Lecirier de primogen. lib. 3. quaest. 2. numer. 5. Guilhelm. de Monferrat de success. Regni Franciae. n. 39. vol. 10. tractat. cum alijs relatis à Molina de primog. Hisp. lib. 1. cap. 3. num. 14. ita succeder etiam in capellis, faciunt tradita per Peregrinum de jure fisci lib. 4. tit. 3. n. 28.

Infertur etiam, quòd sicuti Rex non potest privare feudo eos, qui sunt de familia, quibus illud ab antiquo fuit concessum, nec illud eximere à consanguineo, & progenie illorum, & concedere extraneo (ut tradunt Alvarot. in c. 1. §. notandum. versic. ex qua glossa infer untur duo. de iis qui feudum dare possunt. tradunt DD. in c. 1. de feud. sine culpa non amit. Socin. Junior. cons. 76. 1. vol. 1. n. 13. per text in l. rescripta. & in l. quoties. Cod. de precibus Imper. offerend.) ita & eadem ratione non potest capellam, aut majoratum auferre his, qui sunt de familia, quibus illa fuere relicta ab institutoribus, & dare extraneo. Adeò, quòd si extraneo fortè conceditur, statim, ubi apparet quòd supersit & extet aliquis de illa familia, debet illi capellam restitui jubere. Gamma d. decis. 288. prout videmus quòd licet Rex possit ex causa feudum auferre, tamen si cesset causa, feudum vasallo restitui debet, ut tradit Innocent. in cap. plerique. de immunitate Ecclesiarum. & Paris. cons. 155. num. 56. vol. 7. Decius in cap. quae in Ecclesiarum. num. 127. de constit. alioquin, nec in foro fori, nec in foro poli talis Principis concessio habet ullum effectum, nec est ullius momenti, quia sine causa aufertur res ei, ad quem pertinet. Socin. consil. 164. num. 10. vol. 2. Afflict. decis. 361. num. 29. Ruin. cons. 3. num. 53. vol. 1. & cons. 37. nu. 7. vol. 4. Roland. à Valle cons. 69. n. 7. vol. 2. & cons. 91: numer. 48. eod. vol. aliàs Princeps propter illud damnum, quod infert consanguineis, & cognatis de illa familia, tenetur illis satisfacere, & interesse aequivalenter restituere, juxta notata in l. item si verberatum. D. de rei vendicat. & in l. Lucius. D. de evictionibus. & tradit Roland à Valle cons. 69. num. 17. vol. 2. Socin. Junior. cons. 120. num. 35. vol. 2. Cephalus cons. 133. num. 109. vol. 2. Dec. in l. id quod nostrum. num. 53. D. de regul. jur. in quo maximè attendendum est, nam aliquando Rex has capellas concedit, non facta tam exacta diligentia, an supersint consanguinei: & super eo lites multae excitantur, ut ego vidi, in quibus partes sumptus maximos faciunt: quod nequaquam fieri debet, & in eo diligentiam Consiliariorum Regis, & Senatorum Palatij maximam requirimus. 10

Et vidimus donationem quamdam factam de quadam capella per Regem Affonsum quintum, & in praedicta donatione fit mentio cujusdam Ordinationis illius temporis, vigore cujus Rex poterat providere de capellis vacantibus: In processu Promotoris capellarum, contra Donam Mariam uxorem Georgij de Mello, scriba Vicente Vaz, das Capellas desta Cidade de Lisboa.

DECISIO LII.

Utrùm Rex, ad quem devolvuntur bona capellæ, teneatur nominare administratorem cum qualitatibus in institutione requisitis?

SUMMÆ.

1. *Rex, si ad eum bona capella devolvantur, tenetur nominare administratorem cum qualitatibus in institutione requisitis.*

Res transit cum suo onere, & cum sua qualitate, seu prohibitione. Ibid.

2. *Subrogatum sapit naturam ejus rei, in cujus locum subrogatur.*

Qui in jus succedit alterius, eodem jure uti debet, quo ille uti debebat. Ibid.

3. *Consules Montis Pesulani, si intra certum tempus non eligant Doctorem, Licentiatum, aut nobilem in primum consulem, prout tenentur, devolvitur collatio ad Gubernatorem; ita tamen, ut eosdem teneatur eligere, quos Consules tenebantur.*

4. *Si patronus ob negligentiam perdat potestatem præsentandi in beneficio, superior non potest aliter prædictum beneficium conferre, nisi prout natura beneficij requirit.*

Idem dicendum est in modo eligendi. Ibid.

5. *Forma data à testatore circa distributionem bonorum suorum ad pias causas, si ob negligentiam executoris devolutio fiat ad Episcopum, ille tenetur servare formam à testatore datam,* & *n.* 7.

6. *Qui tenetur expedire actum cum consilio alicujus si actum delegaverit, delegatus tenetur ab eodem requirere consilium, sicut & delegans tenebatur.*

8. *Princeps non potest sine causa quidquam disponere ad mutandam voluntatem defuncti instituentis capellam, seu majoratum, circa conditiones, vel onera apposita, vel circa modum succedendi à testatore datum.*

Sicut Summus Pontifex non potest sine causa derogare voluntati defuncti in relictis ad pios usus, ita nec Rex in relictis gratia honoris, & memoria conservanda. Ibidem.

9. *Hoc procedit etiam in voluntate, qua semel, vel nunquam habuit executionem.*

10. *Supradicta procedunt, licet consensus administratoris capellæ, seu majoratus, interveniat.*

11. *Restitutio conceditur capellis, sicut minoribus, si modò cum auctoritate ordinarij instituantur, & divina celebrentur, & habeant alia signa loci pij.*

12. *Capella antiqua, in dubio præsumuntur erecta cum auctoritate Prælati.*

1 ET dicendum est, quòd sic: tum ex eo quia res transit cum suo onere, ut in *l. alienatio. D. de contrahenda emptione. cap. si quis laicus.* & ibi gloss. 16. *qu.* 1. & cum sua qualitate, Roman. *singul.* 478. *pone quod arbitrium.* & cum sua prohibitione *l. unic. §. sin autem Cod. de cadus, tollend.* Jason. *in repetit. l. re conjunctis. col.* 2. *n.* 3. *D. de legat.* 3.

2 Tum quia subrogatum dicitur sapere naturam ejus rei, in cujus locum subrogatur. *l. si enim. §. qui injuriarum. D. si quis cautionibus:* tum quia is, qui in jus succedit alterius, uti debet eo jure, quo ille uti debebat. *reg. is qui. de reg. jur. lib.* 6.

Et ideò si Consules Montis Pesulani intra cer- 3
tum tempus non elegerint Doctorem, Licentiatum, aut nobilem in primum Consulem, prout tenentur, devolvitur collatio ad Gubernatorem: ita tamen ut is teneatur eligere eosdem quos Consules tenebantur, videlicet Doctorem, aut nobilem, ita pulchrè Rebuff. *in tractatu de nominat. qu.* 8. *nu.* 11. *vers. quod facit pro consulibus.*

Hoc etiam si patronus propter negligentiam 4
perdat potestatem præsentandi, tamen superior conferens non potest aliter conferre, quàm natura beneficij requirat, utpote si Sacerdos debeat præsentari per patronum, Episcopus tenetur etiam Sacerdoti conferre, secundùm Joannem de Sel. *de benefic.* 3. *d. q.* 59. sequitur Rebuff. *ubi suprà. n.* 16. post Boer. quem etiam citat. Et idem si patronus tenebatur præsentare aliquem de familia fundatoris, secundùm Rebuff. *ibid. num.* 17. Et diximus in libello de patronatibus Regiæ Coronæ.

Et idem videtur dicendum in modo eligendi, ita 5
ut si testator dedit formam distribuendi bona sua ad causas pias, & executore negligente devolutio fuerit facta ad Episcopum, is tenebitur exequi secundùm formam à testatore traditam, ita eleganter Bald, *in l. si pupilla. Cod. si mancipium ita fuerit alienat. ut manumit.* Barbat. *in cap. venerabili. col.* 3. *de officio deleg. & in cap. possessiones. col.* 2. *de reb. Eccles. non alienand.* Coriet. *singul. incipit, consilium.* citat & sequitur Reb. ubi suprà *d. q.* 8. *n.* 17.

Adeò quòd si quis debeat expedire actum cum 6
consilio alicujus, & ille delegaverit actum, delegatus tenebitur requirere consilium, sicut primus tenebatur, ita Rebuff. ubi suprà *n.* 14. per text. *in cap. cum in veteri. de elect.* ubi citat Panormitan. *not.* 3. qui idem dicit in Judice, quem sequitur Felin. *in cap. cùm dilecta. col.* 12. *ampliat.* 7. *de rescript.* & ibi allegat idem Rebuffus alia jura. Et idem tenuit Anton. Corset. ubi id valdè commendat *singul. incipit, consilium,* & ponit casum, in quo testator mandavit executori, quòd distribuat bona sua in pauperes, secundùm consilium Guardiani S. Francisci, & quia executor fuit negligens intra annum, devoluta est potestas ad Episcopum, per *leg. nulli. Cod. de Episcop. & cleric. & cap. nos quidem. de testament.* & utrobi- 7
que notatur; & tamen Episcopus tenetur servare formam datam à testatore, quia debet exequi secundùm consilium Guardiani, quia licet sit recessum à persona executoris, non tamen est recessum à forma, & inquit Corset, quòd istud fuit singulare dictum Bald. *in l. si pupilla. C. si mancipium ita fuerit alienat.* quod dicit secutum esse Barbat *in cap. dura. de crimine falsi,* quem text. ad hoc ponderat, & alium *in clement. unic. de supplend. negligent. prælat.*

Et adde, quòd si capella, vel majoratus, ab aliquo 8
instituatur, non potest Princeps posteà quidquam disponere ad mutandam voluntatem defuncti instituentis circa conditiones, vel modum substituendi datum ab eodem testatore, vel etiam circa onera apposita: sicut enim in relictis pijs, id est, ad pios usus, numquam Summus Pontifex solet derogare voluntati instituentis, sine causa, maximè cum præjudicio tertij; ita nec Rex, aut Princeps in relictis

relictis similibus, gratia bonoris, & memoriæ conservandæ. Felin. *in cap. cùm accessissent. column. 8. de constitutionibus.*

9 Quod procedit etiam in voluntate defuncti, quæ semel, vel numquam habuit executionem, id est, ubi nondum ex testamento, vel contractu fuit alteri jus quæsitum, vel spe admodum probabili delatum, ut per Covarr. ubi suprà, ubi ampliat hoc, etiamsi apponatur clausula, *de plenitudine potestatis*, vel, *de potestate absoluta*, quem vide, ut per Pinel. *in rub. de rescindenda vendit. 1. p. cap. 2. num. 18. & numer. 19.* ubi subdit, quòd in praxi observandum est, quòd in relictis pijs petatur dispensatio à Summo Pontifice, in alijs à Rege, & omnino est videndus Covar. *resolut. lib. 3. cap. 6.* & vide Ordin. *lib. 1. titul. 62. §. 50. & alijs.*

10 Supradicta autem procedunt, etiamsi interveniat præsentis administratoris consensus, quia nec successor in majoratu aut capella potest alterare, aut immutare formam primæ investituræ. *cap. 1. de success. feud. l. 3. D. de interdict. & relegat. l. si mihi. 103. D. de leg. 1.* Gamma *dec. 341. num. 1.* Nec sequentium causa, per anteriores potest lædi. *l. peto. §. fratre. D. de leg. 2.*

11 Ultimò adde, quòd capellis solet concedi restitutio, sicut minoribus, ut per Abb. *in cap. 1. de in integrum restit.* ubi alij DD. Si modò sint erectæ cum auctoritate Ordinarij, & in eis divina celebrentur, & habeant campanile, & alia signa loci pij, ut tradit Calderin. *consil. 4. tit. de religios. domibus.* Bald. *in authentic. hoc jus porrectum. nu. 2. & 3. Cod. de sacrosanct. Eccles.* Paul. *in l. Orphanotrophos. col. 1. eodem tit.* aliàs si non sint erectæ Episcopi auctoritate, nec censetur locus pius nec competit restitutio, text. *in cap. ad hæc. de religios. domibus.* notat Bald. *ubi suprà.* Addit. ad Abb. *in d. cap. 1. num. 15.* Guido *dec. 187.* Cald. *ad l. si curatorem. verbo, minoribus. num. 63. C. de in integrum restitutione minor.*

12 Adde quòd si sint capellæ antiquæ, præsumuntur erectæ auctoritate prælati. *cap. 1. cap. audivit. de in integrum restit.* ubi Abb. tradit Everard. *cent. legal. loco. 31. num. 2.* cum alijs, quem videas. Vaz *consult. 105.* Gam. *d. dec. 188.* quem etiam omnino videas & *in prima part. nostrarum Decisionum, dec. 51.*

DECISIO LIII.
De Salinis.

SUMMÆ.

1. *Salinarum redditus inter Regalia connumerantur.*
2. *Habentes salinas an possit Rex cogere, ut ei, & non alteri salem vendant, & hoc pretio moderato, remissivè.*
3. *Salinæ quæ in loco publico fit, de licentia Principis fieri debet; si verò in loco privato fiat, nulla licentia requiritur: imò in totum, & omni jure pertinet ad eum, qui eas fecit.*
4. *Terra in quibus salinæ fiunt, quæ vulgò dicuntur* (çapais & salgados) *antiquitus dabantur de sesmaria, postea verò pro modica pensione in perpetuam emphyteusim dari censeverunt.*
Salinæ quocumque modo data fuerint, pertinent ad eos, qui eas fecerunt. Ibidem.
5. *Tenor duarum scripturarum* (de sesmarias) *transscribitur.*
6. *Tributum in sale numquam in hoc Regno impositum fuit, præter antiquam impositionem* (de dez & sete reis por moio.)
7. *Referuntur verba foralis oppidi de Setuval.*

Salinæ, id est, redditus ex illis, inter Regalia connumerantur. *cap. 1. verbo, salinarum, quæ sint regal.* ubi Afflict. & hoc sive sint salinæ in mari, sive in alia parte. Ordinat. *lib. 2. tit. 26. §. 15.* si modò ab antiquo ejusmodi redditus à Regibus percipi consueverunt, ut in d. Ord. ibi, *as rendas que de antigamente custumarão levar das marinhas.* facit text. *in c. super quibusdam. §. præterea. de verb. signific. l. inter publica. §. fin. D. eod. tit.* Cumanus *cons. 152.* Dec. *consil. 192.* & vide Alex. *cons. 86. num. 2. lib. 4.* Stracham *tract. de mercatura. p. 4. n. 30.* Gammam *decis. 31.* tradit doctissimus Barbosa *in l. divortio. §. si vir. num. 27. D. solut. matrim.* 1

An verò Rex possit facere, ut habentes salinas salem non vendant nisi Regi, & pretio moderato? non est præsentis quæstionis: agunt tamen de materia Doctores in locis suprà allegatis, quos videre poteris, maximè doctissimum Barbosam loco superiùs allegato, ubi latè materiam disputat. 2

Salinæ autem (ut hoc obiter dicamus) vel fieri possunt in locis publicis, vel in locis privatis: si fiant in locis publicis, de licentia Principis fieri debent: si verò fiant in locis privatis, nulla licentia requiritur, imò pertinent in totum, & omni jure ad eum, qui eas fecit in loco privato. *l. forma, §. salinæ. D. de censibus. l. magis puto. vers. sed etsi salinas. D. de rebus eorum.* resolvit Cæpol. *in d. l. inter publica. num. 7. D. de verborum significat.* Jacobinus *de feudis. verbo, cum argentifodinis & salinis. n. 2. pag. 27.* post Alex. *in d. l. divortio. §. si vir. in fundo. n. 4. D. soluto matrimonio.* nec in his salinis privatis Princeps aliquod jus habet. 3

Antiquitus autem in hoc Regno, terræ, in quibus salinæ fiunt, quas vulgò dicimus, *çapais & salgados*, dabantur de sesmaria, etiam in terris ordinum militarium, tamquam agri deserti, & inculti, absque pensione aliqua, juxta Ord. *lib. 4. tit. 43. per totam.* quod maximè notandum est: recentioribus namque temporibus introductum fuit, ut darentur in perpetuam emphyteusim, pro modica pensione, in terris ordinum militarium. Quod videtur contra Ordinat. *lib. 4. tit. 43. §. fin.* & dicemus inferiùs *decis. 131. num. 4.* Et sic quocumque modo dentur, pleno jure pertinent ad eos, qui salinas fecerunt, seu ad ejus heredes: & libet hic transcribere tenorem duarum scripturarum *de sesmarias* harum terrarum, *de salgados, & çapais*, ut liquidò ex illis hoc constet, & alias similes multas vidimus in oppidis d'Alcacere, & de Setuval, antiquis temporibus confectas. 4

Treslado da carta de sesmaria.

Saibão quantos esta carta de sesmaria virem, que na era do nascimento do nosso Senhor Jesus Christo de mil & quatrocentos, & trinta & cinco annos, aos treze dias do Mes de Fevereiro, & Alhos vedros em hum chão que esta a pente do dito logo, estando hy Pero Vasquez criado do Iffante Dom João, & seu sesmeiro em todo Ribatejo, em presença de mim Arias Afonso tabellião pello dito senhor Iffante em toda a comarca de Ribatejo, & das testemunhas que ao diante são escritas: parente o dito sesmeiro pareceirão Fernãdo Estevens, & Pero Vicente moradores em o dito logo, & pedirão ao dito 5

sesmeiro que lhe desse de sesmaria hum capal que esta assima da ponte, & lugar, & poder que elles podessem fazer em o rio hũa acenha por quanto assi a dita terra & çapal estava desaproveitada & à Ordem de Santiago não avia della proveito nenhũ, que elles querião ali fazer a dita acenha & dar proveito della a dita Ordem dandalhe o dito sesmeiro tempo conuinhavel a que a pudessem fazer, & que elles se querião obrigar; & o dito sesmeiro visto o dito çapal, & Rio em como era terra maninha, & vazia, sem della a dita Ordem aver proveito nenhum, vista como os ditos Fernão Estevens, & Pero Vicente dizem que a querião aproveitar, & fazer a dita acenha, & como era grande proveito da dita Ordem lhe deu o dito çapal, & lugar, & poder, que elles pudessem fazer, & armar a dita acenha em o dito Rio, & lhe deu, & mandou que elles podessem tomar do dito çapal terra, & Rio por onde se elles podessem aproveitar, & ouvessem logradouros, entradas, & saidas pera a dita acenha, & pertenças della, & lhe fossem compridouras, & necessarias a ella pera a aver de fazer, & outro si lhe deu hum chão que hi esta forado dito çapal junto com o porto que tem hũas figueiras assi como parte com o caminho do conselho, & com outras confrontações com quem de direito deve de partir por quanto não era adubado nem aproveitado & lhe era necessario pera fazer a dita acenha, a qual acenha, & chão lhe deu de sesmaria todo sempre, pella guisa que dito he por poder de hũa carta del Rey escrita em pergaminho, & asselada de hum sello pendente, & assinada por o dito senhor Rey segundo que em ella parecia de outra carta do dito senhor Iffante Dom Joaõ escrita em papel, & assellada do hum sello redando nas costas & assinada pello dito senhor Iffante, segundo que em ella parecia das quaes cartas, & poderias o teor dellos de verbo ad verbum he o seguinte.

Dom João per graca de Deos, Rey de Portugal, & dos Algarues, & senhor de Ceita, a quantos esta carta virem fazemos saber que o Iffante Dom João meu filho Regedor, & Gouvernador da Ordem, & Mestrado de Santiago nos disse que algũas pessoas tem em Ribateio terra da dita Ordem muitas quintas, & vinhas, & herdades, as quaes as não querem adubar, nem aproveitar, & as leixão assi iazer em mortorio, & que porque elle requore & manda requerer aquelles cuios herdamentos som que os adubem, & aproveitem que o não querem fazer da qual cousa diz que a dita terra de Ribateio se vai de todo a perder, & que elle, & a dita Ordem recebem em ello grande perda, que nos pedia por merce que lhe dessemos lugar & poder que ello podesse dar as ditas propriedades, & bens de sesmaria. E nos vendo o que nos assim pedia, por quanto ò não havemos por bem feito de se assi a dita terra hir a perder, avemos por bem, & mãdamos que o dito Iffante Dom João mande poer edito de hum anno aque aquellas pessoas que as ditas herdades tem as adubem por si, ou por outrem, & non a querendo elles assi fazer a te o dito tempo, damos lhe lugar, & poder que elle per si ou per outrem em seu nome de, & possa dar todo los ditos bens de Sesmaria a quem elle quizer, & por bem tever, & por em mandamos a todos os Corregedores, juizes, & justiças, & aos nossos almoxarifez & officiaes, & a outros quaesquer que isto ouverem de ver por qualquer via que seia a que este carta for mostrada que assim lhe leixem esto fazer pella guiza suso dita, & lhe não ponhão, nem consintão sobre ella poer embargo nenhum em nenhũa maneira, & al non façaes: dada em 16. dias do mez de Junho. El Rey o mandou. Pedreanes a fezera de 1460. annos.

Eu o Iffante Dom João faço saber a quantos esta carta virem que eu tenho outra d'el Rey meu senhor pella qual me da poder que eu possa poer hum sesmeiro em Ribateio pera dar de sesmareas todas as heranças que aproveitadas não fossem o qual eu ora ordenei que fosse Pero Vasques meu criado recebedor de meu almoxarifado de Ribateio, per em vos mando que sem nenhum contradizimento lhe deixeis dar de sesmarias a quasquer pessoas todas as vinhas, & herdades, & moinhos, & casas, & outras quaesquer heranças que aproveitadas não forem con o devem, & mando que as cartas que elle assi der das ditas sesmarias que seião firmes, & valiosas, como se por mim todas fossem: data nos meus paços de bellas a 5. dias de Agosto G.u alo Martins a fezera do nascimento de nosso Senhor Jesus Christo de 1425. annos. E logo o dito sesmeiro mostrou tres estromentos de editos que forão feitos em todo Ribateio, em comprimento da dita carta; o primeiro parecia ser feito & assinado por João Afonso que fez tabellião em Alcouchette: & outro parecia ser feito, & assinado por Giraldo Martins tabellião em Aldeagalega: & outro parecia ser feito & assinado por Gonçaleanes de ponte tabelliãa em Albosnedros, os quaes tabelliães davão se em os ditos estromentos, que os porteiros de Ribateio trouxerão em pregãa que quaesquer pessoas que tivessem alguns bens em todo Ribateio que os adubassem, & aproveitassem por si, ou por outrem, a te hum anno & dia, & não os adubando, nem aproveitando, que fossem a elles & lhes dariaã de sesmaria, segundo que esta todo, & outras consas em os ditos estromentos mais compritamente, erão conthendas que eu dito sesmeiro visto os ditos estromentos em como o tempo dos editos era passado, & muito mais, & visto eu como dito çapal, chãos, não erão adubados nem aproveitados como suso dito he, & visto em como os sobreditos os querião adubar, & aproveitar, & dar proveito a dita Ordem tomou logo posse do dito çapal, & Rio, o chão em nome do dito senhor Iffante per Pedra, & terra, & çapal, & Garamateiras, & disse que por ali tomava posse do dito çapal, & Rio, & de tada las outras pertenças, & logradouros que a dita acenha pertencem, & o aou, & meteo logo de posse aos ditos Fernão Estevins, & Pero Vicente de todo, com esta condição que elles façoẽ a dita acenha & adubem a dito chão ate oyto annos premeiros seguintes: & dahiem diante adubem em cada hum anna, & dem a dizimo de todo o pão que a dita acenha ganhar a dita Ordem, & do dito chão, & non o fazendo nem adubando todo como dito he ate o dito tempo que paguem de pœna pera a Camara do dito senhor Iffante mil reis brancos, sobreditos a todo esto de presente assi o outorgarão, & receberão, & tomarão o dito çapal, e chão com as clausulas, & condiçoẽs, & pœnas suso ditas, & obrigarão todos seus bens moveis & de raiz ao todo comprir, & manter sob a dita pœna, & pedio a mim dita tabellião, & escrivão das ditas sesmarias hũa carta, & a dita sesmeiro lha mandou dar feita a dita carta em o dita logo, dia, mez, & era suso dita testemunhas que hy estivaõ Vasco Fernandez di Tavora, & Fernão do dito logo & Rodrigo Afonso & Lopo Estevens, & Gil Estevens. E Afonso Fernandez do Lauradio, & J.ães Afonso Cabeçudo, & outros, & eu sobredito tabellião que a esto presente fui, & esta carta por mão dado,

&

& outorgamento dos sobreditos escrevi, & aqui meu finalsis, &c.

Treslado doutra carta de sesmaria.

Eu nome de Deos, amen. Saibão quantos esta carta de sesmaria virem que no anno do nascimento de nosso Senhor Jesu Christo de mil & quatrocentos, & oytenta & quatro annos, aos 15. dias do mez de Outubro em a villa d'Albos, Vedros, junto com a fonte da dita villa na Caldeira das acenhas de Pero Vicente morador em a dita villa, sendo hy Fernão d'Afonso escudeiro del Rey nosso senhor, & seu Almoxarife, & sesmeiro em a comarca de Ribatejo perante elle pareceo o dito Pero Vicente, & disse ao dito Almoxarife & sesmeiro que era verdade que elle tinha aquelle Rio do porto donde estão as ditas acenhas pera cima, a te terra firme de hũa parte, & da outra, convem a saber Capaus, & iunquaes, & esteiro segundo mais compridamente em a carta de sesmaria que dello tinha era contheudo em a qual Caldeira das ditas acenhas jazia hũa praia de çapal que a elle parecia ser boa pera fazer marinha, & por quanto a dita praia & sapal elle tinha tomada pera as ditas moendas de que elle pagava o dizimo ha Ordem de Santiago, & por entender de bem em melhor, queria em a dita praia fazer marinha pera dar sal, & dar della proveito ha dita Ordem, & por quanto na dita sua carta de sesmaria, não dezia ser pera marinha somente pera Caldeira pera as ditas moendas lhe requeria que lhe mandasse fazer carta de sesmaria della & por quanto era custume de se pagar de praias moninhas o dizimo a dita Ordem, & requeria que lhe mandasse fazer a dita carta de doze, hum, por quanto fazia bemfeitoria onde outra nenhũa pessoa podia fazer, & redundava em proveito alem outro dezeno de doze, hum, donde a dita Ordem não avia proveito algum della, & visto pello dito sesmeiro o dizer & pedir, & requerimento do dito Pero Vicente, & em como a dita Ordem da dita praia de sapal não avia nenhum proveito, & nenhũa pessoa a não podia tomar que não ficasse previzo as ditas acenhas, & moendas de que pagava o dito dizimo, & visto em como o dito Pero Vicente queria fazer a dita marinha por accrescentar em proveito da dita Ordem per poder que a elle he dado pera dar as ditas sesmarias lha deu de sesmaria, pera em ella fazer a dita marinha com tal condição que a faça da feitura desta escritura ate hum anno, & dia & pague a dita Ordem de doze hum, por dezeno, vista a benefeitoria, & proveito da dita Ordem; assi das acenhas como espera dar da dita marinha, & não o fazendo ate o dito tempo como dito he que pague de pena pera a mesa Mestral mil reis: dizendo mais o dito Pero Vicente ao dito Sesmeiro que depois de sua morte, & de sua molher as ditas acenhas, & marinha per partilhas ou heranças por hi não aver litigio sobre as agoas que elle lhe requeria a elle dito Almoxarife, & Sesmeiro que lhe mandasse por em a dita carta, que em quanto a agoa entrasse pelas portas das ditas acenhas, & o mar enchesse podesso tomar agoa pera a dita marinha & tanto que se as ditas portas cerrassem não podessem tomar mais agoa nenhũa da dita Caldeira ate, a outra mare & quando a dita marinha não fizer sal, que o dito viveiro tenha duas bombas pera a dita Caldeira pera aida das ditas moendas, & com todo, o dito Pero Vicente pedio ao dito Sesmeiro que lhe mandasse assi dar hũa carta de Sesmaria, em a qual se obrigue de fazer a dita marinha, & pagar o dito dizimo a dita Ordem, & de comprir, & manter, a dita escretura, assi, & pella guisa que em ella he contheudo, & declarado, & com as penas & clausulas, & condições em ella contendas, & o dito Sesmeiro con todo lhe mandou dar a dita carta per elle assinada testemunhas Pero Gonçalvez mestre da dita marinha, & João Afonso Coelho, & João Afonso Tecelão, & Rodrigo Aanes Meirinho, & eu Rodrigo Annes escudeiro criado do Iffante Dom Fernando que Deos aja escrivão das ditas sesmarias em a dita comarca pello dito senhor Rey que esta carta de Sesmaria escrevi, & de meu final custumado com o dito Sesmeiro assinei: A qual sesmaria lhe deu como dito he a prazer do dito senhor Rey Fernão d'Afonso de Barbudo, Rodrigo Annes.

No feito de Balthezar Dias de Albos Vedros escrivão Pero Almirante, no anno 1490.

Illud etiam advertendum est, quòd de sale, illud 6
vectigal solvebatur in Regno, impositio quædam, *de dezesete reis por moio*, quàm habet ab antiquo, constat ex cap. 54. foralis oppidi de Setuval in hæc verba:

E assi he nossa a imposição do pescado de que antemus d'aver de qualquer costal, ou seirão de pescado que 7
se tirar da dita villa, assi por mar como por terra, a saber tres pretos & outro tanto pagaõ de cada milheiro de Sardinha do muito, & do pouco, posto que não va em costal. E a imposição de sal que se ha hy carrega, he nosso: a saber de cada moio dezesete reis da parte da sisa, pello vendedor. Et sic debent intelligi verba Ordin. *lib. 2. tit. 26. §. 15.* ibi, *as rendas que de antigamente, &c.* ut loquatur de hac impositione antiqua, *de dezesete reis per moio*. Quod obiter dictum velim.

DECISIO LIV.

De jure piscationis.

SUMMÆ.

1. *Piscationis jus Regale est, & ad Regem pertinet.*
Piscandi licentiam solent vendere domini terrarum. Ibidem.
2. *Rex habet in hoc regno ex longa consuetudine decimam in piscibus, quam veterem vocant.*
3. *Rex habet etiam aliam decimam, quæ nova dicitur, & ideò solvitur à piscatoribus, ut excusentur à servitio belli, & ut tuta sint maria à piratis.*
4. *Gabella, quæ sisa dicitur, solvitur pro venditione piscium.*
5. *Decima aut est realis, aut personalis.*
Decima realis debetur Ecclesiæ illi, in qua sita sunt prædia; personalis verò illi, à qua solvens percipit Sacramenta. Ibid.
6. *Decima realis quæ sit, & quæ personalis.*
7. *De captura animalium vel piscium potest deduci expensa, tamquam de decima personali.*
8. *Decimæ personales non debentur, & ita est recepta & inveterata consuetudo in tota Christianitate.*

Piscaria, id est, piscationis jus, est de Regalibus, 1
Ord. *lib. 2. tit. 26. §. 14.* ibi, *as rendas das pescarias que os Rey per uso de longo tempo custumarão de aver, & levar, assi das que se fazem no mar, como nos rios.*

rios. & ut de jure communi probat text. *in l. inter publica. in fine.* ubi scribentes, & ibi Alciat. *D. de verborum significat.* Ilernia. *in tit. quæ sint Regalia, verbo, redditus piscatorum.* per illum text. Chassanęus *in Catalogo gloriæ mundi. p. 5. consi. 24. privilegio* 18. quod expone, ut per Rodericum Soares *allegat.* 17. *per totam.* & vide Ord. *lib.* 2. *tit.* 28. §. 1.

Et inquit Matthęus de Afflict. *in d. tit.* 1. *quæ sint Regalia. verbo, piscationum.* quòd domini terrarum solent licentiam piscandi vendere: in hoc regno, & Hispania notum est, in piscatione thynnaria, *dos Atuns,* in regno Algarbij, super qua lis magna pendet inter Episcopum & Capitulum Ecclesiæ Silvensis, & procuratorem Regiæ Coronæ, & insulam da Berlenga, de piscibus quos, *cavaloẽs,* vocamus, de thynnaria autem piscatione vide *l. 7. D. commun. prædior.* Plinium *de naturali historia lib 9. c.* 15.

2 Et in hoc regno habet Rex in piscibus, qui piscantur, decimam quamdam, quam *veterem* vocant, quæ est de decem piscibus unus: quas decimas Reges Hispaniæ habent ex longa consuetudine, & antiqua, à tempore, quo Mauros ab Hispania ejecerunt.

3 Habet Rex & aliam decimam, quæ nova dicitur, quæ ideò solvitur à piscatoribus, ut excusarentur à servitio belli in triremibus, & alijs navibus, & navigijs, & ut tuta sint maria à piratis. *l. 6. tit.* 24 *part.* 3. Lucas de Pen. *in l. annonas. Cod. de erogat. milit. annon. lib.* 11. Rip. *in l. quoniam. col.* 4. *D. de fluminibus.* Avendan. *de exequend. mandat lib.* 1. *c.* 1. *n.* 12.

4 Gabella autem, quę *sisa* dicitur, solvitur pro venditione piscium.

5 Illud autem advertendum est circa hanc decimam, quòd decima aut est realis, aut personalis: realis debetur Ecclesiæ, in qua sita sunt prędia personalis autem Ecclesiæ, à qua solvens percipit Sacramenta. *c. fin. de paroch.* & ibi gloss. fin.

6 Realis autem dicitur, quę provenit ex fructibus prędiorum: personalis dicitur, quę debetur ex lucro, quod ex industria & labore personę quęritur. Navarr. *in man. c.* 21. *num.* 39. & optime Soto *l. 9. de justit. & jure q. 4. art. 2. colum.* 1. Dominic. *cons.* 87. *post principium.* Et hinc est, quòd illud quod acquiritur ex venatione, & piscatione, si quidem quæritur ex animalibus inclusis in nemore, vel piscibus inclusis in stagno, dicatur decima prædialis, quia tunc beneficio terrę principaliter nutriuntur, & hoc est principalius quàm industria: si verò animalia, vel pisces sunt in naturali libertate, & capiuntur in montibus, vel in flumine, vel in mari, dicitur personalis, quia in hoc principaliter videtur versari industria hominis, & quia nullius certæ parochiæ sunt, ita Innocent. & Panormitan. *in cap. non est de decimis.* Panormitan. contra gloss. fin. ibi in *cap. licet. n. 5. de ferijs* Cardinal. *in clement. 1. q.* 15. *de decimis.* Capic. *dec.* 20. *à n.* 3. Franciscus Marc. *decis.* 531. Silvest. *verbo decima q.* 14. *vers. secundùm.* Rebuff. *de decim. quæst.* 8. *num.* 10. & 15. Navarr. *in man. c.* 21. *numer.* 29.

7 Et hinc infertur, quòd de captura animalium vel piscium, tamquam ex decima personali deducetur expensis, *cap. pastoralis, de decimis.* Capicius *d. dec.* 20. *à numer.* 3.

8 Infertur etiam, quòd cum invaluerit consuetudo in tota Christianitate, quòd non debeantur decimæ personales, ut asserit Navarr. *in manuali. c.* 21. *n.* 31 Paril. *consil.* 25. *n. 7. lib.* 4. Sot. *l. 9 justit. & jur. q. 4. art. 2. col.* 2. Covarr. *resolut. lib. 1. cap. 17. num.* 8. Afflict. *l. 1. constitutionum. rubr. 7 n.* 11. Quòd etiam ex ea consuetudine prætendi potest, ne debeatur decima ex captura piscium. Quod nota.

DECISIO LV.

De venis metallorum.

SUMMÆ.

1. *Venæ metallorum in Regalia connumerantur.*
2. *Arresta senatus circa minas ferri inventas.*
3. *Tenor epistolæ Regis super hoc missæ ad Præsidem Provinciæ.*

Venas metallorum esse jus Regale, probat 1
Ordinatio *lib. 2. tit. 26. §. 16. & eod. lib. tit.* 28 §. 1. ibi, *nem os veeiros, & minas.* Ord. *l. 2. tit.* 34. *& in regimento da fazenda, cap.* 237. quòd & de jure communi probat text. *in cap. 1. quæ sint Regalia.* ubi scribentes Afflict. *dec.* 321. Peregrinus *de jure fisci. lib. 4. tit.* 2. latè & doctissimè Barbosa *in l. divortio,* 8. *§. si vir. à n.* 18. *cum seqq. D. solut. matrim.* ubi leges hujus Regni suprà relatas ad materiam allegat citat etiam alias leges Regni Castellę, quem lector videre poterit, ne hic transcribere videar, quæ ab ipso doctissimè in hac materia scripta sunt, ita ut nihil amplius desiderari possit.

Libet hic tantùm ponere arresta senatus circa minas ferri inventas.

ARRESTUM.

Acordão em Relação, &c. que he bem julgado pello 2
Provedor em condemnar o R. Duarte Luis que pague decima do ferro que tem tirado nas minas da contenda, do tempo da lide contestada em diante: confirmão sua sentença por alguns de seus fundamentos & pello mais que dos autos se mostra, com declaração que daqui em diante não minara nas ditas minas sem licença do dito senhor sob pena della, & seja sem custas por ser entre o dito senhor & seus vasallos, Gomes Soares, Francisco de Leiria, Monterroio.

Idem decretum fuit in altero processu Procuratoris Regij contra Jacobum Gonçalvez, & in altero Procuratoris Regis contra Stephanum Franciscum, eodem anno, Scriba in omnibus Petro Almirante.

Tenor autem epistolæ Regis super hoc missæ ad Præsidem provinciæ, is est:

Doutor Luis d'Azevedo. Eu el Rey vos envio muito 3
saudar: vi a carta que me escrevestes em que me dizeis que por serdes informado que no termo da villa da Torre de Moncorvo, & na villa d'Onos & seu termo se minava muito ferro, & avia mais de cinquenta fragoas continuas em que se lavrava: & as pessoas que o minavão não pagavão cousa algũa a minha fazenda, nem o tiravão por direito real, & os mandastes citar, & por suas confissoẽs os condemnastes que pagassem a minha fazenda o direito de argentaria, que he oyto coro as cada pessoa conforme ao regimento da fazenda

fazenda por minarem ferro que he metal : & despois os mandastes estar pello direito qua à minha fazenda pertence de ferro que tinão tirado das ditas minas segundo forma de regimento, por negarem ser à propriedade minha, & procedestes contra elles ordinariamente, de que aggravarão: & que os autos do dito aggravo são em minha fazenda, os autos não são ainda vindos como forem se despacharão como for justiça, &c.

DECISIO LVI.

De thesauris.

SUMMÆ.

1. *Inventio thesauri de Regalibus est.*
2. *Arresta senatus circa materiam thesaurorum.*

1 INventio thesauri de Regalibus est, *cap. 1. quæ sint Regalia.* Bart. *in 1.constitut. Digest. num.* 31. & de hac materia agunt latè scribentes *in §. thesauros instit. de rerum divisione. in l. unic. Cod. de thesaur. lib.* 11. ubi Platea. Covar. *in reg. peccatum.* 3.p. *§. ult.* Gomez *l.* 45. *num.* 51. Avendanua *de exequend. mandat.* 1. *part. cap.* 4. *num.* 53. Navar. *in manuali. cap.* 17. *num.* 172. Alvar. Vaz *de jure emphyteut. quæst.* 15. *per totam.* Molin. *de primogenijs. lib.* 1. *cap.* 23. Peregrin. *de jur. fisci. lib.* 4. *tit.* 2. D. Barbosa *in l. divortio. §. si vir. D. soluto matrimonio,* à quibus Doctoribus lector poterit petere, quæ ad materiam spectant : solùm hîc arresta aliqua senatus circa materiam thesaurorum ponemus.

Primum arrestum.

2 *Acordão em relação, &c. que vistos estes autos, & o requerido, & allegado por parte dos Autores & Procurador do dito senhor, & das oppoentes & como os Autores acharão as manilhas da contenda sendo cousa muito antiga, segundo consta da feição dellas, estando debaxo da terra, & sem aver memoria de quem fossem, mandão que lhe sejão entregues a metade a cada hum das que achou, convem à saber ao que achou duas, à metade dellas, & ao que achou hũa a metade della, & quanto à outra a metade, vistos os autos, & como não se pode por elles na forma em que estão dar certa determinação sobre pertencerem ao fisco, ou a oppoente: mandão que se deposite à te se dar no caso determinação, & as manilhas virão perante o juiz destes autos pera se depositar à parte que se manda depositar, & entregar aos AA. à sua & paguem os AA. as custas destes autos. 5. die Julij, ann.* 1580.

Arrestum secundum.

Acordão em relação, &c. que vistos os artigos per parte das AA. oppoentes offerecidos, & contrariedade do procurador do dito Senhor, & prova à todo dada, & como se prova à terra em que forão achadas as manilhas da contenda ser das AA. & as manilhas forem achadas debaxo da terra, & serem muito antigas por onde he avido por thesauro o tal achado, & per direito pertence à metade as AA. em cuja terra o thesouro foi achado declarão pertencer à metade das ditas manilhas as AA. & lhe seja entregue & seja sem custas por ser entre o Procurador do dito senhor & seus vasallos. 16. *die Martij, anno* 1581.

Arrestum tertium super thesauro invento in turri monasterij Sanctæ Crucis, civitatis Conimbricensis.

Acordão os do desembargo del Rey nosso Senhor visto o libello do Procurador de sua Alteza a contrariedade de Alexo de Figueredo Reo, opposições dos Oppoentes mais artigos recebidos, & prova à todo dada, & como se prova o dito Reo, achar o thesouro da contenda em hũa torre dentro dos circuitos do Mosteiro de Sancta Cruz da cidade de Coimbra lugar religioso achando à caso, pello que segundo disposição de direito a metade de todo o thesouro que se achou pertence ao fisco do dito senhor, & à outra a metade ao achador, & como se mostra o Reo ser menor de vinte & cinco annos ao tempo que achou o dito thesouro, & poder restituição contra a confissão que fez nas perguntas que lhe forão feitas, & culpa que teve em o não descobrir no tempo que era obrigado, & como os oppoentes neste caso carecem de acção : declarão a metade de todo thesouro que o R. achou pertencer ao fisco do dito senhor & à outra metade ao dito Reo achador, & mandão que à cada hum seja entregue sua metade & seja sem custas por ser entre o dito senhor & seus vasallos. 12. die mensis Junij, anno 1553. Scriba in omnibus his processibus Petro Almirante.

Et vide Avendanum *de exequend. mandat. lib.* 1. *c.* 4. Vaz *de jur. emphyt. qu.* 15.

DECISIO LVII.

De bonis confiscatis, & bannitis.

SUMMÆ.

1. *Bona confiscantur multis modis, & aliquando confiscantur ipso facto, aliquando ipso jure.*
   Bona si confiscentur, ipso jure veniunt fructus à tempore moræ, aut commissi delicti. Ibid.
   Bona quando confiscantur per sententiam, veniunt fructus à tempore sententiæ. Ibid.
2. *Confiscata bona si quis impetret, nulliter censetur impetrasse, maximè si donatio fiat in præjudicium alienjus.*
3. *Bannitus condemnatus ad mortem naturalem, & in confiscatione bonorum, an ea quæ acquisivit post confiscationem debeant fisco applicari.*
4. *In publicatione bonorum non veniunt futura.*
5. *Damnatus in metallum efficitur servus pœnæ, & non Cæsaris, & acquisita post condemnationem fisco non acquirit.*
6. *Idem dicendum est in deportato.*
7. *Licet bannitus, qui secundùm alicujus civitatis, Reipublicæ aut Regni statuta potest impune à quolibet offendi, non possit succedere in hereditate aliàs sibi delata ex beneficio talis statuti, potest tamen succedere in illis bonis, quæ illi de jure communi deferuntur.*
8. *Banniti de jure nostro Regio qui dicantur.*
   Banniti de jure nostri Regni efficiuntur servi pœnæ, & privantur omni civili actu. Ibid.
   Fiscus non potest acquirere, quod relinquitur penitus incapaci. Ibid.
9. *Si filij bona confiscentur, deinde pater intestatus moriatur, fiscus ad bona paterna venire non potest.*

10. Ex

10. *Ex probationibus factis contra absentem de jure nostri Regni potest procedi ad pœnam capitalem: secus de jure communi.*

11. *An reus absens & condemnatus ad pœnam capitalem & confiscationem bonorum efficiatur servus pœna, ad hoc ut bona postea acquisita omnino debeant fisco applicari, vel primo occupanti concedantur.*

1 BOna confiscantur propter maleficia, aut propter inobedientiam, aut quia auferuntur tamquam ab indignis, aut quia sunt bona vacantia: & de his modis confiscationis meminit Ordin. *lib.* 2. *tit.* 35 §. 22. incipit, *duodecima duvida foi se á dita lei.* & *lib.* 2. *tit.* 26. §. 17. *cum seqq.* Confiscantur autem aut publicantur bona, aliquando ipso facto aut ipso jure, & tunc veniunt fructus à tempore moræ aut commissi delicti, ut est glossa notabilis *verbo, imminere.* § *sancimus in Authent. de incest. nuptijs sub fin.* ibi, *respondeo quoad fructus medij temporis. collat.* 2. sequitur Angel. *ibi*, & gloss. illam ad hoc memorabilem dicunt Bald. & alij *in l. incestas. Cod. de incest. nuptijs.* Anchar. Dominic. & Perusin. *in cap. felicis.* §. *nullus. in fin. de pœnis. lib.* 6. Angel. *de maleficijs.* cum add. *verb.* & *ejus bona. numer.* 24. Palat. *in rubr. de donationibus.* §. 72. *numer.* 2. post. Bald. & Bart. *consil.* 70. *col.* 18. *volum.* 4. Cùm autem bona per sententiam confiscantur, veniunt fructus à tempore sententiæ, ut per eosdem Doctores.

2 Et confiscata bona si quis impetret, nulliter censetur impetrasse, quia creditur id per importunitatem fieri, ita ait Bald. *in leg.* 1. *Cod. de petit. bonor. sublat. lib* 10. arg. illius text. commendat Palat. *in rubr.* §. 81. incipit, *tertius casus. num.* 1. *alleg. l. fin. Cod. de his qui à non dominis manumiss. sunt.* & dicit maximè procedere, ubi donatio fit in præjudicium alicujus, super quo habemus provisionem Regiam *in libro* 6. *senatus supplicationis, fol.* 118. ut nemo impetret bona confiscata, nec quæ ad Regem pertinet, pendente lite, ante sententiam latam; quæ digna est ut videatur.

3 Bannitus condemnatus ad mortem naturalem, & condemnatus in confiscatione bonorum, an ea quæ acquisivit post condemnationem, debeant fisco applicari, aut fiscus possit ab eo auferre tamquam ab indigno, quæstionis est; & fuit casus is:

Ludovicus Alvares Junior incola oppidi de Mafra condemnatus fuit per sententiam ad pœnam mortis, & confiscationem bonorum propter rebellionem Eremitæ cujusdam da Ericeira in mense Junij anni 1585. cùm absens per edicta vocatus esset, juxta Ord. *lib.* 5. *tit.* 126. *in principio.* cùm ita condemnatus absens esset, & publicata sententia, pater ejus Ludovicus Alvares senior moritur in mense Decembris ejusdem anni; uxor ejus, & superstites filij, divisionem bonorum facere volebant: revocatum fuit in dubium an legitima patris, quæ veniebat ad absentem, ad fiscum pertineret: Et pro parte heredum contra Regium Procuratorem allegabatur.

4 Quòd hæc bona legitimæ non comprehendebantur in dicta sententia, quia in publicatione bonorum non veniunt bona futura, ut est gl. *in l. nam ad ea. D. de condit.* & *demonstrat.* Bart. *in l.* 1. *in fin. D. de bon. damnat.* & *l. certa forma.* per illum text. *Cod. de jure fisci.* & *in l. si qua pœna. D. de his qui sunt sui vel alien. jur.* Bost. *de bon. pub. num.* 66. Jul. Clar. *lib.* 5. *sententiarum.* §. *fin. quæst.* 78. *num.* 24. & per Paul. qui in casu simili ita argumentatur *cons.* 212. *omissio ordine. col.* 1. ad prædicta etiam facit *vol.* 2. ubi allegat d. glossam ad hoc, quòd in generali confiscatione bonorum non veniunt nisi ea, quæ condemnatus habebat tempore confiscationis, non autem quæsita posteà, & idem dicit probari *in l. si tibi mandavero* §. *in cujus bona. D. mandat.* & *in l. si deportati servi. D. de legat.* 3.

Item facit, quòd si comparamus istum banni- 5
tum, & ita ad mortem condemnatum, damnato in metallum, non est dubium, quòd ea, quæ post condemnationem acquirit, non acquirit fisco, quia pœnæ servus est, non Cæsaris, ut est text. expressus *in l. si metallum. D. de his quæ pro non script. habent. in l. in metallum. de jur. fisci*, per Bart. *num.* 1. & ibi DD. *in l.* 1. *Cod. de hered. instituend.*

Sed & idem dicendum videtur secundùm Bart. 6
ibi, d. num. 1. etsi istum bannitum deportato comparemus, qui deportatus incapax est, & habetur pro mortuo; & ideò si post sententiam hereditas illi obvenit, sive ex testamento, sive ab intestato, illam non acquirit, quia est incapax, & ideò ab eo non potest per fiscum auferri tamquam ab indigno, quia auferri dicitur ab eo, qui capere potest, licet non possit retinere, *l. ex facto.* §. *fin. D. vulgar. & l. aliud est capere. D. de verb. signific.* ita Bart. *ubi supra. d. num.* 1. & 2. Ergo nec iste bannitus potest capere, & ideò ejus portio accrescit venientibus ab intestato secundùm DD. communiter *in d. l.* 1. contra glos. ibi. *Cod. de hered. instit.*

Facit ulteriùs, quia etsi receptum sit communi- 7
ter in ea re, quòd bannitus, qui virtute statuti alicujus civitatis, sive Reipublicæ, aut regni, potest impunè offendi, non possit succedere in hereditate sibi delata ex beneficio talis statuti; erit tamen capax jurium, & successionum, quæ illi deferuntur de jure communi. ita Bart. *in quæst. sua. q.* 1. incipit, *Lucana civitatis. num.* 29. quam opinionem multi testantur communem, & sequuntur relati per Julium Clarum, qui eam quoque amplectitur, & communem dicit *lib.* 3. *sententiarum.* § *testamentum. qu.* 21. *n.* 1. quam extendit *num.* 2. ut procedat etiam respectu bonorum, quæ sunt in territorio vel Regno, à quo est bannitus, cum Ripa & Maranta, qui hanc testantur magis communem, contra Rayner. *in l.* 1. *C. de heredib. instituen.* cujus opinionem dixit communem Jason. *consil.* 166. *col.* 3. *lib.* 2. qui negant successionem etiam jure communi competentem eidem bannito in bonis existentibus in territorio delicti, à quo est bannitus; quam Raynerij opinionem defendit Jul. Clar. *ubi suprà d. num.* 2. *ad fin.* ubi statutum excluderet expressè bannitum ab omni jure, successione, vel haberet aliam hujusmodi exclusionem, quia tunc amitteret etiam successiones, sibi intra delicti territorium delatás.

Ceterùm ex nostra Ord. *lib.* 5 *tit.* 116. § 8. ban- 8
niti apud nos sunt illi, qui damnati sunt ad mortē, & possunt impunè offendi, & occidi à quolibet de populo, ut probat ibi, *que qualquer do povo os possa matar sem pena.* & efficiuntur servi pœnæ, & privantur omni

omni civili actu, qui juris civilis auctoritatem requirit, ut inquit Ordinat. *lib. 4. titul.* 81. §. 6. ibi *porque à condemna, ão ó faz servo da pena, em que he condemnado, & por conseguinte he privado de todos actos civeis, que requerem authoridade do direito civil, &c. E pello conseguinte os bens dos taes condemnados vem à seus herdeiros, ou a nos, segundo disposição de direito, & nossas Ordenações, &c.* Cùm ergo talis bannitus privetur omni actu civili, incapax est hereditatis, etiam quæ ab intestato defertur, quia etiam talis successio à jure civili defertur: quòd si omnino incapax est, non capit hereditatem; & ita fiscus auferre nequit, prout ait Bart. *in d. l. 1. D. de hered. instituend. num. 1.* & idem dicit, quòd ideò, quòd relinquitur penitus incapaci, non acquiritur fisco, ut notat Bart. per illum text. *in l. Metallum. D. de his qui pro non script. habentur.*

9 Præterea in terminis idem consuluit eleganter Paul. *consil. 212 omisso ord. libro 2. supra allegato.* quod comprobat, ex dicto Guilhel. de Cuneo, & aliorum, qui post illum scripserunt *in dict. l. si qua pœna.* ubi dicit per illam legem, quòd si filius vivente patre fuerit bannitus; & ejus bona confiscata, deinde pater moriatur intestatus, non potest venire fiscus ad bona paterna, ad quæ veniret filius, si bannitus & confiscatus non fuisset, quia fiscus loco filii in hoc casu non succedit, cùm in ipsum non transeant jura conditionalia, imò per confiscationem absorbentur, & extinguuntur. *l. quoties. D. de novationibus. in fin.* Item id ipsum confirmat ex dicto notabili Specul. *de execut. sentent. § sequitur. vers. quid si filios.* ubi post plenam disputationem, pro & contra determinat, quòd filio condemnato, & confiscato in vita patris, non fit executio in bonis patris, eidem filio non concessit in peculium, etiam quatenus ipsi possit deberi pro legitima, vel pro alimentis, & dicit Paul. quòd idem tenent Canonistæ *in cap. 2. de delict. puerorum.*

10 Unum dubium sese offerebat pro parte fisci, quòd iste Ludovicus condemnatus, numquam fuit detentus in carceribus, sed absens fuit condemnatus secundùm formam Ordin. *lib. 5. tit. 126. in principio § 2. 3. & 5.* quæ Ordin. procedit ad pœnam capitalem ex probationibus facta contra absentem, citatum per edicta, & non comparentem, cùm tamen de jure communi non possit absens capitaliter condemnari, nec etiam alia pœna, majori relegatione, *l. absentem. D. de pœnis. l. absentem. C. de accusat.* nisi certis casibus; quos enumerat Hippolyt. *in l. Cornelia. §. constitutum. num. 7. de sicariis.* & Cæpol. *cons. 40. num* 8. Joannes Baptist. de Villalobos *commun. opinionum. verbo, absens quando potest, &c.* unde

11 cùm nostra Ordin. in hoc procedat ad ejusmodi pœnam contra formam juris, & reus condemnatus numquam fuerit positus in carceribus, videtur dicendum, quòd numquam adhuc fuit effectus servus pœnæ, ut per Jul. Clar. *libr. 3. sent. 6. testamentum, q. 19. colum. penult. in fin. versicul. aut verò fuit condemnatus,* ubi id distinguendo ultra omnes Doctores advertit, quòd si non fuisset effectus servus pœnæ, ergo potuit acquirere, & fuit capax acquirendi delatam sibi successionem, sive ex testamento, sive ab intestato: si autem potuit capere, & acquisivit, quia ab actibus civilibus non fuit repulsus, planè fiscus, ut ab indigno potuit auferre, secundùm Bartol. *in dict. l. 1. in princip. Cod. de hered. instituend.* ibi, *sed si testamentum est validum, &c.* licet dubitativè loquatur: sed magis affirmat *ibid.* Alex. *colum. fin. ad fin.* ubi dicit, quòd banniti eo casu possunt à quolibet deprædari, & ideò bona eorum efficiuntur fisci occupantis, aut alterius, qui primò occuparet, & idem sequitur (licet Bart. & Alexan. non relatis) Jul. Clar. *ubi supra, l. 5. §. fin. q. 78. numer. 24.* ubi inquit, quòd in bonis quæsitis post confiscationem quomodocumque fiscus apprehenderit, vel habeat penes se, illa retinet tamquam justus & legitimus occupator, ex quo sunt bona banniti; si verò reperiantur penes alium, credo quòd fortè non posset fiscus ea petere, sed quòd deberent remanere priùs occupanti. ita Jul. Clar. *d. q. 78. num. 4. ad fin.* ubi subdit ita à magistratu fuisse judicatum contra fiscum; & istud posse responderi pro fisco in nostro casu.

Sed facit difficultatem & dubietatem, quòd præfata Ordin. *d. lib. 4. tit.* 81. *§. 6.* loquitur indistinctè de condemnato ad mortem, sive carcerato, sive non carcerato, tametsi videatur tantùm loqui de bonis taliter condemnati, quæ habuerit tempore confiscationis: de quo ampliùs cogitandum est, & Paul. & Specul. *ubi supra,* idem tenent indistinctè in bannito, & confiscato.

Judicatum tamen fuit contra Regium Procuratorem, in favorem uxoris, & filiorum Ludovici Alvares senioris, Judice meritissimo Regio Consiliario, & Senatore palatij dignissimo Doct. Jacobo da Fonseca, qui tunc temporis Prætoris Curialis officium gerebat, Scriba Simone de Almeida, anno 1583.

DECISIO LVIII.

De indignis.

SUMMÆ.

1. *Indignis ea quæ auferuntur, fisco regulariter applicantur, & inter Regalia Coronæ solent connumerari.*

Marito, qui mortem necatæ uxoris non defendit, ut indigno dos aufertur. Ibid.

Heres efficitur indignus hereditatis occisi, cujus mortem non vindicat. Ibid.

Maritus, qui injustè mulierem occidit, à qua heres fuit institutus, est indignus ejus hereditate, & fisco acquiritur. Ibid.

Occisor non succedit cum effectu in bonis occisi: & ubi succedit, fiscus aufert, ut indigno; quinimò etsi indignus à fisco petat, exceptione removetur. Ibidem.

2. *Declaratur regula supradicta; & etiam procedit, sive in partem sive in totum ab intestato succedat indignus: pro ea enim parte qua succedit, fiscus aufert.*

3. *Maritus sine effectu succedit uxori ab eo occisa, & pro ea parte qua ei succedit ab intestato, pro ea parte fisco acquiritur.*

Quæ occisor capit, fiscus aufert; ubi autem non capit, non habet quod auferat. Ibid.

Marito occisori uxoris, ex pacto de dote lucranda, si uxor præmoreretur, ipso jure denegatur actio,

pacto ipso jure deficiente, & ideò fiscus non aufert. Ibid.

4. *Quando maritus occisor, vel alius succedit ex testamento, vel ab intestato, ipso jure sunt heredes, sed fiscus ab eis aufert.*
5. *Reprobatur consilium Baldi in materia, quod ad matrem mulieris occisa à marito, & non ad fiscum bona pertinent.*
6. *Statutum marito tribuens actionem ad petendam tertiam partem, pramoriente uxore sine liberis, intelligitur si sine culpa & flagitio mariti pramoriatur.*
7. *Uxor occidens maritum, vel ejus mortem non vindicans efficitur etiam indigna.*
8. *Idem in eo, qui causam mortis prabuit, puta si alimenta, vel medicamenta denegavit.*
9. *Maritus, qui vulnus uxori intulit, ex quo posteà decessit, an efficiatur indignus illius hereditate, si post acceptum vulnus potuit mutare testamentum, & illud non revocaverit.*
10. *Indignus efficitur, qui aliquem testari, vel testamentum antea factum mutare prohibuit, ut ab intestato, vel ex testamento succederet.*

1 INdignis ea quæ auferuntur bona, fisco regulariter applicantur, & soleut inter Regalia Coronæ Regni adnumerari. Ordin. *lib. 2. tit. 26. §. 19. & tit. 35. §. 22.* Hinc est, quòd maritus, qui mortem necatę uxoris nō defendit, ut indigno dos aufertur. *l. ei qui. D. de iis quibus ut indign.* ubi Bart. *l. cùm mortem. D. de jur. fisci.* sicuti & heres efficitur indignus hereditate occisi, cujus mortem non vindicat. *l. 1. & per totam. D. de iis quibus ut indign.* & multò majori ratione maritus, qui injustè occidit uxorem, à qua fuerat heres institutus, est indignus ejus hereditate, & illa fisco acquiritur, ex regula, quòd occisor oon succedit in bonis occisi, quam probat text. *in l. 1. in fin. C. de bonis damnatorum.* easus est, & ibi notat Bart. Bald. & Jas. *notab. 3. in l. sororem. C. de iis quibus ut indign.* immò ex regula, quòd ubi occisor succedit, ei ut indigno fiscus aufert. text. *in l. Lucius. D. de jur. fisci. & in d. l. cùm ratio. in fin.* & ita fiscus brevi manu ab indigno aufert: nam etiam indignus potest petere tale relictum, sed exceptione à fisco submovetur. text. est, & ibi Gloss. notabilis *in l. hu consequenter. §. 1. D. famil. erciscund.* & est casus *in l. cùm quidam.* ubi etiam Gloss. notabl. *D. de his quibus ut indign.* Hinc dicitur, quòd occidens tunc succedit sine effectu, ubi fiscus aufert, secundùm Bald. & Paul. *in leg. codicillis. §. matre. D. de legat. 2.* quia succedit, sed fiscus statim aufert ab illo, ut aliàs dixit Bald. *in cap. super literis. colum. 6. vers. sed quod dices de rescript. & in cap. tua in fin. de procuratoribus.*

2 Sed hîc advertendum est, quòd aut occisus decedit intestatus, aut testatus. In primo casu, aut occisor solus succedit, qui præcedit ceteros cognatos, & heredes venientes ab intestato, & tunc fiscus totum aufert, eaclusis venientibus ab intestato, ut probat text. *in d. l. cùm ratio. in fin.* ibi, *cognatum.* & Gloss. *dict. l. 1. D. si quis aliquem testar. probib.* Si autem pro parte occisor succedit, ejus tantùm delinquentis portio acquiritur fisco; reliquæ verò partes deferuntur venientibus ab intestato, ut probat dict. Gloss. & *dict. l. hereditas. Cod. de his quibus ut indign.* & est communis secundùm Anton. Gomez. *de delictis. cap. 8. num. 51. versicul. adde tamen,* & est etiam Gloss. magna magistra *in dict. l. hereditas, versicul. in secundo est.* ibi, *in totum, vel in partem.* si pars tantùm deferebatur delinquenti, per text. *in dict. l. hereditas. & in dict. l. 1. D. si quis aliquem testar. probib.*

Ea his infertur ita accipiendum esse, quod dici- 3
tur, occisorem non succedere io bonis occisi, idque etiam procedere in marito occidente uxorem, secundùm Bald. *in l. 1. Cod. und. vir. & uxor.* & ibi Aléaand. *colum. penult. versic. item quaritur.* & Jas. *colum. 2. versicul. ista lex.* Dec. *consil. 515.* ut iotelligatur, quòd maritus succedit siue effectu, quia statim ab eo aufert fiscus. Item ut si ab intestato in totum succedit, totum fiscus auferat, si ex parte succedat, portio tantùm fisco acquiratur, nou autem accrescat alijs heredibus iu gradu æquali eaistentibus, ut post Bald. Salicet. Alexand. Jacob. tenet Aotonius Gomez. *ubi supra.* qui dicit hanc esse communem opioionem, & probabiliorem sententiam; & præcipua ratio hujus communis est illa superior, scilicet quia ea, quæ occisor capit, fiscus aufert, ne ea scelere suo lucrum sentiat; ubi autem non eapit, non habet fiscus quod auferat. ita Bartol. *in leg. ei qui. D. de iis quibus ut indign.* per text. *in l. si ab hostibus, §. 1. D. solut. matrimonio.* ubi maritus occisor uxoris non capit, nec lucratur dotem ea pacto antea inito de ea lucranda, si uaor præmoreretur, quia pactum intelligendum fuit, si sine culpa viri præmoreretur, ne turpe aliquid cootineret, & contra bonos mores, & ne aliàs ex suo scelere lucraretur; ideò quasi deficiente pacto ipso jure denegatue actio marito in eo textu, quod aliàs annotavit, non ita omnino explicans Hippolyt. *dict. consil. 93. n. 14. & seqq. volum. 1.*

Ubi autem maritus, sive alius occisor succedit 4
uaori ex testamento, utique capit, quia testamentum mero jure valet, ut probat gloss. *in simili in l. cum quidam. D. de iis quibus ut indign.* & melior gloss. *in d. l. his consequenter. §. 1. D. de famil. erciscund.* & probat text. *in dict. l. cùm ratio. in fin. l. Lucius. & l. cùm mortem. D. de iis quibus ut indign.* & idem erit ubi occisor succedit ab intestato, quia etiam tunc ipso jure heres est, interim dum non repellitur exceptione per fiscum, ut notabiliter docuit gloss. illa singularis *in d. §. 1. l. his consequenter.* recepta communiter, quod est maximum fundamentum ad illam communem confirmandam.

Ex his Infertur dubitari posse de eo, quod con- 5
suluit Bald. *consil. 223. Punctus. libro 1.* quem sequitur Jacobin. ubi ita dicit fuisse judicatum *in l. sororem. colum. 1. versic. facit etiam. C. de iis quibus ut indign.* quòd si mulier instituit heredem maritum qui postea illam occidit, quòd hereditas non ad fiscum sed ad matrem mulieris pertinebit. Nam cùm maritus ex testamento mero jure succedat, utique quod ea en capit, statim aufert ab eo fiscus per dicta supradicta.

Infertur etiam rectè consuluisse Hippol. *d. con-* 6
sil. 93. quia ibi vir non lucrabatur dotem, nec ex statuto acquisierat actionem, statuente ut tertia pars dotis pertineret ad maritum præmoriente uxore sine liberis communibus, quia debuit intelligi sine culpa & flagitio mariti, ut suprà dictum fuit.

Amplia

7 Amplia idem in uxore occidente maritum per *d.l. Lucius. D. de jur. fisci. & d §. 1. l. si ab hostib. D. solut. matrim.* vel non vendicante necem mariti, *l. sororem. C. de ijs quibus ut indign.*

8 Amplia idem non solùm in occidente, sed etiam in eo qui causam mortis præbuit, puta quia alimenta, vel medicamenta, vel medicum denegavit, vel malum medicum adhibuit. text. *in l. indignum. D. de ijs quibus ut indign.* Gloss. *in d. §. 1. l. si ab hostibus.* Hippol. *d. cons. 93. colum. 1.*

9 Et idem ubi intulit vulnus, ex quo postea uxor decessit; quod limitat Anton. Gom. *ubi sup. d. n. 51. ad fin.* nisi post acceptum vulnus potuit mutare testamentum, & non revocavit: quod tamen dubietatem continet, quia eo ipso quòd ex vulnere obijt, creditur mutasse voluntatem priorem absque alia expressa revocatione, arg. text. *in d.l. Lucius. de jur. fisci.* juncta *l. si scriptis. D. de ijs quibus ut indign. & d.l. cùm ratio. in fine.* quæ jura id tantùm requirunt, an per scelus illatæ mortis turpiter occisor bona occisi quæsierit, nec distinguunt an post testamentum diu supervixerit, & an potuit mutare voluntatem, & præterea benè facit *d. l. indignum*, ubi uxor toto tempore infirmitatis potuit revocare testamentum, & non revocavit, & maritus indignus ibi reputatur: & ita potiùs in hoc tenendum est contra Anton. Gomez. nisi tamen aliquot indicijs, vel aliunde legitimè constet, quòd uxor noluit testamentum revocare quo maritum heredem instituerat.

10 Indignus etiam censetur is, qui aliquem testari prohibuit, vel testamentum antea factum mutare, ut vel ipse ex testamento, vel ab intestato succederet. ita mihi probat text. *in l. 1. D. si quis aliquem test. prohib.* text. *in d. l. si scriptis. D. de ijs quibus ut indign.* & ideò iste reputatur etiam indignus, ut capiat ex testamento, vel ab intestato, sed fiscus statim ab eo auferat totum, vel partem, si partem tantùm capiat & de intestato loquitur text. juncta Gloss. *in d. l. 1. D. si quis aliquem test. prohib. ex testamento.* loquitur text. cum sua Gloss. *in d. l. hereditas, & in d.l. Lucius. & in d. l. cùm ratio.* Et vide Peregrinum *lib. 2. tit. 2.* ubi latè de materia.

DECISIO LIX.

Tertia debita ex reditibus Reipublicæ ad murorum refectionem an sit solvenda deductis expensis.

SUMMÆ.

1. *Tertia bonorum Conciliorum, & Reipublicæ ad Principem jure proprio non spectat, sed deputata est operibus publicis, & murorum restaurationi, quorum Princeps pro suo munere curator est.*
2. *Tertia prædicta, an solvenda sit deductis impensis: & num. 6.*
3. *Fructus non dicuntur, nisi deductis impensis, nisi lex certam quantitatem fructuum exprimat.*
4. *Decuriones ex officio tenentur custodire pascua, & saltus Reipublicæ per custodes ad id constitutos.*

Ille qui tenetur facere aliquid ratione oneris sibi injuncti, illud facere debet suis expensis. Ibid.

Expensæ non deducuntur, quando certa pars fructuum solvenda est. Ibidem.

5. *Argumentum ex quo sequitur absurdum est vitandum.*
7. *Castellorum reparatio ad quem pertineat. remissivè.*

Tertia bonorum publicorum, id est, Conciliorum, & Reipublicæ ad Principem jure pro- 1
prio non spectat, sed deputata est operibus publicis, & murorum restaurationi, quorum tamen Princeps pro suo munere curator est. *l. omnes. C. de operibus public. l. ne splendidissima. Cod. eodem titul.* Ordinat. *lib. 2. tit. 28. §. 2.* ibi, *por quanto as ditas tercas não saõ do Rey, posto que per seus officiaes as mande arrecadar; mas saõ dos povos, que as deraõ, & ordenaraõ pera as obras, das fortalezas, & muros.* Et vide etiam *libro 1. tit. 62. §. 67.*

Hoc supposito, quæstionis est, an hæc tertia sit 2
solvenda, deductis impensis.

Et quamvis fructus non dicantur nisi deductis 3
impensis. *l. fructus, D. solut. matrim. & l. ne splendidissima. 10. Cod. de operib. publ.* dicat tertiam partem redituum deducendam ad mœnia, & muros civitatis; videbatur deduci non debere, nisi deductis expensis.

Sed verius videtur, quòd sine deductione ex 4
toto acervo deducenda sit ea tertia. Primò quia *d. l. fructus.* limitatur secundùm Jas. & alios, *ibi*, nisi lex exprimat certam quantitatem fructuum, quia tunc expensæ deducendæ non sunt: at hîc tertia pars exprimitur *in d. l. ne splendidissima.* ergo sine expensis deduci debet.

Secundò, Decuriones ob munus sibi injunctum, & ex officio suo, tenentur custodire pascua & saltus Reipublicæ, & ad hoc constituere certos custodes, quos, *jurados*, dicimus; quod ni faciant à lege puniuntur, Ordin. *lib. 1. tit. 66. §. 6. & 19.* Tum sic, ubi aliquis tenetur aliquid facere ratione oneris sibi injuncti, debet illud facere suis expensis, & non alienis. text ubi DD. *in l. suo sumptu. D. de operibus libert.* ergo sumptu Reipub. quam Decuriones repræsentant, id fieri debet, non autem debent solvi ex dicta tertia.

Tertiò facit decisio Pauli *in d. l. fructus. numer. 7. D. solut. matrimonio. versic. ex hoc sequitur.* ubi indistinctè tenet, quòd si sit solvenda certa pars fisco, quòd talis solutio facienda sit absque deductione expensarum.

Quartò facit argumentum ab absurdo, & in- 5
convenienti evitando. *l. 2. Cod. de condit. insert.* nam si id permittatur, facilè decuriones tot impensis redditum onerabunt, ut tertia vel omnino illis absorbeatur, vel maximè diminuatur; quod ne fiat multum elaborandum est, & evitandum, ne malitijs hominum sit locus.

Quintò movet, quòd *d. l. ne splendidissima. C. de operibus publ.* non dicit tertia pars fructuum, sed redituum: quod verbum multò latiùs patet, quàm verbum, fructus; ergo videtur quòd tertia deducenda sit ante deductas impensas.

Sextò, & ultimò facit, quòd hi reditus sunt depu- 6.
tati ad sumptus Reipublicæ, quorum tertia pars applicatur ad muros & mœnia reficienda; aliæ duæ partes sunt ad reliquos sumptus; ergo tertia sine deductione impensarum separari debet, præsertim

cùm murorum impensa sit utilior, & nobilior, ideò præferenda, & illi major pars applicanda; nam tunc deducere alias impensas in effectu nihil aliud est, quàm diminuere tertiam, & plus tribuere alijs sumptibus solvendis, quàm duas partes redditum quod ferendum non est.

7 Reparatio verò Castellorum ad quem pertineat? Vide Ordin. *lib. 1. tit. 74. §. 12. cum seqq.* Avendan. *de exequend. mandat. libr. 2. cap. 3. per totum.*

DECISIO LX.

De pœnis applicandis captivis.

SUMMÆ.

1. *Facti species.*
2. *Senatus Portucalensis in instrumentis gravaminum omnimodam habet jurisdictionem in casibus sui districtus, & de sententijs in illis latis non datur supplicatio.*
   Et quid olim in Senatu civilium causarum? Ibid.
3. *Decretum in mensa magna Curiæ Portucalensis circa denegationem supplicationum servari debet.*
4. *In casu dubio, & magni ponderis potest Rex committere Senatoribus Palatij acta videre, & judicare prout illi visum fuerit, etiamsi prædictus casus ad omnimodam jurisdictionem Judicum, qui tulerunt sententiam pertineat.*
   Recursus ad Regem numquam tollitur. Ibid.
5. *Pœna statutorum* (dos acordos das camaras) *captivis applicari non possunt.*
   Provisio facta & impetrata pendente lite, non valet. Ibidem.
6. *Responsio & intellectus ad Ordinat. libro 5. titul. 137. in princ. & tit. 45. Paragrapho 53. lib. 2.*
   Officiales justitiæ, qui jurisdictionem Regio nomine exercent non possunt pœnas quas imponunt ad arbitrium suum applicare. Ibid.
   Decuriones possunt facere statuta, & pœnas in illis ponere ad bonum publicum oppidorum & civitatum. Ibid.
7. *Decuriones non dicuntur officiales justitiæ simpliciter.*
8. *Rex noster non potest facere donationes de bonis ad tertias pertinentibus.*

PRoximæ decisioni consequens erit, illam annectere quæstionem de pœnis applicandis captivis, de qua interrogatus fui à Serenissimo Principe Alberto Archiduce Austriæ, cum procuratoris Regiæ Coronæ officium gererem.

1 Maxima fuit altercatio in Senatu Portucalensis civitatis super instrumento quodam gravaminis interposito à Decurionibus oppidi de Aveiro, quod expeditum fuit per Senatores dicti senatus. Et erat casus, quòd Decuriones conquesti sunt per instrumentum gravaminis de manupositario, seu Mamposteiro, districti Conimbricensis civitatis, qui petebat à Decurionibus prædictis pœnas omnes positas per statuta & decreta prædictorum decurionum (vocant *dos acordos*) & Senatores sententiam contra Decuriones tulerunt, non obstante quòd ipsi aliam latam anno de 1532. præsentabant. Cumque impedimenta proponerent, rejecta fuerunt; & cùm supplicassent ad Senatum supplicationis, & solverent gabellam, de more nostri Regni, juxta Ordin. *libr. 3. titul.* 84. §. 1. eis denegata est supplicatio. Regem adierunt per supplicam petentes, ut acta venirent ad Senatum supplicationis, & ibi eis consuleretur, & provisio Regia super eo eis data esset.

Et in hoc dicebam eis denegandam esse. Primò, 2
quia in instrumentis gravaminis, in quibus interlocutoria fertur, & ab ea conqueritur, Senatus Portucalensis jurisdictionem omnimodam habet in casibus sui districtus, & de sententijs in illis latis non datur supplicatio: sic servat stylus, & practica notaris, & est Ordin *libr. 1. titul. 37. in princip. & eod. libr. titul. 6. Paragrapho* 5. Et sic erat in senatu civilium causarum, quo tempore residebat Olyssippone, & hoc quia cumulativè hujusmodi instrumenta solebant expediri in utroque senatu, dummodo statim declaretur ad quem Senatum conquerebatur.

Secundò, quia hæc supplicatio denegata fuerat 3
in mensa magna prædictæ curiæ coram Gubernatore, juxta Ordin. *lib. 3. titul.* 84. §. 11. *in fine.* & cùm ita sit, id quod per illos decretum fuerat servari debebat. Ordin. *ubi supra.* Etsi objiciatur, quòd non tollitur per hoc, quòd pars gravata Regem adeat, ut ei supplicationem concedat: respondetur, quòd hoc fit, quando casus est supplicationis, & tempus elapsum, seu alterum datur impedimentum; at quando casus omnino supplicationis non est, ut in hoc præsenti, tunc non potest locus esse huic remedio.

Dicebam tamen, quòd cùm casus principalis dig- 4
nus esset, ut cum magna consideratione diffiniretur, poterant acta per Senatores palatij, de commissione Regis videri, & quod eis secundùm justitiam videretur, per illos diffiniri: Nam hoc in nullo casu parti denegatur, etiamsi ad jurisdictionem omnimodam Judicum pertineat, id est, *Caiba na alcada dos julgadores.* Ordin. *libr. 1. titul.* 65. *Paragrapho* 28. *& libr. 3. titul.* 78. *in principio.* Numquam enim recursus ad Regem tollitur, ut comprobat Hippolyt. *in practic. Paragrapho opportunè. numer.* 52. Marant. *in specul. fol. mihi* 553. *numer.* 13. *in versic. sup. l. casso.*

Et quòd casus sit dignus, ut cum consideratione 5
videatur, patet, quia ad captivos non possunt pertinere pœnæ statutorum Cameræ, *dos acordos das Camaras.* id enim sententia multò antea definitum fuerat, anno 1532. per Senatores Augustinum Afonso, & Antonium da Mota Senatores gravaminum Senatus supplicationis: & provisiones, quæ postea emanarunt, fuerunt factæ, pendente jam lite hac, & sic non valent, *cap. ultim. ut lite pend. l. 2. Cod. eod. titul. Authent. ut in medio litis, collat.* 8. & de illis sententijs conquerebantur decuriones, & sic non eis præjudicabant.

Ad alterum quod allegabatur, *de regimento antigo,* 6
& Ordin. *lib. 5. tit. 137. in principio. & tit.* 45. §. 53. *lib.* 2. respondetur, quò loquuntur solùm in pœnis positis ab officialibus justitiæ, qui nomine Regio exercent jurisdictionem, & qui pœnas imponere possunt; his enim jubent Ordinationes, ut eas ad arbi-

arbitrium suum non applicent: at non loquuntur in Decurionibus seu officialibus Cameræ, qui statuta, & decreta possint facere, & pœnas in illis ponere in bonum publicum oppidorum, & civitatum, *l. 1. D. decret. ab ord. faciend.* ubi Bart. Ordin. *lib. 1.*
7 *tit. 66. §. 28.* & hi officiales dicuntur, *das camaras*, & non officiales justitiæ simpliciter. Ordin. *libro 1. titul. 67. §. 6.* hæ enim pœnæ sunt bono populi, & Concilij, ut diximus suprà proxima decisione, & captivis applicari non possunt, in damnum publicum civitatum; & præjudicatur tertiæ Regis, quæ
8 ad restaurationem murorum applicata est, *l. ne splendidissima. Cod. de operibus public.* & per Regem non potest fieri donatio bonorum ad tertias pertinentium. Ordin. *lib. 2. tit. 28. §. 2. d. l. ne splendidissima.*

Et in toto regno semper practicatum fuit, quòd in his pœnis statutorum oppidorum, & civitatum nnmquam captivis pars daretur, sed in alijs pœnis positis ab officialibus justitiæ.

Pendet tamen hoc dubium, licet diversæ super eo sententiæ latæ sint, sed in novo regimento captivorum id declarandum necessariò est, ut dubia cessent.

DECISIO LXI.

An uxor illius, qui decessit nullis relictis heredibus, quo casu fiscus heres est, censeatur hereditatem adtre, ut illam transmittat?

SUMMÆ.

1. *Hereditas vacans dicitur, cùm quis moritur absque aliquo herede, & ad fiscum pertinet.*
2. *Hereditas non adita non transmittitur, & perinde est, ac si defuncto delata non esset.*
3. *Hereditatis aditio est quid facti, & non præsumitur, nisi probetur.*
4. *Hereditas non adita non transmittitur, quoad extraneos; secus quoad liberos, & descendentes.*
5. *Hereditate non adita, ad hoc ut transmittatur, duo necessariò requiruntur.*
6. *Pater decedens ante agnitam infantis hereditatem illam non transmittit.*
7. *Aditio hereditatis non præsumitur ex sola simplici possessione, nisi possessio sit diuturna.*
8. *Incertitudo, utrum quis sit heres, impedit aditionis præsumptionem.*
9. *Ubi non constat, quem animo adeundi possedisse, cùm causa custodia, donec divisio fieret, potuit intervenire, non præsumitur aditio.*
10. *Ex perfectione inchoati à testatore præsumitur animus adeundi.*
11. *Qui duplici nomine potest actum gerere, nisi exprimat, quòd eum facit animo adeundi, non videtur adire.*

QUæstio fuit in Senatu: quidam servus Ethiops duxit uxorem servam Ethiopissam, & decessit sine liberis, & descendentibus, & consanguineis, quia nec in decimo gradu, nec ultra sunt inventi: mortua postea uxore, relictis quibusdam nepotibus, fiscus hereditatem petijt, quia uxor non adita illa hereditate obierat, & ideò vacaverat, & tamquam vacans ad fiscum pertinebat, Ordin. *libro 2. tit. 26. §. 17.*

Nam & bona vacantia dicuntur, cùm quis mo- 1
ritur absque aliquo herede. *l. vacantia. C. de bonis vacant. lib. 10. cap. unico. quæ sint Regal. in usib. feudorum.* Alciat. *l. 1. n. 15. D. de acquir. possess.* & ideò pertinent ad fiscum ex dictis juribus, & facit Ordin. *lib. 4 tit. 94.*

Ideò autem dicebatur, uxorem sine herede obi- 2
isse, quia licet nepotes haberet, tamen hereditatem ad eos non transmisit, quia illam non adierat, & hereditas non adita, non transmittitur, perindeque est ac si defuncto delata non fuisset, ut est text. *in l. unica. §. in novissimo. C. de caduc. tollend. l. ex pluribus. C. de suis & legitimis hered. l. infan. l. §. fin. C. de jure deliberandi.*

Quamvis autem ipsa uxor se immiscuisset here- 3
ditati defuncti mariti, non ideò videbatur eam adiisse, quia aditio est quid facti, & non præsumitur, nisi probetur, *l. in bello. §. aut facta. D. de captivis cum vulgaribus.*

Ex contrario nepotes dicebant, quòd licet regula- 4
riter hereditas nondum adita non transmittatur, illud procedit quoad extraneos, cæterùm quoad liberos, & descendentes bene transmittitur ex potentia sanguinis, ut est text. & ibi gloss. 1. *in l. unica. Cod. de his, qui ante apert. tab.* & ideò ad nepotes, qui sunt descendentes, transmissa fuit dicta hereditas, & consequenter ad fiscum non debuit deferri.

Sed Judex contra nepotes tulit sententiam, quia 5
non agebatur de hereditate uxoris, cujus respectu nepotes dicebantur descendentes, sed de hereditate viri, qui non erat ascendens respectu uaoris, quæ ex eo non descendebat: & ad hoc, ut hereditas non adita transmittatur, duo requiruntur nempe, quòd sit hereditas ascendentis, item, quòd transmittens sit de liberis, & quòd transmittatur ad descendentes, ita quòd ille, in quem transmittitur, sit de liberis, vel descendentibus, ut probatur *in d. l. unica.* juncta Gloss. ibi, *verbo, liberos*, ad idem Gloss. *pen. in l. si infans. C. de jur. deliberand.* & notatur per Doct. Ceterùm uxor, quæ transmittebat, non erat de liberis, aut descendentibus viri, de cujus hereditate transmittenda agebatur, ideò illam in nepotes non potuit transmittere, per illam Gloss. quæ communiter recepta est.

In quam rem facit, quòd pater decedens ante 6
agnitam infantis hereditatem, illam non transmittit, quia capit ut heres filij, secundùm Bart. notabiliter *in l. si infans, num. 5. C. de jur. deliber.* ita uxor ista cùm succedat viro, ut heres, non potuit illius hereditatem non aditam transmittere.

Nec obstabat, quòd dicebatur uaorem, eò quòd in possessione omnium bonorum permanserat, tam ad se, quàm ad maritum defunctum pertinentium, videri adiisse hereditatem, per *l. gerit. & l. si quis se immiscuit. D. de acquir. hered.*

Nam primò respondetur, quòd non constabat, quòd morte viri extitisset uxor in possessione omnium bonorum.

Secundò, quòd ex sola, & simplici possessione 7
non præsumitur aditio, nisi possessio sit diuturna. *l. qui in aliena. §. 1. D. acquir. hered.*

Tertiò non apparebat, quod uxor fuisset certa se 8
heredem esse; nondum enim constiterat, viri he-

redes usque ad decimum gradum nullos extare, & ideò talia incertitudo impedit aditionis præsumptionem. *§. ult. Instit. de heredum qualit. & different.*

9 Quartò, quia non constabat, quòd simul omnia bona antea communia possedisset animo adeundi hereditatem viri, & potuit ex alia caula retinere, nempe causa custodiæ, donec per Judicem fieret divisio; ideò non videbatur adivisse. *l. pro herede. D. illo titul.*

10 Quintò non constabat, quòd in ista viri societate aliquid ab eo inchoatum perfecit. *l. si pupillus. §. si societate, D. illo titul.*

11 Sextò, quia, qui duplici nomine potest actum gerere, nisi exprimat, quòd faciat animo adeundi, non videtur adire. *l. cùm solus. l. si quis non quasi. D. de acquir. hered.* debet enim constare de animo, *d. l. pro herede.* ubi DD. Et ita judicatum fuit in favorem fisci, anno 1583. mense Martij in processu Mariæ Mendez uxoris Andreæ Mendez de Olyvensa, Scriba Petro Almirante, in judicio bonorum Regiæ Coronæ.

DECISIO LXII.

In causa commissi, quod alius incurrit propter exportationem mercium, domino inscio, an dominus possit comparere ad eas à commisso liberandas?

SUMMÆ.

1. *Exportans merces prohibitas in alienam provinciam extra regnum, punitur amissione mercium, & exilio.*
2. *In causa criminali non admittitur procurator pro absente.*
3. *Hoc non habet locum in domino servi absentis, qui admittitur in causa criminali ad eum defendendum pro suo interesse.*
4. *Non habet etiam locum, ubi quis ex forma alicujus legis, vel statuti, tenetur ad pœnam pecuniariam ex delicto alterius.*
5. *Domino navis ignorante, si ab alio in eam sint invecta merces prohibita, dominus debet audiri ad allegandam ignorantiam; quòd etiam est dicendum in domino mercium, si eo inscio alius eas exportaverit in locum prohibitum.*

Commissum si quis incurrat, eò quòd sit deprehensus in via, dum exportaret merces alienas prohibitas in alienam provinciam extra Regnum, an dominus mercium possit admitti ad defendendas suas merces pro suo interesse, exportatore absente & nolente comparere? vidi in facto quæstionem.

1 Et pro parte negativa, quòd non deberet admitti allegabatur Ordin. *l. 5. titul. 112. in principio. vers. E quem o contrario fizer.* ubi solus exportator deprehensus punitur amissione mercium, & exilio; nec distinguit, an sint alienæ, an ipsius exportantis.

2 Secundò, quia in causa criminali, non admittitur procurator pro absente, *l. pen. §. ad crimen. D. de publ. judic.* si autem daretur, quòd dominus istarum mercium deberet audiri, sequeretur, quòd exportator absens per procuratorem defenderetur. Ergo, &c.

Tertiò, quòd sic daretur ansa evitandi omnia 3 commissa, quod esset maximè absurdum.

In contrarium allegabatur *l. 2. C. de accusationibus.* ubi dominus servi admittitur ad defendendum servum in causa criminali pro suo interesse: ergo ita debet admitti dominus mercium pro illis à commisso excusandis.

Secundò, quia si ex forma legis vel statuti pater, 4 vel dominus, vel quilibet alius teneatur ad pœnam pecuniariam ex delicto alterius, bene poterit iste tertius pro suo interesse comparere: & licet delinquens confiteatur delictum, potest ipse tertius probare contrarium, & ad hoc esset admittendus. Bart. *in l. cùm filiusfamilias. D. de verborum obligat. colum. fin.* Bald. *in l. filiusfamilias. D. de vijs, qui sunt sui, vel alien. juris.* quos sequitur Gomez. *de delict. cap. 1. fol. 24.*

Tertiò allegabatur text. *in l. Cotem. §. 1. D. de* 5 *publican.* ubi si ignorante domino navis, ab alio in eam invectæ sint merces prohibitæ, navis non cadit in commissum, & dominus debet audiri ad allegandam istam ignorantiæ causam: ergo ita dominus mercium, quo invito, vel inscio, alius exportavit illas in locum prohibitum, potest comparere, & allegare istam excusationem, & hoc videtur probabilius.

DECISIO LXIII.

De Tertijs, quas Hispani, *Tercuelos* vocant.

SUMMÆ.

1. *Hæ tertiæ decimarum concessa fuerunt Regibus Hispaniæ per summos Pontifices multò ante Concilium Lateranense.*
2. *Origo tertiarum in hoc Regno Lusitaniæ dupliciter potest considerari.*
3. *Hæ tertiæ sunt de juribus Regalibus, & in patrimonio Regali incorporata.*
4. *Causarum cognitio circa has tertias decimarum, sive de jure sive de facto dubitetur, ad Judices saculares pertinet; & redditur ratio. Ibid.*
5. *Tertia prædicta possunt per Reges in alios transferri, vel quocumque alio titulo alienari.*
6. *Referuntur senatus arresta in hac materia.*

HÆ tertiæ decimarum Regibus Hispaniæ 1 concessæ fuerunt per Summos Pontifices, idque ante Concilium Lateranense, ut tenet Jacobus Puteus *decis. 319. numer. 1. lib. 3.* ubi agens de quadam decimarum causa, quæ mota fuit inter Ducem de Alba, & Archiepiscopum Toletanum, dicit quòd ad decisionem illius fuerunt visæ litteræ Apostolicæ Alexandri Summi Pontificis, an. 1494. in quibus motu proprio datur Regibus Hispaniæ, & successoribus suis, facultas percipiendi partes (Tertias nuncupatas) decimarum in Regno Granatæ, prout percipiunt in Regno Castellæ: & quòd etiam fuerunt visæ litteræ Innocentij, & Clementis summorum Pontificum, loquentes de una tertia, quæ vulgariter tertia nuncupatur: & etiam aliæ ejusdem Alexandri moderniores, anni 1507. in quibus ejusdem Regibus, & successoribus, & alijs,

alijs, ab eis dominia temporalia habentibus, datur facultas percipiendi duas partes integrales decimarum à novis, & antiquis Christianis in locis, in quibus habitabant Saraceni. Et de alio simili privilegio ijsdem Regibus concesso per Clementem VII. tradit Paleotus *decis. 665. in principio in 3. p. decisionum novissimarum diversorum Rota.* ubi inquit in hæc verba: Clemens VII. concessit privilegium Regi Hispaniarum, & dominis temporalibus ceterorum locorum, in quibus Mauri habitant, ut expulsis Mauris, à conversis ad Christi fidem liceat ijsdem dominis decimas possessionum percipere.

2 Similiter de alijs privilegijs, circa Tertias ijsdem Hispaniæ Regibus, & eorum successoribus concessis nuncupatim agunt ex antiquioribus Hispanis Montalvus *in repertorio legum Ordinamenti, littera R. post verbum, item promisit Rex Henricus IV. in additione magna, quæ incipit, Rex Joannes II. ad fin. vers. an autem tertia decimarum,* ubi de materia latè agit Gregorius Lopez *in l. 22. gloss. 1. tit. 20. part. 1.* dicens, quòd ratione consuetudinis sustinentur prædictæ tertiæ à laicis obtentę, qui tamen cogitandum relinquit: cujus opinionem, licet illum non referat, sequitur Sarmient. *de reddit. 4. part. cap. 4. num. 4. & 2. part. cap. 8. num. 19.* De eisdem etiam privilegijs Regibus Hispaniæ concessis agit Palat. Rubeus *in repet. rubr. de donat. inter vir. §. 37. vers. præterea ista donat. num. 13.* & ibi ejus additio. Soar. *allegat. 28.* & ibi nova additio Jacobi Valdesij. *numer. 5.* Avendan. *de exequend. mand. 2. part. cap. 4. num. 21.* & ex recentioribus Didacus de Covarruv. *practicarum, quæst. cap. 35. numer. 2. vers. 3.* Garcia Gallecus *in tract. de expensis, cap. 9. n. 90. cum seqq.* præcipuè *numer. 97.* & ante eos Sotus *de justitia & jure . 9. quæst. 7. art. 1. vers. contra hoc. pag. 299.* Joan. Gutierr. *practicarum quæst. civilium, lib. 1. quæst. 14. num. 1. & 2.* ubi *d. num. 1.* multos auctores Hispanos refert, dicentes ex privilegio, & concessione Summi Pontificis competere in perpetuum ipsis Regibus Hispaniæ has decimas, quas Tertias vocamus, & ipsos solitos esse illas percipere allegat Gregor. Lopez, Peres & Menchaca *illustr. controversiarum, lib. 1. quæst. 89. num. 6.*

3 Et ultra suprà dictos, quòd scilicet Reges, & sæculares Principes concessione Ecclesiæ indigeant ad fructus decimarum percipiendos, resolvit Aragon. neminem referens, *quæst. 87. art. 3. in explicatione artic. in vers. Cajetanus, prope finem.* Navarrus agens de Regibus Hispaniæ, & de alijs nobilibus, in *Apologia de redditibus, monitu 57. numer. 2. ad medium.* Lazarte *in tractatu de decima venditionis. cap. 19. ex num. 28. cum seqq.* præcipuè *num. 36.* Et in specie, quòd summi Pontifices Gregorius VII. & Urbanus II. qui in Cathedra Petri sederunt, multò antequam Lateranens. Concil. celebratum fuisset, ex eo, quia prædictum Concil. celebratum fuit anno 1179. tempore Alexandri III. Gregorius verò VII. Summum Pontificatum obtinuit anno 1073. Urbanus II. anno 1088. ut refert Petrus Matthæus *in d. catalog. summorum Pontificum, sub computatione temporum eorumdem Pontificum.* & eleganter Genebrardus *in sua Chronologia libr. 4. pag. 582. de rebus gestis tempore Gregorij VII. anno Christi 1073. & pag. 587. de rebus gestis tempore Urbani II. anno Christi 1088.*

Quòd inquam, prædicti Summi Pontifices Aragonum Regibus, & successoribus prædictam facultatem concesserint, colligendi decimas, & primitias, ex terris, quæ olim fuérant Saracenorum, refert Marineus Siculus *in vita Regis Petri 1. fol. 43. column. 2.* & tenores privilegiorum referens, resolvit Belluga *in speculo Principum, rub. 13. de decimis. §. tractemus, à num. 29. fol. 71.* Frater Emanuël Rodrigez *2. tomo quæst. canonic. & regul. q. 44. art. 3. vers. in alia etiam juridica ratione, ad medium.* ubi in specie sic inquit: 4

Causa autem cur Summus Pontifex concessit his laicis decimas, fuit, quia Rex & hi nobiles sumptibus, & labore suo ac suorum eripuerunt ex tyrannide Maurorum eas partes Hispaniæ, quas Rex Rodericus amiserat, & concessit ipsis, ut nomine ipsius Papæ eas retinerent, & perciperent, ut pauperes rerum temporalium, quia majorem earum partem in defensionem fidei, & dilatationem regnorum, quę subjiciebantur Ecclesiæ Romanæ consumpserunt; & sic concessit Regibus Hispaniarum supradicta, videns eos pauperes, & eorum patrimonium Regale quasi consumptum in defensionem supradictam, &c.

Itaque ex dictis constat, quòd jam multò antè quàm Concil. Lateranense celebratum fuisset, concessa fuerunt Hispaniæ Regibus privilegia decimas percipiendi, quæ vulgò tertiæ nuncupantur, ea de causa, quia scilicet ex tyrannide Saracenorum multa regna à Saracenis occupata feliciter eripuerint, eaque Ecclesiæ Romanæ Sanctæque Sedi Apostolicæ humiliter subjecerint. Et in terminis quòd etiam post prædictum Concil. Lateran. prædictis Regibus Hispaniæ multa similia privilegia concessa fuerint, scilicet Regi Ferdinando in Regno Granatæ, testatur Covarr. *d. cap. 35. practic. quæst. num. 2.* Et quòd Carolo V. per Clementem VII. & novissimè Philippo II. per Pium V. concessum fuerit illud, quod Hispani vocant Excusatum tradit Emanuël Rodriges *dicto loco versic. colligitur.* & alij DD. & similiter quòd per privilegium Apostolicum Reges Aragonum jus illud percipiendi decimas habeant, novissimè resolvit Olibanus *de jure fisci. lib. 10. ad constitut. Cathaloniæ. cap. 13. num. 8 & 9.*

Et ne in dubium veniat, án prædicta Summorum Pontificum potestas & facultas talia privilegia laicis concedendi ad decimas percipiendas, magis ad unum, quàm ad aliud tempus restricta fuerit, summoperè advertendum est, quòd in Rota Romana pronuntiatum fuit, quòd præd. facultas & potestas ijsdem Pontificibus competit, tam ante, quàm post promulgationem Concilij Lateranensis, ut testatur in specie Paul. Æmil. *decisio. 241. part. 1.*

Unde infertur, quòd dupliciter potest considerari origo tertiarum hujus Regni: aut enim ex eo capite Reges nostri eas habent, quia scilicet jam eo tempore, quo Rex Alfonsus VI. Castellæ illas habebat per concessionem Apostolicam, antequam hoc Regnum in titulum Comitatus nomine dotis Henrico Comiti Burgundiæ, seu Lotharingiæ, patri Regis Alfonsi Henriquez primi, cum filia Theresia collocaret, prout posteà collocavit cum parte Galliciæ, ut ex Ritio *libro 3. Hispanica Historia,* refert

fert Genebrardus *in sua Chronographia lib.4. p.587. de rebus gestis tempore ejusdem Regis Alfonsi VI. Hispania.* ita ut cum ipso Regno, seu aliàs Comitatu, prout tunc vocabatur, translatæ etiam fuerint prædictæ tertiæ, tamquam jura illi adhærentia in prædictum Henricum generum Alfonsi VI. & consequenter in Alfonsum Henriques primum Lusitaniæ Regem, & ceteros ejus successores, quod probabilius videtur.

Vel etiam ex eo prædicta tertiarum origo in hoc regno considerari potest, quòd cùm hoc regnum jam à Corona regni Castellæ separatum felicissimis victorijs ab eodem invictissimo Alfonso I. paulatim à Saracenorum potestate fuisset ereptum, & ab alijs ejus successoribus, ut in specie testatur de hoc nostro regno Jul. Ferretus *de justo & injusto bello, num. 24. pag. 30. colum. 3.* in gratiam, & remunerationem illarum, & ex eo quòd multis sumptibus in id factis, multoque sparso sanguine, illud ab infidelibus Saracenis eripuerit; & ut prædicti successores allicerentur hujusmodi beneficijs ad illius defensionem, & ad alios infideles expugnandos, prout postea in Africa & in India fecerunt, illas tertias eis concesserit prædictus Urbanus II. & ceteri successores, qui dum Rex Alfonsus regnavit, undecim fuerunt ante Concilium Lateranense, usque ad Alexandrum III. qui illud promulgavit, cujus tempore in fine jam sui Pontificatus, Corona Regia per Albertum Cardinalem jussu ejus, & legatione in hoc Regnum missa, eidem Alfonso tradita fuit.

Secundò infertur ex dictis, quòd cùm hæ tertiæ in patrimonio Regali sint incorporatæ, jam dubitari non potest, quòd sint jura Regalia, prout sunt in regno Castellæ; nam ea ratione, qua constitutæ fuerunt in prædicto regno Castellæ, & ex illo translatæ in hoc, seu noviter privilegio Apostolico concessæ, & in illo sunt jura Regalia ex concessione Papali, ut in individuo probat *l. 2. tit. 5. libro 6. Ordinamenti. & totus tit. 21. lib. 6. nova recopilat.* & resolvit Avendan. *de exequend. mand. 2. part. cap. 4. n. 21.* & post Carol. de Grassal Molinæum, & Rupelanum, Covarr. *practic. cap. 35. num. 2. & d. l. 1. variarum. cap. 17. numer. 8. versic. 9.* Henriquez *caput. 27. littera L.* Frater Emanuël Rodriges *dict. quæst. 44. art. 3. ad fin.* Ita etiam in hoc regno prædictæ tertiæ jura Regalia appellari debent, utpote quia sunt incorporatæ in patrimonio Regali, & proculdubio talia sunt, juxta generales regulas nostrarum Ordinationum, & ultra suprà citatos idem resolvit doctissimus Barbosa *in l. Titia. num. 41. D. solut. matrimonio.*

Tertiò infertur, quòd etsi controvertatur, utrùm causæ decimales semper & indistinctè tractandæ sint apud Ecclesiasticum, & communiter distingui soleat inter quæstionem de facto, & quæstionem de jure, ita ut de illa sæcularis, de hac verò solus Ecclesiasticus cognoscere possit. Bart. *in l. 2. colum. 2. num. 4. D. de juris d. omnium jud.* ubi Curt. *numer. 48.* Oralcius *num. 17.* communem dicit idem Bart. *in l. Titia. n. 6. & 7.* & ibi latè & plenè insignis Barbosa *n. 59 cum sequent. D. solut. matrim.* Covar. *de sponsal. 2. part. cap. 8. §. 12. n. 3.* & post Padilh Gutier. *de juramento confirmat. 1. part. cap. 2. num. 35. & libr. 3. pract. civil. q. 62. n. 2.* Tamen quoties circa has tertias, seu earum solutionem, tam de jure, quàm de facto aliqua controversia agitata fuerit, illius erit Judex competens sæcularis, non verò Judex Ecclesiasticus, ut nuncupatim ex antiquioribus Jurisconsultis Hispanis tenet Castellus *in l. 6. Tauri, verbo, de qualquer qualidade vers. & quod dixi. & in l. 13. Tauri, verbo, vinte & quatro horas, vers. ex quo infertur.* & eleganter post alios resolvit Covarr. *d. c. 35. num. 2.* Et in specie, quòd in Hispania, & Gallia sæculares Judices cognoscant de his tertijs, & non Judices Ecclesiastici, refert Petrus Belluga *in d. speculo Principum, rub. 13. de decimn, vers. restat. fol. 45. aliàs 75. cum seq.* & post Rebuff. *q. 10. de decimis num. 39.* resolvit Gutier. *d. q. 14. n. 4.* Frater Emanuël Rodrigéz *d. art. 3. vers. & de hu.* Laçarte *de decima vendit. c. 19. num. 30.* Cujus rei ea ratio reddi potest, quia hæ decimæ (vulgò Tertiæ nuncupatæ) sunt justo titulo à Romanis Pontificibus in Reges hujus Regni translatæ, & in eorum patrimonio jam à tempore immemoriali sunt redactæ; & sic ad sæculares Judices, & ad patrimoniũ Regale deputatos, earum cognitio, qualiscumque sit, pertinebit, qua ratione utitur Gutierres *d. q. 14. num. 4. in principio.* ubi *num. 5.* adjicit, quòd si laici inquietentur, has decimas possidentes titulo justo coram Judicibus Ecclesiasticis, solent Judices sæculares eos inhibere, ne de causis cognoscant, immò eas ad se remittant, explicat in specie latè & eleganter ultra omnes insignis Barbosa *in d. l. Titia. num. 42. cum seq. usque ad num. 48.*

Quartò infertur, quòd prædictæ decimæ, & ter- 5
tiæ, cùm eas Reges nostri justo & legitimo titulo habeant, & possideant, possunt per eosdem Reges in alios transferri, seu quocumque titulo legitimo alienari, scilicet donationis, legati, permutationis, venditionis, & cujuscumque alij, tamquam bona alia temporalia, ut optimè post antiquiores, & moderniores resolvit Gutierres *d. q. 14. num. 2.* Laçarte *d. cap. 19. num. 30. cum seqq.* præcipuè *n. 32.* & ante eum Gallecus *de expensis cap. 9. numer. 97. cum seqq.* ubi latè & planè materiam istius translationis prosequitur, idem etiam tenet doctissimus Barbosa *ubi suprà, numer. 42. vers. Adde.* prout Reges nostri aliquibus donatarijs concesserunt.

Audi jam arresta senatus in hac materia:

O Executor do subsidio dos cento, & cincoenta mil 6
cruzados com que o estado Ecclesiastico servio à el Rey dom Sevastião na jornada de Africa, quis constranger o Duque de Bargança à contribuir por razão das terças que tẽ na Igreja de Villa Boim, & em outras Igrejas do Bispado de Miranda, de que o Duque aggravou pera o juizo da coroa onde foi provido, por se achar, que o direito das terças era feito direito real, & como tal andava lançado nos foraes das ditas villas de tempo immemorial, & não querendo o Executor Ecclesiastico obedecer as tres sentenças do juizo da Coroa, foi emprasado & ouvido ante os desembargadores do paço com o juiz & procurador della. E assentouse que estava bem julgado vista à forma do breve, que mandava contribuir os que tevessem rendas Ecclesiasticas, & como aquellas terças já não erão Ecclesiasticas, mas direito real prophano em Outubro, de 1579. Escrevão, Pedro Almirante.

O mesmo se determinou no estromento que o procurador do mesmo Duque tirou do Provisor de Braga o obrigar

gar a contribuir pera o seminario, per razão das terças que possuia dos dizimos da Igreia da villa de Nantes, termo da villa de Chaves. E foi o Duque provido, & ofenso, per ser direito real, como fiqua dito: no mes de Junho de 1579. Escrivão Petro Almirante.

E o mesmo se julgou na sexta parte dos dizimos da villa de Olyvença, que o Conde de Tentugal tem como direito real, como donatario da Coroa, em hum estromento que tirou per Antonio Froes seu procurador do mesmo executor: foi Escrivão Luis de Neiva, anno de 1560. no mez de Outubro.

Tendo Manoel de Sampaio per doação del Rey Dom João o terceiro, o terço dos dizimos do lugar de Urros, termo da villa de Mencorvo, se ergueo, & instituio hũa Capella, ou Ermida no lugar de Peredo, no limite de Urros, & não querendo o Reitor, ou Abbade de Urros responder com o terço dos dizimos da dita Igreia de são Julião do Peredo, por dizer que erão dizimos novos, & que se não comprehendião no posse, ou doação dos antigos, que os Reys deste Reyno tinhão em Urros: Manoel de Sampaio o demandou, & ouve contra elle a sentença seguinte.

Acordão em Rellação, Visto o libello do A. & como a R. não veo com cõtrariedade, & a prova dada ao libello, & doaçoẽs antigas de tempo immemorial, &c. testemunhas do A. per que outrosi se mostra o terço da dita Igreia pertencer a Coroa destes Reynos, com o mais que se pellos autos mostra: pronuncião o terço dos dizimos do lugar do Peredo, freguisia da Igreia de Urros, pertencer a Coroa destes Reynos, & per conseguinte ao A. como seu donatario; & condemnão o Reo que pague o dito terço a Autor como donatario da Coroa da qui por diante, & assi o dito terço que levou da lide contestada pera ca; & seia sem custas por ser parte o procurador do dito senhor a 15. de Novembro de 1557. Scriba Luis de Neiva.

Despois vagando pera a Coroa os terços destes dizimos per falescimento de Manoel de Sampaio, mandou el Rey tomar posse delles, & arrendalos; & porque o rendeiro não acudia com os ditos dizimos ao licenciado Estevão Mendez Abbade, & Reitor da Igreia de são Julião do Peredo, o dito Abbade demandou o rendeiro del Rey, pedindo, lhe julgassem todos os dizimos da dita Igreia, & declarassem que el Rey não tinha, nem podia ter nelles o dito terço: & falescendo o dito Abbade lhe succedeo na Igreia o licenciado João Caldeira d' Azevedo, o qual prosiguio a causa no juizo da Coróa, onde corria, & finalmente se deu sentença contra elle, em favor del Rey, cuio teor he o seguinte.

Acordão em relação, &c. Vistos estes autos libello de A. contrariedade do Procurador da Coroa, mais artigos recebidos, treslados das doaçoẽs feito appenso, & prova de testemunhas a todo dada; provasse o dito senhor per si, & pellos Reys seus antecessores estar de posse de tempo immemorial da terça dos dizimos da Igreia de são Bertolameu de Urros, termo da villa da Torre de Mencãrvo, por ser concedida a Coroa destes Reynos per privilegio & concessão muito antiga da Sancta Sè Apostolica; & por virtude da dita concessão & posse fazer el Rey Dom Afonso, no anno de 452. doação, & merce da dita terça dos dizimos da dita Igreia a Vasco Fernandez de Sampaio, pella maneira que dantes à tinha feita a seu pay Fernão Vaz de Sampaio, & ser depois confirmada a dita doação no anno de 79. a Fernão Vaz filho do dito Vasco Fernandez por el Rey Dom Manoel, & no anno de 528. por el Rey Dom João o III. como consta do treslado das ditas doaçoẽs: provasse mais que per a tal doação expirar per morte do dito Fernão Vaz, & vagar pera a Coroa destes Reynos pello que fez o dito senhor Rey Dom João merce da terça dos ditos dizimos a Manoel de Sampaio filho do dito Fernão Vaz no anno de 39. E assi se prova que sendo o lugar de Peredo da freguesia, & parrochia dita da Igreia de Urros, & pagandolhe os Moradores do dito lugar, como fregueses della, os dizimos dos fruitos, & novidades, que avião, por os ditos freguesses virem em muito crescimento, & viverem apartados da dita Igreia de Urros, se ordenou, & erigio a Igreia de são Julião no dito lugar de Peredo, & recusando depois de ser erigida João Perez Abbade da Igreia matriz de Urros pagar a terça dos dizimos do dito lugar do Peredo ao dito Manoel de Sampaio donatario, se deu sentença neste juizo dos feitos da Coroa contra o dito Abbade no anno de 57. per que se julgou a terça dos dizimos da Igreia do dito lugar do Peredo pertencer a Coroa destes Reynos pella maneira que lhe pertencia a terça da Igreia de Urros donde foi desmembrado & separado com a mesma obrigação, & o dito Abbade a aver de pagar, como pagou dahy em diante, como outrosi consta da sentença dada no feito apenso, & o Autor assi o confessa em seus artigos. O que todo visto, & como o elle A. não prova cousa per onde deva aver, nem lhe pertença a terça dos dizimos da contenda, & a disposição do direito em tem tal caso, absolvem o Procurador do dito senhor do contra elle pedido, & seia sem custas a sete de Agosto de 85. Scriba Petro Almirante, à qua sententia petita fuit per Abbatem actorem revisio, & ei fuit denegata.

DECISIO LXIV.

De jure Regali, quod jugatum, seu jugada, nostri vocant, ad intellectum Ord. *lib.2. tit. 33.*

SUMMÆ.

1. *Intelligitur Ordin. lib.2. titul.33. §.8. & 25. & num. 7.*
2. *A tributo jugationis cetera bona non sunt immunia, prater mansum, & hortos positos juxta Ecclesiam, cœmiterium, & ea quæ vocantur passalia, sed cum suo onere transeunt ad Ecclesiam, & ad clericos.*
3. *Fundi seu possessiones tributaria ratione alicujus legis, vel statuti, si transeant in Ecclesiam, non ideo liberantur à collectis & tributis.*
4. *Tributa debita ex bonis Regalibus (vulgò dicta reguengos) tenentur solvere clerici, si prædicta bona ad eos devenerunt.*
5. *Idem in fundis, & prædiis fiscalibus, & feudatariis;*
6. *Idem in tributo* de oytavos, ou quartos, *quod solvitur ex terris à tributo jugationis exemptis,*
7. *Ordin. prædict. Paragrapho 25. jubet, quòd clerici tributum hoc jugationis non solvant ex terris, in quibus habeant utile tantùm dominium.*

Clerici de jure communi sunt immunes ab exactione talium tributorum, Ibid.

8. *Colonus clerici tenetur solvere tributum hoc, si pro certa pensione colit; secus si pro pensione incerta, quæ dicitur, Cota.*

9. *Cleri-*

9. *Clericus & laicus possidentes fundum indivisibilem, si ab eo tributum debeatur, a quo clericus sit exemptus, non ideo laicus a tributo pro rata solvendo excusatur.*

10. *Intelligitur Ordin. d. libr. 2. §. 10.*

Casus omissus remanet in dispositione juris communis. Ibid.

11. *Commendatarij Ordines JESU Christi, S. Jacobi, & de Avis, Militensis, & Rhodiensis dicuntur beneficiarij, ad effectum, ut hoc privilegio gaudeant.*

12. *Refertur Senatus Arrestum in hac materia.*

DE hoc jure, quod jugatum nostri vocant, seu jugada, aliqua diximus in 1. parte nostrarum decisionum, decisione 188. ubi videas, hîc tamen nonnulla adjungere etiam volui, & vide Alvarum Vaz. *de Jur. emphyt. quæst. 52. num. 4.*

1 Hæc Ordin. *lib. 2. tit. 32. §* 8. loquitur de Ecclesijs, & monasterijs, ibi, *algũas Igreias, ou Mosteiros.* & ita sentit, quòd Ecclesiæ & monasteria non eximuntur à solutione hujus tributi, nisi speciali privilegio id à Rege sit illis concessum. Et ita accipies §. 25. *infra hoc titulo*, ubi innuit Ecclesias, & monasteria habere istud privilegium, in eo, quòd clerici eorum prædia colentes eo gaudent, quia intelligi debet de Ecclesiis, & monasterijs, quibus tale privilegium à Regibus fuit concessum, ut in hoc §. 8.

2 Et adde, quod præter mansum, & hortos positos juxta Ecclesiam, cœmeterium, & ea quæ vocantur passalia, cetera bona non sunt franca, aut immunia, sed cũ suo onere transeunt ad Ecclesiam, & clericos, ut post Innocent. & Bertrand. tenet Antibol. *de munerib. & honorib. §. 4. num. 36. vers. sed ad id.* quem vide *à num.* 26. *usque ad num.* 38.

3 Adde etiam, quòd lex, vel statutum faciens omnes possessiones tributarias, si transeunt in Ecclesiam, non propterea liberantur à collectis & tributis ita latè Socinus *cons. 52. lib. 4.* & vide Abb. *in cap. fin. de vita, & honestat. clericorum*, quem sequitur, summa Baptistæ, *verbo, excommunicatio.* O. 1. *casu* 8. *quæst.* 2. & 4.

4 Hinc est, quòd clerici, in quos deveniunt bona Regalia, quæ dicuntur realenga, seu reguengos, tenentur solvere census, fora, id est, pensiones, & tributa ex illis debita, ut est Ordin. *hoc libr. 2. titul. 1. §. 57. & tit. 16. in principio.* ibi. *foros, & tributos que dos ditos reguengos lhes eraõ devidos.*

5 Et idem videtur dicendum in alijs prædijs, & fundis fiscalibus, & realenguis, quæ Regalia sunt, ut *d. lib. 2. titul.* 1. § 18.

6 Et idem est in oitavos, ou quartos, quæ solvuntur ex terris à jugationis tributo exemptis, quia ab hoc tributo non excusantur clerici, nec Ecclesia, ut est text. *in d. Ordin. lib. 3. tit. 33. §. 38.*

7 Unde mirum est, quòd ordin. ista § 25. *incipit, os Clerigos.* sentiat manifestè, quòd ex re, cujus clericus est utilis dominus tantùm, non tenetur solvere hoc tributum, quod jugatum dicitur, ibi, *salvo se em os ditos clerigos for passado o util senhorio.* & multò magis non tenebitur, si fuerit directus, aut plenus dominus. Quia jure communi clerici immunes sunt ab exactione talium tributorum. *cap. adversus. cap. non minus.* ubi Gloss. *verbo, sub tributo, de immunit. Ecclesiarum.* de qua re videndus est Duenh. *reg.* 100. ubi latè text. & DD. *in cap. quamquam. de censibus. & in clement. fin. eod. titul* & ibi Cardinalis. Sed fortè hoc ideò, quia illa tributa sunt imposita in ipsismet fundis, & possessionibus, de quibus loquitur Socinus post Bartol. & alios relatos à Duenh. *d. reg.* 100. *fol.* 9. Lucas de Penna *in l. fin. C. de exactor. tribut. lib.* 10. Guido Papæ *decis.* 97. quos vide. Ceterùm tributum jugatæ est mixtum, quia pendet partim à fundo, partim à colonis, qui eum colunt: sic enim impositum est, ut ad illud teneatur quicumque terram araverit cum jugo boum, & pro singulis boum jugis tantum solvat; de quo cogita, & vide Vaz. *de jure emphyteut. quæst.* 17. *numer.* 7. Anton. de Quesada *quæst. juris. cap. 4. numero* 11.

Sed utrùm colonus clerici gaudeat hoc privilegio? Dic, quòd si pro certa pensione colit, (quod vulgò dicitur de *metaçaõ*) tenetur solvere, nec gaudet immunitate. Ordinat. *hoc titul. 33. libr. 2.* § 10. *incipit, & se os privilegiados.* ibi, *Porque trauzendoas por paõ.* Si autem colit pro pensione incerta, quæ dicitur, Cota, id est, *ao terço, ou quarto, &c.* tunc est majus dubium propter text. *d. Paragrapho* 10. ibi, *& as trouxerem de parceria pagando de raçaõ certa cota.* 8

Sed probabilius videtur hoc casu non gaudere hujusmodi privilegio, quia privilegiatus, ne solvat decimas de fundo suo, quem proprijs sumptibus coluerit, si eum per colonum censuarium colat, cui tribuat medietatem fructuum, propriè & strictè non dicitur colere suis expensis; & ideò colonus tenetur de sua medietate solvere decimas, ut est text. & ibi per illum notat Abb. *in cap. licet. num.* 1 *de decimis.* Ita hic non gaudebit similis colonus privilegio clerici in cultura socij.

Facit etiam, quòd si clericus & laicus sint socij, & possideant aliquod prædium indivisum, immò indivisibile, ex quo debeatur tributum, à quo clericus sit immunis, tamen laicus à tributo pro rata solvendo non excusabitur, ut docuit Specul. *tit. de clericis conjugat. colum. pen. vers. quid si clericus habens bona.* sequitur Decius *in l. si emancipati. colum. 4. C. de collat.* quia non sumus in individuis, & divisim potest solvi hujusmodi tributum, ut inquit Bossius eos secutus *de Regalibus tit. de foro comp. num.* 112. & idem probat in fortioribus terminis Covarruv. *pract. qq. cap. 34. num. 2. ad fin.* 9

Nec obstat ista Ordin. *in d. §.* 10. quia non loquitur in privilegio concesso à jure communi, de quo loquitur iste §. 25. & nos etiam loquimur, quod non recipit istam extensionem; sed loquitur in privilegio à Rege concesso speciatim aliquibus Ecclesijs, aut personis, ut probant illa verba §. 8. *E por quanto algũas Igreias, &c.* & ibi, *que privilegios teverem.* quia si loqueretur de privilegio juris communis, non diceret, concessum aliquibus Ecclesijs, cùm omnibus sit indultum: & ideò Princeps, qui privilegium dedit, potuit illud extendere etiam ad colonos partiarios, ut in §. 10. quam tamen extensionem non fecit in privilegio juris: & ideò fuit casus omissus, qui remanet in dispositione juris communis, *l. commodissimè. D. de liber. & posthum.* 10

Utrùm autem Commendatarij Ordinis militiæ Jesu Christi, sancti Jacobi, aut de Avis, & Rhodiensis, 11

ſis, ſive Melitenſis, qui habent Commendas, dicantur beneficiarij ad hunc effectum? incidit quæſtio in ſenatu. Et dic quòd ſic, & ideo includuntur in hoc §. 25. ibi, *ou beneficiados*, & gaudent iſto privilegio, quia commendæ, quas habent, dicuntur beneficia regularia, ut & de jure communi tenet Duenh. *reg.* 100. *ampl.* 5. ubi tamen ſubdit, quod lege Caſtellæ non ſunt immunes, quantum ad collectas: eum vide.

12 Libet autem hîc apponere arreſtum quoddam ſenatus in hac materia, reliqua ſuo loco ponemus.

Bertolameu Taveres rendeiro das jugadas de Santarem do Ramo de Tooes, demandou a hũ Rodrigo Afonſo pella jugada de quatro moios, o qual ſe defendeo dizendo que era monteiro del Rey das matas, & coutadas da dita villa, & por iſſo privilegiado de não pagar mais jugada que ate contia de trinta alqueires de trigo: & o Almoxarife, & juiz dos direitos reaes o abſolveo: & vindo por appellação ao juiz dos feitos del Rey foi a ſentença revogada, & elle condemnado que pagaſſe jugada inteira, & o teor da ſentença he o ſeguinte.

Acordão em Relação, &c. que não he bem julgado pello Almoxarife em abſolver Rodrigo Afonſo Reo de pagar jugado de paõ que ouve nas terras que lavrou o anno de 81. porque he demandado por Belchior Tavares rendeiro das jugadas do ramo de Tooes, viſtos os autos & o que ſe articulou, & provou neſta inſtancia, porque ſe prova o dito Reo lavrar em terras jugadeiras que eſtão no ramo do arrendamento do Autor, as quaes trazia por arrendamento, & não são ſuas, quanto ao direito ſenhorio, nem util, & a forma da Ordem tal caſo, com o mais que dos autos conſta, condemno o dito Reo, que pague a jugada do pão que ouve nas ditas terras: por quanto o privilegio de Monteiro, o não eſcuſa de pagar jugado do pão que ouver nas terras que trouxer a arrendamento, o qual pão ſe liquidara na execução deſta ſentença, & o condemnão nas cuſtas dos autos. à 9. de Março, de 83. Scriba Petro Almirante.

DECISIO LXV.

An in juribus Regalibus procedat præſcriptio, contra Regem, Regiamque Coronam, de jure Regni?

SUMMÆ.

1. *Juriſdictio de jure Regni præſcribi non poteſt.*
2. *Quod procedit etiam in juribus Regalibus, licet interveniat immemorialis præſcriptio.*
3. *Idem judicatum fuit in patronatibus Regijs.*
Patronatus Regij in hoc Regno regulantur tamquam bona alia Regiæ Coronæ. Ibid.
4. *Ordin. lib. 2. tit. 45. §. 10. & in § 55. & 56. non ſolùm refertur ad juriſdictionalia, ſed etiam ad omnia contenta in dicto tit.*
5. *Reſponſio, & intellectus ad Ord. l. 2. tit. 27. §. 1. & tenor Regij reſcripti ex quo Ord. & prædicta Extrav. p. 5. l. 1. tit. 7. deſumpta fuit, ponitur. n. 9.*
6. *In juribus Regalibus quæ per forale exiguntur, poteſt allegari præſcriptio immemorialis, ad hoc ut ſimilia jura exigantur.*
7. *Jura Regalia in hoc Regno nemo poteſt prætendere abſque titulo vel ſententia lata in judicio competente.*
8. *Poſſeſſio Regalium abſque titul. non prodeſt, & damnatur à lege.*
10. *Jura Regalia quamvis adverſus Regem præſcribi non poſſint; tamen præſcribi poſſunt per unum donatarium adverſus alium, & ita judicatum fuit in Senatu.*
11. *Et quid ſit de jure communi. vide remiſſivè. Ibid.*

PEr Ordin. *lib. 2. tit. 45. §. 10. & in §. 55. & 56.* 1
juriſdictio non præſcribitur in noſtro Regno, ut diximus *deciſ. 41. ſupra*. Sed quid in juribus Regalibus?

Et dicendum eſt, illam Ord. locum habere etiam 2
in juribus Regalibus. Et quòd in noſtro Regno præſcribi non poſſunt contra Regem, nec etiam immemoriali præſcriptione, tenet Vaz *de jure emphyt. q. 8. num. 36.* & ita Senatus judicavit non ſemel.

Quod & in patronatibus Regijs judicatum fuiſſe 3
refert idem Vaz *ubi ſupra. q. 9. n. 27. ad fin.* & ego vidi proceſſum: & ratio, ob quam in patronatibus id judicatur, ea eſt, non quòd patronatus proximè accedant ad juriſdictionem, ut aliqui opinabantur, ſed quia in noſtro Regno regulantur tamquam bona alia Regiæ Coronæ, Ord. *l. 2. tit. 35. §. 5. & §. 6. & §. 24.* quo loco patronatus Regij æquiparantur alijs bonis & juribus Coronæ Regiæ, & diximus latè in libello de patronatibus Regiæ Coronæ.

Et §. 10. 55. & 56. *lib. 2. tit. 45.* referuntur non 4
ſolùm ad juriſdictionalia, ſed etiam ad omnia contenta in illo *titul.* 45. in quo *in* §. 34. & 35. mentio clara fit, *de foros, tributos direitos.* & facit Ordinat. *lib. 2. tit. 28. in princ.*

Et Ord. *lib. 2. titul. 27. §. 1.* non his obſtat, quia 5
loquitur in juribus Regalibus per forale competentibus, aut ſimilibus ijs, quæ per forale exiguntur, & competunt alicui; & aliud eſt, prætendere jura Regalia per forale, aliud per donationem: quia in his 6
quæ per forale exiguntur, poteſt præſcriptio immemorialis allegari, ut ſimilia jura exigantur, juxta Ordin. *d. lib. 2. tit. 27. §. 1.* & ad excipiendum contra foralia, quæ de novo facta fuerunt, & deinceps fient, ſecundùm alia ſimilia foralia, Extravag *p. 5. l. 1. tit. 7.* quæ eſt in originali melius compoſita, de qua Extravagante inferiùs agemus, & nunc eſt in nova recopilatione *lib. 2. tit. 27. §. 5.*

At prætendere jura Regalia per donationem 7
abſque titulo, aut ſententia lata in judicio competente, nullus in hoc regno poteſt; & neceſſaria eſt donatio, aut ſententia, & abſque illis nulla præſcriptio etiam immemorialis prodeſt. d. Ordin. *libro 2. tit. 45. §. 10. & §. 55. & 56.* quæ in his juribus Regalibus etiam procedit, excepto caſu foralis.

Damnat enim Ordinat. illa poſſeſſionem abſque 8
tit. quod lex facere poteſt. Menchac. *de ſucceſſionum creat. 1. part. lib. 1. §. 10. num. 22. & §. 26. num. 140. lib. 3.* Laçarte *de decima venditionis. cap. 19. num. 5. circa ſimilem legem Caſtellæ.* & vide Otaloram *de nobilitate. 3. part. cap. 7. num. 15.*

Tenor autem Regij reſcripti de quo Ordin. illa 9
deſumpta fuit, & prædicta Extravagans, is eſt, ad verbum:

Regedor amigo, cremos que bem tereis viſtas as concruſoẽs, que ſe tomarão, com todos noſſos letrados, & deſembargadores para concruſão dos foraes, pelas quaes ſe concurdio, & foi por nos aſſim firmado, que por hũa de duas maneiras ſe podi o levar direitos reas em noſſos Reynos, Sem per foraes authenticos, ou per poſſe immemorial,

morial, conforme a outros foraes. E por tanto por este mesmo respeito, avemos por bem, que por cada hum dos ditos casos, se possao poer embargos, aos foraes que sao feitos, ou se fizerem, & por nenhũs outros casos, nem causas, se naõ recebaõ, porque assim o avemos, por serviço de Deos, & nosso, & descanso de nosses povos, mandamos vos que assim o facais pubricar, na audiencia dos nossos feitos. Feito em Evora a 21. de Mayo. de 1520. est in libro 2. Senatus supplicationis, fol. 86.

Et adeò hoc particulare erat, pro illo tantùm tempore, quo foralia fiebant, jussu Emanuëlis Regis, per Ferdinandum de Pynna, Custodem majorem Archivij publici hujus Regni, ut aliæ etiam determinationes fuerunt factæ, quæ sunt in eodem libro particulares, & quæ non poterant ad alios casus extendi, cùm essent contra juris dispositiones; ut nempe uxores non citarentur, nec minores beneficio restitutionis uterentur, circa foralia, quæ tunc fiebant, ut patet ex eodem *lib. fol.* 86. *& seqq.*

10 Quamvis autem jura Regalia contra Regem non præscribantur, ut diximus; tamen jura, quæ pertinent ad Regiam Coronam, præscribuntur per unum donatarium adversus alium. *c. 1. de præscript. lib. 6.* Iſern. *in cap. 1. §. Præterea ducatus, num. 116. de prohibition. feud. alien. per Frider.* & ita judicavit Senatus, *no feito em que foi Autor o Duque d'Aveiro Dom Joaõ, filho do Mestre de Sanctiago Dom Jorge, filho del Rey Dom Joaõ o II. & Reo Duarte de Lemos senhor da Trofa: no qual se julgou pollo dito Reo: & a sentença he a seguinte.*

Visto o libello do Autor contrariedade do Reo, com os mais artigos d'ambas as partes recebidos, doaçoẽs, escreturas, & mais documentos juntos, & prova a todo dada: mostrasse que possuindo Fernão d'Alveres da Maia a terra da Trofa com sua jurisdicão, direitos, & pertencas, & sendolhe confiscada a dita terra, direitos, & jurisdicão para a Coroa Real em tempo d'el Rey Dom Afonso V. o dito senhor Rey fazer merce dos ditos bens direitos, & pertencas a Gomez Martinz de Lemos tre avo do Reo de juro, & herdade con todas suas entradas, & saidas, & com quaesquer outras rendas que a dita terra da Trofa pertencião com toda sua jurisdicão crime & civil mero & mixto imperio, resalvando correicão, & alcada assi como a tinha, & usava o dito Fernão d'Alveres da Maia ao tempo que lhe foi confiscada, a qual doação lhe foi feita no an. de 1449. E dado que a doacaõ assi feita a Gomez Martinz de Lemos não nomea, nem declara expressamente o direito da portagem, ou passagem da ponte d'Almeara, & direitos dos casaes de Crestovaẽs estando fora de seu territorio, provasse ao dito Fernão d'Alveres da Maia, possuir a terra da Trofa, como os direitos da ponte, & casaes de Crestovaẽs como pertenças da Trofa, & Gomez Martinz de Lemos, primeiro successor immediato, & os Reos, & mais antecessores, seus descendentes do dito Gomez Martinz de Lemos possuirem sempre os ditos direitos de tempo immemorial a esta parte, assi como os tinha o dito Fernão d'Alveres da Maia como parece pellas sentencas juntas, dadas, hũa no anno de 1460. E outra no anno de 492. em que se julgou os direitos desta Ponte d'Almeara pertencerem aos antecessores do Reo, como pertença da Trofa, por bem de sua doacão: & com o pertenças forão lancadas no foral da Trofa estes direitos dos casaes & ponte: pello que se mostra por virtude das ditas sentenças, & posse que prova immemorial, pertencerem os direitos da ponte da Contenda & casaes de Crestovaẽs ao Reo. E as doacoẽs que forão feitas ao Iffante Dom Pedro, & Lopo Vaz da Cunha, & Afonso Martinz seu criado não bastão, por se não provar que elles ouvessem, & possuissem os ditos direitos, nos tempos que os Reos, & seus antecessores os arrecadarão & possuião como pertenca da Trofa, nem a doacão feita ao paydo A. destes casaes, & ponte d'Almeara, visto como ao tempo que lhe foi feita, estava ja acquerido direito ao Reo, & seus antecessores nestes bens, & os possuião como pertenca da terra da Trofa, por onde lhes não podia prejudicar, segundo disposicão de direito: o que todo visto com o mais dos autos, absolve os Reos, & condemno o Autor nas custas do processo. anno 1573. Scriba Petro Almirante.

Et vide inferiùs, *decis. 95. num. 3.*

Quid autem sit de jure communi, circa præscriptionem jurium Regalium, vide DD. quos retuli superiùs, *dict. decis. 41.* qui dicunt, quòd scientia, seu patientia Regis officialium non præjudicat Regi ignoranti, circa solutionem jurium Regalium. Palat. *in cap. per vestras. Paragrapho* 48. post *numero* 39. Balb. *de præscript. 2. part. 5. princ. quæst. 3. numero* 8. Aymon. *de antiquitate tempor. fol.* 140. *numero* 14. & vide Panormitan. *in cap. Pastoralis. numero* 7. ubi Felin. *numero* 3. *de officio ordinar.* idem Felin. *in cap. auditis. de præscriptio.* quamvis Peregrinus *de jur. fisci libro 6. titul. 8. numero* 27. aliter declaret, ubi de materia cum lector videre poterit. 11

Nos autem hic, jure nostri Regni attento, loquimur.

DECISIO LXVI.

De reservatis Principi, in signum supremæ potestatis.

SUMMÆ.

1. *Enumerantur multa, quæ sunt de reservatis Principi.*
3. *Reservata Principi, in signum supremæ dignitatis. nullus alius potest exercere, nec ullo tempore etiam immemoriali præscribi possunt.*
   Idem dicendum est in tributis & censibus, quæ Principi debentur. Ibid.
3. *Princeps potest concedere sibi reservata alicui inferiori, & quomodo id intelligatur. Ibid.*
4. *In generali donatione seu concessione, facta à Rege domino inferiori, non veniunt quæ sibi sunt reservata jure vel consuetudine.*
5. *Quod procedit etiam in concessione Castri facta cum omni jure quod ibi Rex habet.*
6. *Et hæc habent locum, quando concessio fit domino perpetuo, ut Duci, Marquioni, Comiti; secus si fiat Magistratui temporali.*

Superiùs diximus aliqua de servatis Principi, & aliqua enumeravimus, & ultra illa, alia tradunt DD. quos remissivè congerit Vaz *de jur. emphyt. q. 8 n. 32.* post gloss. *in c. quoad translationem. de officio legati.* tradit Bart. & Jas. *nu. 16. & 24. in l. Imperium. D. de jurisdictione omnium judicum.* Rebuff. *in* 1

arbore

arbore exceptionum. Inter quæ illud unum est, revisionem concedere adversus sententiam latam ab eo, à quo non potest appellari; *auth. quæ supplicatio C. de precibus Imper. offerend.* Rebuff. *ubi supra, verbo, Majus dut. T.* de quo per Bart. & Jas. *n.27. in d. l. Imperium.* condere legem generalem, congregare concilium, seu comitia, id est, Cortes; quæ sunt meri imperij; creare Magistratus, restituere natalibus, concedere veniam ætatis, sive jus emancipationis; legitimare, interponere auctoritatem in adoptionibus, seu arrogationibus minorum; publicare bona delinquentium; dare chartas inimicitiæ, quæ vulgariter dicuntur, *Cartas de inimizade*; concedere chartas, quas dicimus, de finita, & chartas tuitivas, confirmare donationes, quæ requirunt insinuationem, chartas restitutionis famæ, aut alicujus habilitationis, ad quæ omnia videas Ord. *lib. 2. tit. 45. §. 25. & lib. 1. tit. 3. §. 1. cum seq. usque ad §. 7. & d. lib. 2. tit. 45. §. 40.* in quibus omnibus superiùs dicta enumerantur.

2 Sunt autem hæc reservata Principi in signum supremæ dignitatis, ita ut nullus alius possit ea exercere tradunt DD. *in cap. cùm P. de fid. instrument.* ubi Innoc. & alij, sequitur Jas. *in l. Barbarius n.48. D. de officio prætoris.* Nec præscribi possunt ullo tempore, etiam immemoriali. Unde tributa & census, quæ Principibus debentur, præscribi non possunt, nec ulla præscriptione ab eorum solutione quis potest excusari. *l. comperit,* juxta Bald. annotat. *Cod. de præscript. 30. vel 40. annorum.* notat Bald. *in c. cùm nobis & in c. ad audientiam de præscript.* Balb. *de præscriptionibus 2. p. q. 1.* & est lex Castellæ ultima. *tit. 13. lib. 3. Ordinamenti.* quam refert Covarruv. *in regul. possessor. 2. p. §. 2. fol. 24. vers. secunda rerum species.* quem vide, & est Ordin. nostra *libr. 2. tit. 45. §. 56.*

3 Rex autem potest ista sibi reservata concedere inferiori, Bald. *in l. 1. Cod. de servit. & aqua.* Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum, n.32. de constitut.* Et quando Princeps aliquid de reservatis concedit alicui, semper intelligitur, ut ea exerceat cum debita causæ cognitione, & non cum illa plenitudine potestatis, quam habet concedens, secundùm Innocentium, Abb. Bald. & Imolam, quos refert & sequitur Felin. *d. nu. 32.* pro qua re facit pulchrum dictum Bald. *in n. 1. volum. 3. si de investit. inter dominum & vasal. lis oriat.* qui dicit, quòd solus Princeps in suo rescripto potest mandare, facies sic; sed inferior à Principe debet mandare, facies justitiam: allegat Innoc. *in c. significantibus de officio deleg.* sequitur Felin. *ubi sup.*

4 Hæc tamen concessio de reservatis, non debet esse generalis, quia in generali donatione, quam facit Rex vasallo seu inferiori, non veniunt quæ sibi sunt reservata jure vel consuetudine. Felin. *in d. cap. quæ in Ecclesiarum n.32.* & est gloss. magistra *in d. cap. quanto translationem de officio legati.*

5 Et hoc procedit etiam in concessione Castri facta cum omni jure quod ibi Rex habet. Alberic. *in l. fin. Cod. de jurisdict. omnium judicum.* Laudens. de Principe *conclus. 115.* Vaz *de jure emphyt. quæst. 8. num. 34 ad fin.*

6 Quæ habent locum, quando fit concessio domino perpetuo, ut Duci, Marquioni, vel Comiti. Felin. *ubi suprà.* Paul. *cons. 225.* secus verò si fiat Magistratui temporali. Doctores *ubi suprà.*

De aliquibus reservatis Principi diximus superiùs; de alijs dicemus decisionibus sequentibus.

DECISIO LXVII.

An soli Principi liceat revisiones à sententijs concedere?

SUMMÆ.

1. *Supplicari potest ad Regem, quotiescumque ab aliqua sententia non licet appellare; quæ supplicatio, revisio seu reclamatio dicitur.*
2. *Supplicatio hæc a solo Rege, seu Principe non recognoscente superiorem concedi potest: quod & lege Galliæ constitutum est.*

Princeps est supra jus positivum: & potest juri alterius derogare. Ibid.

3. *Supplicatio hæc non habet locum in causa criminali: quod etiam in Francia observatur.*

Limita nisi simul cum pœna criminali, judicetur pœna bonorum. Ibid.

4. *Supplicationi huic locus non est, in sententia interlocutoria, sed in definitivis tantùm.*

Limita quando interlocutoria habet vim definitivæ. Ibidem.

5. *Rex Sebastianus decrevit, quòd soli Regi liceret revisiones concedere in causa quadam civitatis Bracharensis.*

Idem in chartis tuitivis decrevit. num. 7.

6. *Tenor provisionis transcribitur.*

DE supplicationibus aliqua diximus prima parte nostrarum decisionum; hic solùm tractabimus, an alicui præter Principem supplicationes, seu revisiones concedere liceat? 1

Et præsupponendum est, quòd quotiescumque ab aliqua sententia non licet appellare ob dignitatem & præeminentiam eorum qui sententiam tulerunt, supplicari potest ad Regem; quæ supplicatio revisio, & reclamatio dicitur, *l. 1. C. de sententijs præfect. prætor. l. si quis eùm auth. quæ supplicatio. C. de precibus Imper. offerend.* Specul. *titul. de supplicat. §. 1. & per totum.* facit text. *in l. 1. in principio D. a quibus appell. non licet.* DD. per text. ibi, *in cap. ex litteris de in integrum restitut.* Rebuff. *ad ll. Gall. tit. de supplicat. tom. 1.* Avendan. *in tractat. de secunda supplicat.* Duenh. *reg. 45. limit. 3.* ubi plures refert Rolandus à Valle *cons. 94. per totum, vol. 1.* Bossius *tit. de supplicationibus adversus rem judicatam per totum.* Gramm. *dec. 35.* Alvar. Vaz *consult. 51.* late Soares Hispanus *in pract. tom. 1. 7. part. cap. unic.* & est Ordin. Regia *lib. 3. tit. 95. extravagant 1. parte tit. 4. per multos §§.*

Hæc supplicatio, seu reclamatio, seu revisio, à solo Rege, seu Principe conceditur, qui non recognoscit superiorem; ita tenet Innocentius *in cap. ex litteris* ubi Abbas *numer. 10 de in integrum restitut.* Menoch. *de arbitrarijs lib. 2. quæst. 52. num 4.* quem legito, per totum. Ratio est, quia solus Princeps potest juri alterius derogare, cùm sit supra jus positivum. *l. 2. & 3. Cod. sent. rescindi non posse.* Abb. *ubi supra.* Vaz *dict. consult. 51. num. 42.* qui alios citat: & ita hanc eamdem conclusionem, quòd solus Rex & Princeps non recognoscens superiorem hanc supplicationem, seu revisionem concedat, tenet etiam Rebuff. in terminis *tit. de supplicatione, in principio n. 13.* & sic est constitutum lege Galliæ, 2

quam ipse refert. Est namque supplicatio hæc meri imperij, maximè, ut affirmant DD. *in l. Imperium. D. de jurisdict. omnium judic.* & inferior eas non potest concedere supplicationes, Rebuff. *d. loco.* idque probat clarè Ordin. nostra *in fine princip. d. tit. 95.* ibi, *a qual revista mandamos que se não faça em nenhum dos ditos casos sem nosso especial mandado.* facit *l. divs. D. de pœnis.* & ita ponderat Valasc. *ubi supra, num. 5.*

3 Est etiam prænotandum, quòd in causa criminali non habet locum supplicatio, Ord. *lib. 1. in fin. in tit. dos Desembargadores do paço. §. 33.* Idem in Francia fieri testatur Rebuff. *de supplicatione in præf. n. 71.* Valasc. *ubi sup. n. 50.* Avendan. *de 2. supplicat. n. 16. & 18.* Quod tamen limitatur, nisi simul cum pœna criminali judicetur pœna bonorum : tunc enim quoad pœnam pecuniariam conceditur supplicatio, ita Ordin. *ubi suprà,* tradit Vaz *d. num. 50.* & quamvis ipse id rarò fieri dicat, aliquando fit : & ego factum vidi non semel, & vide Bossium *ubi suprà.*

4 Addo, & quòd supplicationi locus non est in sententia interlocutoria, quia solùm in diffinitivis supplicatur. Ord. *d. tit. 95.* & Ord. *d. tit. dos Desembargadores do paço, §. 34.* Rebuff. *ubi suprà, num 67.* Valasc. *ubi supra. numer. 50.* ubi tamen limitat cum Doctoribus ab eo allegatis, hoc non procedere in interlocutorijs habentibus vim diffinitivæ sententiæ, quia in his militat eadem ratio, ac in diffinitivis, ut per eum : illum vide.

5 Et quòd Regi solùm liceat revisiones concedere, decrevit Rex Sebastianus in causa quadam Bracharensis civitatis : quamvis enim Archiepiscopus, ex contractu, in civilibus cognoscat per se & suos officiales, ita ut non concedat appellationem ad Regis tribunalia ; tamen revisiones concedere non potest, sed ad Regem recurrendum est.

Tenor provisionis is est:

6 *Licenciado Francisco Pinheiro, Eu el Rey vos envio muito saudar: Lianor Rodriguez morador na cidade de Braga me enviou dizer per sua petição, que avia doze annos que hum Francisco Fernandez seu irmão morador na dita cidade a trazia em demanda sobre hũas casas que lhe sua mãy deixara, que valião trezentos mil reis, contra o qual ouvera sentença dada na Rellação do Arçebispo, per que lhe forão julgadas, & que depois de ter sentença dellas, & passar em cousa julgada, viera o dito Francisco Fernandez a casar hũa filha com Manoel Pirez dispenseiro do dito Arçebispo, & muito seu aceito, pello que o dito Arçebispo commettera a dita Lianor Fernandez que al argasse as ditas casas ao dito Francisco Fernandez seu irmão pera as dar ao dito Manoel Pirez seu genro, & que por ella o não querer fazer, ao dito Arçebispo concedera revista do dito feito ao dito Francisco Fernandez não o podendo, nem devendo fazer : & que ella viera com suspeições em forma a elle, & aos seus desembargadores, as quaes suspeições forão apresentadas em audiencia publica, & dadas a Diogo Veloso tabellião, seu escrivão, pera as fazer conclusas : & que por elle tambem ser sospeito as não quisera fazer conclusas, sendo lhe por muytas vezes requerido, assim de se lhe passar o tempo, & que pedindo ella por si, & por seu filho estromentos d'aggravo, por não achar procurador na dita cidade que por ella quisesse procurar o dito Diogo Veloso lhos não quiz dar : pedindome a dita Lianor Fernandez, por merçe que mandasse vir os ditos autos perante mim, & lhe mandasse fazer justiça: pello que escrevo ao Arçobispo, que logo tanto que lhe a minha carta for dada, me envie todos os autos que sobre o caso da demanda das ditas casas são processados nos termos em que estiverem : & que mos envie por o dito Diogo Veloso de maneira que dentro em vinte dias sejão em minha corte : & que a dita Lianor Fernandez não seja tirada da posse das ditas casas ate eu ver os ditos autos, & prover no caso como for justiça, & me envie a dizer a razão que teve pera conceder revista no dito feito.*

E assi lhe escrevo que me envie logo os autos que se continuarão sobre hũa carta inhibitoria, que tenho por emformação que passou da posse de hũa tercenaria da se da dita cidade, de que proveo hum seu capellão não a podendo, nem a devenda fazer, tendo o Cardeal Iffante meu muito amado, & prezado tyo provido della ao Bispo de Fes, & que mande allegar as causas & razões por que mandou passar a dita carta inhibitoria. E por que he necessario prover nestes casos com brevidade vos mando, que logo tanto que vos esta for dada, vades em pessoa dar a minha carta, que vos com esta envio ao Arçebispo de Braga, & de minha parte lhe direis que lhe rogo, & encomendo que com toda a brevidade faça o que lhe em ella escrevo, & me envie os ditos autos nos termos em que estiverem, & os traga o dito Diogo Veloso, ao qual notificareis que dentro em vinte dias do dia que lhe for notificado, seja com elles em minha corte : & de como derdes a dita minha carta ao Arçebispo, & da notificação que fizerdes ao dito Diogo Veloso fareis auto da que me enviareis o treslado çerrado, & sellado, & tudo escrevereis o que com o dito Arçebispo passardes, & no caso fizerdes Balthezar Ferraz afez em Lisboa a cinco dias d'Agosto de M. D. LXXVI. Fernão da Costa a fez escrever.

O Cardeal Iffante.

Doutor Diogo Lopez Pinheiro: Eu el Rey vos envio muito saudar, ha muito tempo que hũa Lianor Fernandez moradora na cidade de Braga, me enviou dizer por sua petição que avia doze annos, que hum Francisco Fernandez seu irmão na dita cidade morador a trazia em demanda sobre hũas casas que estão na dita cidade que lhe sua mãy deixou, contra o qual seu irmão ella ouvera sentença dada na Relação do Arcebispo da dita cidade que as ditas casas lhe forão julgadas, & a dita sentença passara em cousa julgada: & que o dito Francisco Fernandez casara despois disto hũa filha com hum Manoel Pirez despenseiro do Arçobispo, seu aceito, & familiar, & por essa razão o dito Arçebispo lhe rogara que largasse as ditas casas ao dito Francisco Fernandez seu irmão, pera as poder dar ao dito Manoel Pirez seu genro, o que ella não quisera fazer, por ter necessidade das ditas casas, donde o dito Arçebispo tomara occasião de conceder revista no feito da dita Francisco Fernandez, não a devendo, nem podendo fazer : Pollo que ella viera com suspeições ao dito Arçebispo, & a seus desembargadores, & não quiserão deferir a ellas, nem achara quem lhe passasse disso estromento d'aggravo, nem quem por ella procurasse: pedindome que aprovesse no dito caso com justiça, pollo dito Arçebispo não ter superior na dita cidade, aquem se ella podesse socorrer. Eu escrevi ao dito Arçebispo sobre o caso encomendando lhe que me enviasse os autos, em que ella dera a dita sentença, & assi as ditas suspeições dentro em vinte dias

por,

por Diogo Veloso, que era escrivão delles, & me escrevesse como concedia a dita revista: & sendo lhe dada a minha carta pello Corregedor da Camarqua de Viana, elle lhe respondeo que cudaria nisso, & que no dito termo de vinte dias virião os ditos autos, & me escreveria: & alem disso o dito Corregedor notificou por meu mandado ao dito Diogo Veloso que dentro nos ditos vinte dias trouxesse os ditos autos a minha Corte: o qual os pedio pera isso ao dito Arçebispo perante Manoel de Lemos tabellião da dita cidade, & elle lhe respondeo que os queria ver pera nelles prover como fosse justiça, & que por isso os não dava, nem queria dar ao dito Diogo Veloso, segundo se mostra por hum estromento que o dito Manoel de Lemos disso passou, & sendo passado o dito termo de vinte dias, por o dito Arçebispo não enviar os ditos autos, nem me responder a caso, eu lhe tornei a escrever que não ouvera por bem o modo que nisso tevera, & que pois a dita Lianor Fernandez insistir, & pedir que lhe fizesse justiça lhe encomendava que logo com toda a brevidade fizesse comprir, & dar a execução a dita sentença da sua Rellação, fazendo com effeito meter a dita Lianor Fernandez em posse das ditas casas, & do mais que lhe fora julgado, & que se não precedesse mais pella comissão da revista que neste caso fizera, & que se o dito Francisco Fernandes entendesse que tinha justiça em se lhe conceder a dita revista, a avia de requerer perante mim; a qual carta lhe foi dada por João Fernandez meu moço da estribeira, & elle me respondeo por hũa sua, dizendo entre outras cousas que mandasse eu ver na mesa da consciencia, se podia elle Arçebispo sem scrupulo de sua consciencia consentir, que outrem fosse Iuiz deste caso, somente os que erão nomeados no contrato, que se fez entre os Reys passados meus antecessores, & os Prelados da sede Braga, sobre a jurisdição temporal da dita cidade, & que faria o que nisso se determinasse, & praticando eu este caso, & a reposta do dito Arçebispo com alguns letrados do meu Conselho, achei que elle não tinha nisto rasaõ, pello caso ser de qualidade que se não podia comprehender no dito contrato, por as revistas se não poderem conceder nos feitos julgados finalmente, sem meu mãdado, por minha especial graça, nem se poderem extender as clausulas do dito contrato as ditas revistas, naõ fazendo nelle especial menção dellas, nem comprir a serviço de nosso Senhor, nem consciencia delle Arçebispo fazer escrupulo neste caso, antes em não comprir o que lhe escrevi, & em commendas pellas ditas cartas, & dar causa a dita Lianor Fernandez andar sobre isso gastando sua fazenda, por lhe naõ mandar dar posse das ditas casas, & fazenda que lhe era julgada pella dita sentença por sua rellação, de que não ha appellaçaõ, nem aggravo: & as petições, & Comissoẽs de Revista posto que per mim sejão concedidas, não tolherem a execuçaẽ das ditas sentenças finaes, em quanto naõ saõ finalmente revogadas no caso da revista, era cousa clara estar lhe obrigado pera descarge de sua consciencia a satisfazer a dita Lianor Fernandez toda a perda, & damno que por essa cousa tevesse recebido, & pella obrigação que eu tinha de fazer justiça a meus vasallos, & elle Arçebispo de administrar na dita cidade, principalmente sendolhe neste caso tantas vezes per mim encomendado, lhe escrevo ora sobre isso hũa carta, que com esta vos sera dada: pello que vos mando que tanto que vola derem, vades em vara a dita cidade de Braga, & lha deis a dita minha carta, & pratiqueis com elle este caso da maneira que nesta se contem: & lhe direis da minha parte, que lhe encomendo que logo sem dillação algũa cumpra o que lhe escrevo, fazendo meter a dita Lianor Fernandez de posse das ditas casas, & de tudo o mais que lhe foi julgado: dizendo lhe que vos não aveis de partir da dita cidade, ate o não fazer assim, & que vos faça entregar o dito feito, & os autos das ditas suspeições, pera mos enviardes, & não comprindo elle assim: vos em virtude desta minha carta a metereis em posse das ditas casas, & fazenda, & fareis dar a execução a dita sentença, fazendo disto autos pello Escrivão dante vos, & fareis perante vos ir o dito Diogo Veloso, que foi Escrivão dos ditos autos, & lhos pedireis, & cobrareis a vossa mão, & mos enviareis fazendo nelles tresladar esta carta, & notificareis ao dito Francisco Fernandez que se sentir que na rellação do dito Arçebispo lhe foi feito aggravo podera vir perante mim requerer a dita revista, & lhe sera feito comprimento de justiça. O que assim cumprireis com aquella diligencia, & resguardo, que em tal caso se requere, & de vos confio: & os ditos autos serão entregues ao Doutor Ieronymo Pereira de sa fidalgo de minha casa, & Procurador dos meus feitos da Coroa. Jorge da Costa a fez em Lisboa a xx. dias de Mez de Março, de M. D. LXXVII.

O Cardeal Iffante.

DECISIO LXVIII.

An donatarij Coronæ possint per auditores suos jubere syndicare judices & officiales à se positos, finito tempore?

SUMMÆ.

1. *Syndicare officiales, etiam dominorum terrarum & donatariorum, solus Rex potest jubere: & hoc numquam donatarijs censetur permissum, nisi in donatione specialiter concedatur.*
2. *Sic decretum fuit per Regem in auditore & ceteris officialibus civitatis Bracharensis, in qua Archiepiscopus habet jurisdictionem civilem & criminalem.*
3. *Tenor charta, in qua hoc decretum fuit, inseritur.*

Libuit hîc quæstionem hanc statim inserere, quæ tractata fuit non semel in hoc Regno; & decretum, quòd soli Regi competit jubere syndicare officiales etiam dominorum terrarum & donatariorum Coronæ, juxta Ord. *lib. 1. tit. 60.* Cùm enim Princeps, & Rex id non concedat specialiter, non censetur donatarijs permissum. Ordin. *libr. 2. tit. 45. §. 8. cum multis alijs.* 1

Est enim & hoc supremæ Regum superioritatis, quod per quàm manifestè patet ex tenore hujus chartæ, in qua id decretum fuit in auditore civitatis Bracharensis, in qua Archiepiscopus per contractum habet jurisdictionem civilem & criminalem, juxta dictum contractum. 2

Dom Sebastião, per graça de Deos, Rey de Portugal, &c. a vos provedor da Comarqua da villa de Viana foz de Lima saude: faço vos saber que por parte do Procurador dos meus feitos da Coroa em minha Corte, & casa da supplicação foi appresentada aos Iuizes dos meus feitos della hũa petição: dizendo nella, que pertencendo aos 3

Arçebispos de Braga a jurisdição civel, & crime da dita cidade, & tendolha dada, & trespassada os Reys deste Reyno pella forma, & maneira declarada na composição que entre elles ouve, reservãdo pera si todo o real senhorio, nas cousas que ao bom regimento, & governo destes Reynos pertencessem, os ditos Arçebispos como senhores da terra a que a dita jurdição pertence, pera melhor poderem usar della, & exercitala, ouslamarão de por na dita cidade Ouvidores que em seu nome usassem della, ministrando justiça as partes, assi como elles per si o podião, & devião fazer, & sendo pelas ordenacões deste Reyno os ditos ouvidores obrigados a dar sua residencia no fim de cada tres annos, na forma da ordenacão, & não podendo servir os ditos cargos mais nenhum tempo antes de a darem, o Licenciado Mattheus Fernandez Farto Ouvidor que foi na dita cidade pello Arçebispo della, o fez pello contrario, que não somente servio o dito cargo mais de tres annos, sem minha licenca, mas ainda quando ouvera de dar residencia a não dera conforme a Ordenacão, & a dera a hum Arcadio d'Andrade, a quem o Arçebispo sem licenca, nem authoridade minha o quis commetter: pello que vindo os autos da dita residencia a rellacão, & sendo remettidos a mesa de despacho dos desembargadores do paco, per elles fora determinado, que se não devia de dar despacho nos ditos autos, por não serẽ feitos conforme a Ordenacão, & que os ditos Ouvidores acabados os tres annos podessem que se lhes tomasse a residencia, & em tudo guardassem a forma da Ordenacão a cerca das residencias: & porque convinha que a dita determinacão se notificasse aos ditos Ouvidores, pera que ao diante soubessem a obrigacão que tinhão de dar suas residencias, & em que modo & a quem as devião de dar, & não podessem allegar ignorancia, me pedia mandasse passar carta pera vos provedor dessa dita Comarqua lhe fazerdes a dita notificacão assi ao Ouvidor, como aos officiaes que ahi servẽ, & de como lhe fosse feita tirasseis certidão nas costas da dita carta, na forma accustumada: segundo se continha na dita peticao a qual vista per mim em Rellacaõ com os ditos juizes do meus feitos da Coroa acordei. Que se faca carta pera o provedor, pera se fazer a notificacaõ que pede o dito meu Procurador, conforme ao despacho: De qual despacho de que o dito meu Procurador faz mencão na dita peticaõ, que se pos na mesa dos meus desembargadores do paco nos autos contendos na dita peticao, o treslado dello he o seguinte: Nõ sẽ da despacho nestes autos da residencia, por naõ se guardar nelles a forma da Ordenacão: & os ouvidores acabados os tres annos poderaõ que se lhes tome residencia, & em todo guardarão a forma da Ordenação acerca das residencias, em Lisboa, a 4. de Marco de LXXVIII. Gaspar de Figueredo, Jeronymo Pereira, Jorge da Cunha, Pero Barbosa. Por bem do que mandes passar a presente, pella qual vos mando que tanto que vos for appresentada com muita diligencia vades em pessoa aonde quer que estiver o Ouvidor que hora he da dita cidade de Braga ao qual notificareis esta minha carta como se nella contem, & fareis perante vos vir todos & officiaes que perante elle servirem, & lhe fareis a todos, & a cada hum delles a dita notificacão, mandandolhe ler a dita carta toda de verbo a verbo, & da dita notificacaõ que lhe assim fizerdes, mandareis por hum escrivaõ dante vos passar certidaõ por vos assinada nas costas desta minha carta, que enviareis a esta corte & sera entregue ao dito meu Procurador, ou ao escrivaõ que esta fez, pera lhe entregar & dar, & sobre isso se fazer o que for justiça: a qual diligencia fareis logo sendovos esta appresentada sem aver nisso duvida algũa por quanto com pera assi a meu servico: cumprio assi, & al naõ facaes. Dada em esta minha cidade de Lisboa aos dez dias do Mez de Dezembro. El Rey nosso senhor o mandou pello Doutor Manoel d'Afonseca do seu desembargo desembargador dos aggravos, & iuiz aos seus feito da Corea, & fazenda em sua corte & casa da supplicacaõ. Pero Almirante a fez anno do nascimento de nosso Senhor Jesu Christo de 1578. &c.

E esta carta cumpra o Provedor da Comarqua de Ponte de Lima em tudo, como nella se contem Manoel d'Afonseca.

Id etiam decretum fuit in alijs Judicibus & Auditoribus donatariorum Coronæ: & sic servatur, ut constat ex libris Senatus Palatij. *fol.* 123.

DECISIO LXIX.

De legitimationibus quæ fiunt per Regem.

SUMMÆ.

1. *Legitimare, est suprema superioritatis Regalis, & ad Regem solum pertinet, vel ad officiales ab illo ad id deputatos.*
2. *Vere legitimatus perinde est, ac si esset verè legitimus & naturalis.*

Verè legitimatus necessariò debet institui, vel exheredari, & ei competunt omnia jura, & potest facere omnia, quæ faceret, si legitimus & naturalis fuisset. Ibid.

Et habet querelam, & jus dicendi nullum, & rumpendi testamentum. Ibid.

Et succedit pariter cum alijs, & excludit substitutos. Ibid.

Et habet jus abstinendi. Ibid.

3. *Legitimatus cum clausula consueta, ut in nostro regno fit, ut patri succedat in eo quod voluerit, vel si voluerit, non dicitur legitimatus, sed dispensatus.*

Et non potest succedere contra testamentum, nec facere ea, quæ potest verè legitimatus. Ibid.

Legitimatus cum prædicta clausula habetur pro legitimo, quoad expressa in legitimatione. Et potest succedere parentibus ab intestato, non obstantibus collateralibus. Ibid.

4. *Clausula*, sine præjudicio legitimorum heredum, *quæ solet apponi in legitimationibus, quid operetur, & quomodo intelligi debeat.*
5. *Legitimatio de filijs, quorum parentes non possunt conjungi, non dicitur legitimatio, sed dispensatio.*
6. *Princeps legitimat quoscumque spurios, si id faciat ex certa scientia.*

Et hæc potestas transit etiam de jure in Comites Palatinos. Ibid.

7. *Dispensatus ad succedendum in aliquibus casibus, quoad illos, censetur legitimatus, si tamen ad eos casus fuerit expressè & specialiter legitimatus.*

Quod procedit etiam stante statuto, quòd filij legitimi & naturales excludunt filias, quia etiam in hoc casu legitimati ad certos modos succedendi excludunt filias, quando id in legitimatione expressè declaratum fuerit. Ibid.

8. *Legi-*

8. *Legitimatus absolutè, & ad omnia natalium jura reductus, si postea successit ex testamento, vel ab intestato et limitata fuerit, integritas & legitimatio persona non dicitur limitata; sed tantùm effectus successionis.*

9. *Stante tamen legitimatione, de qua in nostro Regno, aliud erit dicendum; quia per illam legitimati, seu dispensati non possunt facere ea, quæ possunt absolutè legitimati.*

10. *Clausula,* sine præjudicio legitimorum heredum, *comprehendit tam illos qui extant tempore legitimationis, quàm postea nascituros.*

11. *Dispensati cum clausula prædicta propriè filij non dicuntur, sed extranei quoad juris effectus.*

Circa quod intelligitur notabiliter Dec. cons. 257. Ibidem.

12. *Dispensati ad succedendum in eo quod pater voluerit, deductionem legitimæ non habeant, ejusq; rei redditur ratio.*

Et declaratur Consil. Jason. volum. 2. consil. 162. Ibidem.

13. *Legitimatio moderatur à voluntate Principis.*

Et circa legitimationem filiorum voluntas patris malum operatur. Ibid.

14. *Legitimatio est voluntaria jurisdictionis, sive cujusdam facultatis.*

15. *Legitimatus, de jure communi pariter succedit cum legitimis & naturalibus postea natis: secus de jure nostri Regni, ubi is solùm dispensatus censetur.*

Legitimatio fieri non potest filijs nascituris. Ibid.

16. *Legitimatio, quæ facta fuit filio, propter quam fuit heres institutus, si posteà reperiatur nulla, utrùm institutio etiam annulletur.*

17. *Legitimatio non cerrait, licet impetrans non exprimat qualitatem legitimati: secus dicendum in dispensatione, quæ est multùm odiosa, vel si impetrans duplex habeat crimen.*

18. *Legitimatio secunda valet, etiam non facta mentione de prima: secus si fuit dispensatio.*

Legitimatio non valet, si petens non expresserit, quòd extant alij filij legitimi. Ibid.

19. *Legitimatus à Principe, non potest obtinere terras existentes in alijs territorijs, non subditis Principi legitimanti.*

Dispensatus per legatum ad duo beneficia incompatibilia, an possit habere beneficium sibi collatum, extra provinciam illius legati? remissivè. Ibid.

20. *Legitimatio facta à patre de filio proprio non valet, nec per procuratorem fieri potest.*

Et idem dicendum in adoptione de filio proprio naturali, vel spurio. Ibid.

21. *Legitimatio facta post mortem patris valida est, etiamsi bona sint apprehensa à venientibus ab intestato, quo casu citatio agnatorum requiritur.*

Et quid quando legitimatio fit de voluntate patris. Ibidem.

Et quid si pater filios habuisset. Ibid.

22. *Legitimatus potest petere ut iterùm legitimetur, & ex pleniore legitimatione se tueri potest.*

23. *Legitimare an Summus Pontifex possit in terris Imperij, & Regum, quoad officia secularia & bona temporalia? remissivè.*

1 AD Regem solum legitimare pertinet, & est supremæ superioritatis Regalis; seu ad officiales ab illo deputatos, Ordin. *lib. 1. tit. 3. §. 1.* ibi, *Item cartas de legitimacoẽs.*

Petit locus is, ut aliqua de legitimatione dicamus: 2
& adverteodum, quòd verè legitimatus perinde est, ac si verè esset legitimus & naturalis, ut concludit Bartol. *in l. is qui pro emptore. 3. q. versic. I. cum quæritur. D. de usucapionib.* Idem Bart. *in l. nuper. in fin. C. de natural. liber. cum similibus.* tradit Alexand. *cons. 2. volum. 1. colum. 3.* Decius *cons. 316. In casu proposito colum. ultim. versic. non obstat. & cons. 275. in causa & in l. liberos in princ. C. de collat.* Et ita taliter legitimatus institui vel exheredari debet, & habet querelam, jusque dicendi nullum, & rumpit testamentum antea factum; & succedit pariter, excluditque substitutos; ceteraque facit omnia, quæ faceret si legitimus & naturalis fuisset, tradunt Alexander, Jason, & Socinus *in rubric. D. de liber. & posth.* Dec. *cons. 264. & cons. 52. & cons. 55. & cons. 278. & cons. 258. & in l. 1. colum. 4. C. de bonorum possess. contra tabul.* Jas. *cons. 202. in princ. lib. 3.* licet Dec. *cons. 284.* in hoc de exclusione substitutorum aliud dixerit: sed dixit communem Jas. *in l. generaliter. §. cùm autem colum. 6. Cod. de institutionibus & substitut. sub condit. fact.* & ibi Decius quamvis Rosell. *in tractatu legitimorum. libr. 1. colum. 13.* hoc intelligat de naturali legitimato tantùm, non verò de spurio, vel incestuoso legitimato, sed eum reprehendit in specie Jas. *cons. 39. in præsenti. colum. 2.* qui & habet jus abstinendi, ut per Dec. *in l. certum. C. unde legitimi.*

Attamen, si talis legitimatus fuerit cum clausula 3
consueta, ut patri succedat in eo quod voluerit (ut in nostro Regno fit) tunc ista non dicitur legitimatio, sed dispensatio quædam, ut tradit Antonius *in cap. per venerabilem qui filij sint legitimi.* Paul. *in l. pactum dotali. Cod. de collat.* Cost. *in §. & quid si tantum 3. part. numer. 23.* Gamma *decis. 11. numero 4. & decis. 134. & decis. 383.* Et tales non succedunt contra testamentum, nec possunt facere ea quæ superiùs diximus posse facere verè legitimatos, ut tradit Dec. *in l. 1. Cod. de bonorum possess. contra tab.* quamvis in expressis in prædicta dispensatione seu legitimatione habeantur pro legitimis. Paul. *cons. 30. lib. 1.* Decius *cons. 258.* qui omnes concludunt taliter legitimatum, seu dispensatum posse succedere patri vel matri ab intestato, non obstantibus collateralibus, quod & de jure receptius esse testatur Gamm. *decis. 278. & 226.*

Clausula namque illa solita apponi in legitima- 4
tionibus, *sine præjudicio legitimorum heredum*, intelligitur de ascendentibus vel descendentibus, non verò transversalibus, & hæc est verior opinio de jure, & æquior, ut ipse Gamm. testatur: licet magis communis videatur opinio, quòd clausula illa operetur, quòd ab intestato succedere non possit legitimatus tali modo; sed solùm videatur habilitatus in eo, quod sibi pater voluerit relinquere ex testamento, ut pulchrè concludit Dec. *cons. 338. & cons. 610. & cons. 193.* Alexand. *cons. 51. lib. 2. & cons. 187. lib. 5.*

Et propterea legitimatio quantumvis amplè fa- 5
cta, de illis filijs quorùm parentes non possunt conjungi, ut si pater esset uxoratus vel monachus, sive mater monialis, non dicetur legitimatio, sed dispensatio, ut tradit Paul. *dict. cons. 30.* refert Decius

*dict.cons.*264. Curt. *cons.*73. & dicit Paul. *in d.consil.* quòd collegium Bouonienſe ita conſuluit, & conſilium Collegij majorem habet auctoritatem, quàm privatum, tradit Dec. *conſ.*590. *& conſ.*576. Quamquam contrarium ſenſerit Jaſ. *conſ.*40. *vol.*3. intelligens dictum Paul. quando impedimentum eſſet, & lege divina prohibitum: videtur & habere dubitationem dictum Paul. ex traditis per Socinum *in rubr. D. de liber. & poſthum. col. penult. verſ. aliquando.*

6 Præterea Princeps legitimat quoſcumque ſpurios, ut per Alexandrum *conſ.*60. *libr.*2. ſi id faciat ex certa ſcientia, ut per Paulum *d.conſ.*30. Capram. *conſ.*1. quæ etiam facultas de jure tranſit in Comites Palatinos, ut legitiment filios Sacerdotis, ut tradit Bald. *in l. ſi contra. Cod. de nupt. ad finem.* Socinus *conſ.*68. *libr.*3. & ante eum Calderinus *conſ.*3. *ſub tit. qui filij ſint legitimi.* Paul. *conſ.*228. Signorol. *conſ.*127. Ex quibus colligi poteſt veritas dicti conſilij Pauli.

7 Nota etiam quòd quando diſpenſatur cum aliquo ad ſuccedendum in aliquibus caſibus, quoad illos caſus cenſetur legitimatus. Paulus *conſ.*209. quod dictum commendat Dec. *conſ.* 52. *& conſ.* 264. quod intelligendum eſt, quando ad illud ſit etiam expreſsè legitimatus, & ſpecialiter: redit tunc namque iſta diſpenſatione ſic ſpecialiter facta nomen naturale filij, quod antea amiſerat, *authent. ex complexu. Cod. de inceſt. nupt.* & ibi Gloſſ. *ult.* & dicit eeceptum Viucent. *in l. ex facto §. ſi quis rogatus e primeiro. colum.*17. *ad fin. D. ad Trebell.* Quod adeò eſt verum, ut ſi eſſet ſtatutum quòd ſtantibus filijs legitimis & naturalibus, excludantur filiæ; certè etiam legitimati ad certos modos ſuccedendi excluderent filias, quando in illa tali legitimatione diceretur, quòd excludant filias, alitee non. Ita notabiliter intelligit dictum Paul. Dec. *conſ.*52. quod & tradit *in dict. conſ.*264. quamquam dictum Paul. eeprehendat Jaſon. *dict. rubrica. D. de liber. & poſthumis colum.*2. *in princ. & colum.*3. *verſ. Secundò notabiliter limita.*

8 Item licet verum ſit, quòd ſi aliquis fuiſſet abſolutè legitimatus, & ad omnia natalium jura reductus, & omnis macula geniture ſublata, & poſteà ſucceſſio ex teſtamento vel ab inteſtato limitata ſit, prout in noſtro regno fieri conſuevit, per hoc non videtur quòd ipſa legitimatio quæ reſpexit integritatem perſonæ limitata dicatur, quia effectus ſucceſſionis limitatus eſt ab ipſa legitimatione, licet non ipſa legitimatio perſonæ, ut tradit Socinus *conſ.*240. Curt. *dict. conſ.*73. Dec. *dict. conſ.*258. & in *dict. l. Pactum quod dctale. conſ.*5. *verſic. ulterius conſiderandum.*

9 Tamen ſtante legitimatione de qua in noſtro regno, aliud videtur dicendum, quia per illam non poſſunt legitimati ſeu diſpenſati facere illa quæ poſſunt facere abſolutè legitimati, ut diximus in principio ita Dec. *conſ.*264. *colum.*3. *in princip.*

10 Advertendum etiam eſt, quòd iſta clauſula, *ſine præjudicio heredum legitimorum*, intelligitur reſpectu eorum heredum qui extant tempore legitimationis, non verò heredum qui poſteà naſcerentur, ita Jaſ. *in l. ex facto colum.*5. *D. de vulgar. & pupill.* Alex. *conſ.* 188. *lib.* 5. Corneus *conſ.*3. Licet contra hoc ſit Ordin. Regni. *lib.*2. *tit.*35. *§.*13. Sed verius videtur, quòd omnes legitimos heredes comprehendat etiam poſteà naſcituros.

Ex quibus colligitur, quòd iſti diſpenſati non propriè filij dicendi ſunt, ſed extranei.

11 Ad quod non obſtat quod conſuluit Decius *conſ.* 257. quòd ſi quiſpiam fuiſſet legitimatus, ut in certis portionibus ſuccederet, vel in eo quod pater voluerit, & quòd neque agere poſſet ad ſupplementum; quòd ſi poſteà heres ſit inſtitutus cum onere fideicommiſſi, quòd in reſtitutione poſſet deducere duas quartas, Trebellianicam videlicet & legitimam. Nam id intelligitur, quando agitur de non impugnando judicio teſtatoris. At quando teſtatoris voluntas eſt, ut potiùs alij fratres ſuccedant, & filij teſtatoris, quàm alij quos teſtatoe ſecundo loco vocavit, procedit quod ſuprà dictum eſt, ut per Dec. *ubi ſupra.*

12 Item nullo modo locum habere poteſt legitima, quia cùm diſpenſati dicuntur legitimati, etiamſi ampliſſims ſit legitimatio de ſpuriis filijs clerici, & ſimilibus; quemadmodum Princeps eos non potuit facere legitimatos ut ſuccederent, multò minùs neque teſtator. Et eadem ratione ſuſtinetur quod conſuluit Jaſon. notabiliter *conſ.*162. *volum.*2. ubi dicit, quòd ſi dicto filio legitimato cum dicta clauſula, *in eo quod voluerit*; & ſic tota hereditas exhauſta legatis, quòd nihilominus poſſit agere ad integram legitimam. Et maximè hoc procedit, cùm iſta ſubſtitutio fuerit facta inter ipſos poſt pubertatem; habet enim tunc vim fideicommiſſi, ut tradit Cyn. *in l. precibus. Cod. de impub. & alijs ſubſtit.* Oldrad. *conſ.* 125. Alexand. latè poſt Paul. *in l. Centurio. colum.*5. *D. de vulgar. & pupill. & conſ.*17. *lib.* 3. *& conſ.*12. *eod. lib.* & Aretin. *conſ.* 155. & Dec. *conſ.* 288. *& conſ.*643. Socinus *in dict. l. Centurio. colum.*16. & ibi Jaſ. *colum.*11. Guilhelm. *in cap. Raynutius fol.*328. Dec. *d. l. precibus*, *colum.*2. *in princ. & conſ.*218.

13 Adde etiam, quòd legitimatio moderatur à voluntate Principis. Bart. *in l. Gallus. §. ſi fortè*, *ad fin. D. de libert. & poſthum.* & ideò dicit Cuman. *conſ.* 216. *in fin.* quòd ſi Princeps declarat ſuam intentionem, & aliquo modo conſtat de dicta declaratione, illi omnino eſt ſtandum, & tradit Dec. *conſ.* 150. quòd etſi verum ſit, multum tamen operatur patris voluntas volentis legitimare filium. Paul. *in l. ult. D. de iis qui veniam ætat. circa fin.* Dec. *conſ.*155. & ideò non poſſunt filij uti dicta legitimatione contra voluntatem teſtatoris, argum. *l. amiciſſimos. §. ult. D. de excuſat. tutor. l. poſt mortem § ult. de bonorum poſſeſſ. contra tabul.* declarat optimè Dec. *conſ.* 258. & eadem ratione neque diſpenſati veniunt contra voluntatem teſtatoris, ut tenet Socinus *in dict. rubr. colum.*2. Alexand. *conſ. fin. libr.*5. *& conſ.*30. *ad fin. & conſ.*19. 1. *colum. &* 2.

14 Eſt autem legitimatio voluntariæ juriſdictionis, ſive cujuſdam facultatis, ut declarat Dec. *conſ.*150. quòd ſi legitimatus filius fuerit ut ſuccedat patri vel matri ex teſtamento, vel ab inteſtato, dummodo de eorum voluntate ſuccedat, ſi parentes nihil declaraverint, & inteſtati moriantur, nihilominus ſuccedent ipſi filij legitimati, id eſt, ut conſuluit Jaſ. *conſ.*212. *libr.*2. de quo facit idem Jaſ. mentionem *in rubr. D. de libert. & poſthum. col.*3. *verſic. ego alias conſului.*

Legiti-

15 Legitimatus etiam de jure communi pariter succedit cum legitimis & naturalibus posteà natis, secundùm magis communem opinionem, ut tradit Alexand. *in l. ex facto. in principio. D. de vulgar.* quod tamen fallit in nostro regno, ubi dispensatus solùm censetur, tradit Segura *in l. 3. §. si vir uxore. D. de acquirenda possess. fol. 69.* sentit & Curt. *dict. cons. 73.* Nascituris autem filiis legitimatio fieri non potest, quia daretur occasio delinquendi, tradit Laudens. *in tract. de Principe. quaest. 103.*

16 Sed quaestionis est, utrùm legitimatio quae fuit facta filio, propter quam fuit heres institutus, si reperiatur nulla posteà, utrùm heredis institutio sit etiam nulla? Paul. tenuit, quod sic, *in l. eam quam. colum. 1. in final. Cod. de fideicommiss.* sequitur Dec. *cons. 353. & cons. 288.* & eum sequuntur Jas. *in d. l. eam quam. colum. 2.* & Corneus *colum. 1.* Verum tamen est, quod Dec. reprehendit istam doctrinam, & facit eam dubitabilem *cons. 176. visa themate colum. 3.* Eam tamen idem Dec. sequitur, & refert eam *cons. 600. & cons. 462. & cons. 402.*

17 Illud etiam adde, quod legitimatio non corruit, si impetrans non expressit qualitatem legitimati. v. g. an sit incestuosus, spurius, vel naturalis, ut tradit Anton. *in cap. per venerabilem. colum. 15. versic. nunc venio ad secundum, qui filii sint legitimi.* Joan. Andr. *in additionibus ad Speculat. in tit. qui filii sint legitimi versic. quare si natus ex uxorato.* sequitur Felin. *in cap. postulasti. colum. 4. in principio, de rescriptis.* Decius *cons. 330.* Alexand. *cons. 129. lib. 6.* Quod tamen maximè dicendum & declarandum est in dispensatione, quae est odiosa. Ancharan. *cons. 241. & cons. 427.* Paul. *cons. 227.* Corneus *cons. 93. lib. 2.* Decius *cons. 577.* Nam in supplicatione legitimationis sufficit dicere in genere, quod est illegitimè natus: non enim exprimendum est, quod sit ex uxorato, vel monacho, vel incestu. Bald. notanter *in l. si qua illustris. Cod. ad Orficianum. & in l. Paul. D. de stat. hominum, & in cap. super litteris, de rescript.* Alexand. *cons. 138. lib. 1.* Decius *cons. 55.* Verum tamen est, quod si duplex esset crimen in petente legitimationem, videlicet natus ex uxorato & maritata, vel monacho & moniali, aut mixtim, quod necesse esset utramque exprimi qualitatem, aliàs si alterum taceret, corrueret impetratio, ut concludit Bald. *in addition. ad Speculat. in rubr. qui fil. sint legit.* Felin. *in cap. postulasti, n. 2. de rescript.* Oldrad. *cons. 247.* Rip. *lib. 2. responsorum. cap. 29.* Dec. *cons. 338.* & ita limitat dictum Bald. *in d. l. si qua illustris.* & quod notat Alexand. *cons. 195. col. fin. lib. 2.*

18 Adverte etiam, quod legitimatio secunda non est necesse quod faciat mentionem de prima; nam & si non faciat, tenet mero jure: secus est, si prima fuisset dispensatio; quia tunc opus est exprimi dispensationem in legitimatione: secus verò si ambae essent legitimationes, seu dispensationes, declarat Dec. *dict. cons. 55.* ratio est, quia ex duabus legitimationibus potest quis juvari, neque altera impedit alteram. Bald. *cons. 131. lib. 3.* Paul. *cons. 227.* & sentit Felin. *in cap. vacante. colum. 2. de praescriptionibus.* requiritur tamen, quod legitimatus qui petit se legitimari, declaret quod extant alii legitimi & naturales, aliàs non valet legitimatio. Alexand. *cons. 60. lib. 2.*

Illud etiam adverto, quod legitimatus à Principe non obtinebit terras existentes in aliis terris, quae non sunt subditae Principi legitimanti. Praepos. *in cap. per venerabilem. col. 69.* Anchar. *cons. 220.* Anan. *cons. 290.* Fulg. *cons. 62.* Cuman. *cons. 168.* Dec. *cons. 207.* ubi etiam agit de dispensato per legatum ad duo beneficia incompatibilia, si possit virtute talis dispensationis habere beneficium sibi collatum extra provinciam illius legati: quod pulchrum dubium est. 19

Legitimatio autem facta à patre de filio proprio non valet, ut est communis ex Ancharan. *cons. 35.* Anania *cons. 29.* cum aliis adductis per Dec. *in cap. ex litteris, colum. 7. de probat.* idem Dec. *in l. qui jurisdictioni. colum. 3. de jurisdict. omnium judic.* ubi etiam allegat Socin. *cons. 95. lib. 4.* licet Bald. teneat contrarium; & Alexand. eum sequens, & Anan. & Ludovicus Bologn. *dict. cons. 29.* Similiter nec legitimatio per procuratorem fieri potest. Bald. *in cap. cùm dilectus, de ordine cognitionum.* est enim similis adoptioni, quae non valet de filio proprio naturali vel spurio. Rom. *singul. 621.* idem Bald. *in l. si post mortem. §. ultim. D. de adopt. & in l. nec absenti. D. eodem tit.* 20

Et an possit quis legitimari post mortem patris? vide Bart. & DD. *in §. Et quid si tantum. D. de lib. & posthum.* Felin. *in cap. quae in Ecclesiarum, n. 27. de constit.* qui dicunt, quod sic: & sic servat stylus, etiamsi bona essent apprehensa à venientibus ab intestato tradit Dec. *cons. 698.* ubi allegat Socin. *cons. 120. lib. 3.* idem Dec. *cons. 176.* Et tunc requiritur citatio agnatorum, quae tamen necessaria non est, quando fit de voluntate patris; nisi Princeps ita voluerit. Decius *cons. 624.* & vide Boër. *dec. 125.* Cuman. *cons. 98. libr. 5.* vel nisi filios habuisset, quia tunc de illis fieri debet mentio, Bald. *in l. nam ita divus. D. de adoptionibus, colum. 1.* Alexand. *cons. 25. lib. 1.* Ancharan. *cons. 427. & cons. 242.* tradit Dec. *cons. 398. & cons. 698.* qui *cons. 624.* dicit de voluntate Principis videri constare, quando est apposita clausula, *ex certa scientia.* 21

Et nota, quod legitimatus potest petere, ut iterùm legitimetur, & ex pleniori legitimatione tueri se poterit. Paul. *in d. cons. 257.* quem sequitur Dec. *in l. si tibi. C. de Carboniano edict. & in l. singularia colum. 8. D. si cert. petat.* idem Dec. *in cap. 1. col. pen. de confirmat. util. vel inutil.* 22

Et an Summus Pontifex possit legitimare in terris Imperii, & Regum quoad officia saecularia, & bona temporalia? tradunt DD. *in cap. per venerabilem, qui filii sint legitimi.* ubi Anton. *num. 21.* & Abb. *num. 22.* & in specie Molin. *de primogenitis. libr. 3. cap. 2. n. 11.* Covarruv. *de sponsal. 2. part. cap. 8. n. 14. & 15.* Dec. *cons. 52. num. 2.* Petrus Rebuff. *in praxi beneficiorum. tit. de rescripto legitimationis mixto. pag. 591. num. 24.* Thom. Ferratiensis *cautel. 1.* Roias *in epitome. cap. 23. num. 112. & 115.* Pelaez *de majoratibus. 1. p. q. 58. num. 10.* novissimè Peregrin. *in tract. fideicommiss. art. 23. num. 3. & 5.* Illos vide. 23

DECISIO LXX.

De confirmationibus adoptionum & arrogationum, quæ per Regem fiunt.

SUMMÆ.

1. *Adoptio quid sit, & quæ sit illius causa præcipua.*
2. *Adoptionum origo antiquissima est.*
3. *Adoptio est nomen generale, & dividitur in duas species, quarum altera adoptio, altera arrogatio dicitur.*
4. *Adoptiones & arrogationes confirmare, est de superioritate Regali, & ad solum Regem pertinet, vel ad officiales ab illo ad id deputatos: quæ tamen hodie apud nos non sunt in usu.*

1 ADoptio quid sit, invenies apud Justinianum *in principio, instit. de adoptionibus.* apud. Jur. Consf. *in l. adoptio. D. eodem.* Adoptionis autem causam tradit Imper. *in l. 3. Cod. de adoptionibus.* nempe liberorum orbitatem.

2 Adoptionibus autem origo antiquissima est: non solùm enim apud Romanos in usu erat, ut constat ex Gellio *noct. Atticarum. l. 5, tit. 19.* sed etiam apud Græcos, ut ex Plutarcho in Theseo liquet: apud Judæos etiam in usu fuisse, asserit Prateus *in lexico juris. verbo, Adoptionum origo.*

3 Adoptio autem nomen generale est, & dividitur in duas species, quarum altera adoptio simpliciter dicitur, altera arrogatio, de quibus videas *l. 2. D. de adoptionibus Principium. Inst, cum §§. sequentibus, eodem tit.* ubi quibus modis una & altera fiat, invenies, & apud Gellium eleganter *ubi supra.*

4 Hoc præsupposito dicendum est, quod confirmare adoptiones & arrogationes, ad solum Regem pertinet, seu ad officiales ab illo ad id deputatos. Ordin. *lib. 1. tit. 3. §. 1.* quæ tamen apud nos non sunt in usu, nec fiunt hujusmodi confirmationes prædictarum adoptionum, quamvis fiat mentio illarum in hac Ordin. & in altera *libr. 2. tit. 35. §. 12. & lib. 3. tit. 9. §. 2. & lib. 2. tit. 56. in princ.* Ex quo patet, neminem in hoc regno adoptionum, seu arrogationum confirmationes facere posse, nisi solus Rex, est enim & hoc de superioritate Regali.

DECISIO LXXI.

De chartis tuitivis.

SUMMÆ.

1. *Chartas tuitivas dare, est supremæ superioritatis, & ad Regem solum pertinet, vel ad officiales ab illo ad id deputatos.*
   Et quomodo tuitivæ dari debeant? remissive. Ibid.
2. *Chartæ hæ in triplici sunt differentia: aliæ tuitivæ; aliæ restitutoriæ appellatoriæ; aliæ restitutoriæ tantum.*
3. *Et has posteriores aliquando denegant Senatores Palatij: & redditur ratio. Ibid.*

1 CHartas tuitivas dare, pertinet ad Regem solum, & est superioritatis Regalis, ut diximus *supra, decis. 67.* vel ad officiales à Rege ad id deputatos, per quas appellantes manutenentur in sua possessione (ut Galli vocant) nos tuitivas dare dicimus: de quibus per Bald. *in l. si de proprietate. C. si à non compet. Judice, judicat. esse dicat. & cons. 79. & 68. num. 3.* Guidonem *cons. 91. num. 1. & dec. 85.* & ante eum Fabrum *in §. retinendæ. instit. de interdict.* Navarr. *in cap. cum contingat. de rescript. remedio 1. pag. 196.* DD. *in l. auctoritatem. Cod unde vi.* Paul. *cons. 3. num. 1. & cons. 2. lib. 2.* Boër. *dec. 89. numer. 3.* Grammat. *decis. 78.* Afflict. *decis. 24. numer. 4.* Covartuv. *pract. cap. 35. num. 2.* Et quomodo hæ tuitivæ appellatoriæ dari debeant, vide Ordin. *in fine. lib. 1. in tit. do regimento dos Desembargadores do paço. §. 116.* facit Ordin. *lib. 3. tit. 85. §. 1.* ibi, *manter em posse.*

Sunt autem hæ in triplici differentia: aut enim 2
sunt, per quas manutenetur in possessione appellans, & vocantur, *chartas de manter em posse os appellantes.* ut in dict. Ordinat. aliæ sunt restitutoriæ postquam aliqui sunt spoliati, appellarunt tamen, & non est delatum appellationi, ut debuerat, ut restituantur, & appellationem sequantur intra annum, quod est primum fatale, juxta text. *in cap. personas. cap. cum sit Romana. de appellat.* patet ex verbis nostræ Ordinat. ibi, *ou tornarem a ella, se despois da appellação forem esbulhados.* patet hoc etiam ex Ordin. *libr. 2. titul. 10.* tradunt DD. suprà citati.

Aliæ sunt restitutoriæ, quæ dantur spoliatis, etiamsi non appellent. Ordin. *libr. 1. tit. 3 §. 6.* ibi, *E cartas restitutorias de quaesquer pessoas esbulhados posto que appellantes não sejaõ.* & de iis loquitur Ordinat. *lib. 3. tit: 85. §. 1.*

Advertendum tamen est, quod hæ posteriores 3
aliquando denegantur per Senatores Palatij: habent namque spoliati remedium ordinarium *interdicti* recuperandæ possessionis intra annum, ex Ordinat. *lib. 2. tit. 1. §. 2.* vel post annum, ordinario judicio possessorio. *l. 1. D. unde vi.* in quo regulæ juris communis observandæ sunt, & est recipienda utroque casu appellatio. Ordinat. *libr. 3. tit. 48.* secundùm æstimationem litis, quæ fieri debet, juxta Ordinat. *lib. 3. tit. 70 §. 9. & 10.* & vide *in 1. part. decisionum nostrarum, decis. 76.*

DECISIO LXXII.

De emancipationibus.

SUMMÆ.

1. *Emancipationum confirmationes ad Regem solum pertinent, seu ad officiales ab illo ad id deputatos.*
2. *Emancipatio, de jure communi propriè est, quando pater filium emancipat.*
3. *Filij per matrimonium exeunt à patria potestate, de stylo nostri Regni: & idem servatur in Regno Castellæ, & in Francia.*
4. *Emancipationes aliæ vocantur*, chartas de supplemento de idade, *quæ de jure communi rescripta veniæ ætatis dicuntur, quarum etiam concessio ad Regem solum, seu ad Senatores palatij pertinet.*

5. Charta

5. *Charta inimicitiæ, & quas vocant*, de finta; *confirmationes etiam donationum, quæ requirunt insinuationem, per Regem solùm conceduntur, seu in tribunali palatij.*

Chartas restitutionis famæ, seu natalium, solus Rex immediatè concedit, nec Senatores palatij in eo se intromittunt. Ibid.

Restituere natalibus quid sit. vide remissivè. Ibid.

1 EMancipationum confirmationes ad Regem solum pertinent, seu ad officiales ab illo ad id deputatos, ut sunt senatores Palatij, Ordin. *libr.* 1. *tit.* 3. §. 7. & nullus alius id facere potest, Ordin. *ubi suprà*, & Ordin. *lib.* 2. *tit.* 45. §. 40. *& aliis.*

2 De jure autem communi, emancipatio propriè est, quando pater filium emancipat. *l.* 1. *D. de iis qui sunt sui vel alieni jur. princip. instit. eod. lib.* 1. *l. jubemus. l. ult. C. de emancipatione liber.* Alciat. *Parergon. libr.* 4. *cap.* 3. Coras. *lib.* 6. *Miscell. cap* 9. Cujacius *lib.* 5. *Observat. cap* 13. Costa *in §. Et quid si tantum. fol.* 97. *num.* 5. quæ quando fit, Rea eam confirmat: & vidimus non semel petitam confirmationem emancipationem filiorum per parentes, in tribunali palatij.

3 Per matrimonium etiam exeunt filij filiæve à potestate parentum in nostro Regno, ex Ordin. *libr.* 1. *tit.* 87. §. 6. ibi, *porque segundo stylo de nosso Reyno sempre como he casado, he avido por emancipado, & fora do poderio de seu pay.* simili *libr.* 4. *tit.* 97. §. 19. Et in Regno Castellæ idem observatur, ut per Palat. *in rubr.* §. 43. Gomez *l. Taur.* 47. & 1. *tom. cap.* 4. *num.* 2. & in Regno Franciæ. Boër. *decis.* 197.

4 Aliæ emancipationes vocantur, *chartas de supplemento de idade.* juxta Ordin. *libr.* 3. *tit.* 9. §. 3. quæ de jure sunt rescripta veniæ ætatis. *l.* 1. *&* 2. *Cod. de iis qui veniam ætatis impetr.* de quibus vide leat. *in l.* 3. *D. de minorib. l. jubemus. C. de emancip. liber.* Rebuff. 2. *tom. ad ll. Gall. tit. de regestu.*

Quæ etiam rescripta nullus alius concedere potest præter Regem, seu Senatores palatij, qui à Rege ad illa concedenda deputati sunt, Ordin. *dict. lib.* 1. *tit.* 3. §. 7. sunt enim hæc omnia de superioritate Regali, & de suprema dignitate Regis: quod notandum est.

5 Pari modo & chartæ inimicitiæ, & quas vocant *de finta*, confirmationes donationum, quæ requirunt insinuationem, per Regem solum conceduntur; & in tribunali Senatorum palatij, chartas restitutionis famæ, & restitutiones natalium, solus Rex immediatè concedit, nec Senatores palatij in eo se intromittunt. Unde colligitur, quàm de reservatis Regi sint hæc omnia, quæ nullus alius præter Regem concedere, nec dare potest. Quod est maximè notandum, vide tamen ad materiam no regimento novo Senatorum palatij *ad finem lib.* 1. *Ord.* §. 12. & §. 13.

Quid autem sit restituere natalibus, vide inferiùs *decisione proxima, numero ultimo.*

DECISIO LXXIII.

De Nobilitate.

SUMMÆ.

1. *Nobilitare ad Regem solum pertinet, & est superioritatis Regalis.*
2. *Nobilitas ex parte matris de jure nostro consideratur, & quid de jure communi. remissivè.*
3. *Nobilis quis dicatur. remissivè.*
4. *Nobiles dicuntur, qui adhærent lateri Principis, & ei serviunt in aliquo officio: & quid in equite, & in pedite. remissivè.*
5. *Nobilitas plerumque causatur ex divitiis, in quo standum est consuetudini.*

Et causatur etiam ex communi opinione. Ibid.

6. *Nobilitas causatur ex Ducatu, Comitatu, & Baronia, seu dignitate, & ex nobilitate progenitorum.*
7. *Nobiliores eligendi sunt ad honores, dignitates, & magistratus, & ceteris paribus anteponi debent.*
8. *Quod procedit tam in dignitatibus & officiis sæcularibus, quam in beneficiis & electionibus dignitatum spiritualium.*
9. *Ad nobilitatem probandam qua probatio requiratur. & num.* 11 12. *& seq.*
10. *Nobilitas non præsumitur, nisi probetur.*
11. *Nobilitas potest probari per consanguineos, propinquos, & domesticos, & eis magis creditur, quàm extraneis.*

Et si dicant se ignorare, præsumitur eos potiùs simulare, quam nescire. Ibid.

Idem dicendum in vicinis, & in eodem loco cohabitantibus. Ibid.

12. *Probatio consanguinitatis, & propinquitatis, est difficilis probationis, & non cadit in sensum testium.*

Nobilitas probatur plenè ex indiciis, fama, & testibus de auditu, & aliis præsumptionibus. Ibidem, & num. 15. 16.

Idem dicendum in filiatione. Ibid.

13. *Intelligitur decisio text. in cap. licet ex quadam, de testibus.*

Virtus, & nobilitas animi, probatur per famam solam. Ibid.

14. *Elegans tractatio, ingenitam quamdam nobilitatem ostendit.*

Qui gerit se pro nobili in omnibus actibus, præsumitur nobilis. Ibid.

15. *Per famam etiam probatur nobilitas: sicut & filiatio.*
16. *Nobilitas avorum plenè probatur per testes de auditu, maximè si sint vicini, & propinqui.*
17. *Appellatio, seu notatio nominis paterni, seu aviti arguit quem de stirpe, & progenie natum.*

Nomen, & prenomen in quo differant. Ibid.

Conjuncta familiaritas cum aliquo est indicium intercedentis cognationis, & auget suspicionem parentela. Ibid.

18. *Nobilitas etiam præsumitur ex servitio multorum annorum facto Regi.*
19. *Romanus Pontifex an possit privilegiare in terris Imperatorum & Regum, quod officia sæcularia. remissivè.*

Apud

DECISIO LXX.

De confirmationibus adoptionum & arrogationum, quæ per Regem fiunt.

SUMMÆ.

1. *Adoptio quid ſit, & qua ſit illius cauſa pracipua.*
2. *Adoptionu origo antiquiſſima eſt.*
3. *Adoptio eſt nomen generale, & dividitur in duas ſpecies, quarum altera adoptio, altera arrogatio dicitur.*
4. *Adoptiones & arrogationes confirmare, eſt de ſuperioritate Regali, & ad ſolum Regem pertinet, vel ad officiales ab illo ad id deputates: qua tamen hodie apud nos non ſunt in uſu.*

1 ADoptio quid ſit, invenies apud Juſtinianum *in principio, inſtitut. de adoptionibus.* apud. Jur. Conſ. *in l. adoptio. D. eodem.* Adoptionis autem cauſam tradit Imper. *in l. 3. Cod. de adoptionibus.* nempe liberorum orbitatem.

2 Adoptionibus autem origo antiquiſſima eſt: non ſolùm enim apud Romanos in uſu erat, ut conſtat ex Gellio *noct. Atticarum. l. 5, tit. 19.* ſed etiam apud Græcos, ut ex Plutarcho in Theſeo liquet: apud Judæos etiam in uſu fuiſſe, aſſerit Prateua *in lexico juris. verbo, Adoptioan origo.*

3 Adoptio autem nomen generale eſt, & dividitur in duas ſpecies, quarum altera adoptio ſimpliciter dicitur, altera arrogatio, de quibus videas *l. 2. D. de adoptionibus Principum. Iuſt, cum §§. ſequentibus, eodem tit.* ubi quibus modis una & altera fiat, invenies, & apud Gellium eleganter *ubi ſupra.*

4 Hoc præſuppoſito dicendum eſt, quod confirmare adoptiones & arrogationes, ad ſolum Regem pertinet, ſeu ad officiales ab illo ad id deputatos. Ordin. *lib. 1. tit. 3. §. 1.* quæ tamen apud nos non ſunt in uſu, nec fiunt hujuſmodi confirmationes prædictarum adoptionum, quamvis fiat mentio illarum in hac Ordin. & in altera *libr. 2. tit. 35. §. 12. & lib. 3. tit. 9. §. 2. & lib. 2. tit. 56. in princ.* Ex quo patet, neminem in hoc regno adoptionum, ſeu arrogationum confirmationes facere poſſe, niſi ſolus Rex, eſt enim & hoc de ſuperioritate Regali.

DECISIO LXXI.

De chartis tuitivis.

SUMMÆ.

1. *Chartas tuitivas dare, eſt ſuprema ſuperioritatis, & ad Regem ſolum pertinet, vel ad officiales ab illo ad id deputatos.*
   Et quomodo tuitiva dari debeant? remiſſive. Ibid.
2. *Charta hæ in triplici ſunt differentia: alia tuitiva; alia reſtitutoria appellatoria; alia reſtitutoria tantum.*
3. *Et hæ poſteriores aliquando denegant Senatores Palatij: & redditur ratio. Ibid.*

1 CHartas tuitivas dare, pertinet ad Regem ſolum, & eſt ſuperioritatis Regalis, ut diximus *ſupra, deciſ. 67.* vel ad officiales à Rege ad id deputatos, per quas appellantes manutenentur in ſua poſſeſſione (ut Galli vocant) nos tuitivas dare dicimus: de quibus per Bald. *in l. ſi de proprietate. C. ſi à non compet. Judice. judicat. eſſe dicat. & conſ. 79. &* 68. *num. 3.* Guidonem *conſ. 91. num. 1. & dec. 85.* & ante eum Fabrum *in §. retinenda. inſtitut. de interdict.* Navarr. *in cap. cùm contingat. de reſcript. remedio 1. pag.* 196. DD. *in l. auctoritatem. Cod. unde vi.* Paul. *conſ. 3. num. 1. & conſ. 2. lib. 2.* Boër. *dec. 89. numer. 3.* Grammat. *deciſ. 78.* Afflict. *deciſ. 24. numer. 4.* Covarruv. *pract. cap. 35. num. 2.* Et quomodo hæ tuitivæ appellatoriæ dari debeant, vide Ordin. *in fine. lib. 1. in tit. do regimento dos Deſembargadores do paco. §. 116.* facit Ordin. *lib. 3. tit. 85. §. 1.* ibi, *manter em poſſo.*

Sunt autem hæ in triplici differentia: aut enim 2
ſunt, per quas manutenetur in poſſeſſione appellans, & vocantur, *chartas de manter em poſſe os appellantes.* ut in dict. Ordinat. aliæ ſunt reſtitutoriæ poſtquam aliqui ſunt ſpoliati, appellarunt tamen, & non eſt delatum appellationi, ut debuerat, ut reſtituantur, & appellationem ſequantur intra annum, quod eſt primum fatale, juxta text. *in cap. perſonas. cap. cum ſit Romana. de appellat.* patet ex verbis noſtræ Ordinat. ibi, *ou tornarem a ella, ſe depois da appellacão forem esbulhados,* patet hoc etiam ex Ordin. *libr. 2. titul. 10.* tradunt DD. ſuprà citati.

Aliæ ſunt reſtitutoriæ, quæ dantur ſpoliatis, etiamſi non appellent. Ordin. *libr. 1. tit. 3 §. 6.* ibi, *E cartas reſtitutorias de quaeſquer poſſuintes esbulhados poſto que appellantes não ſejão.* & de iis loquitur Ordinat. *lib. 3. tit. 85. §. 1.*

Advertendum tamen eſt, quod hæ poſteriores 3
aliquando denegantur per Senatores Palatij: habent namque ſpoliati remedium ordinarium interdicti recuperandæ poſſeſſionis intra annum, ex Ordinat. *lib. 2. tit. 1. §. 2.* vel poſt annum, ordinario judicio poſſeſſorio. *l. 1. D. unde vi.* in quo regulæ juris communis obſervandæ ſunt, & eſt recipienda utroque caſu appellatio. Ordinat. *libr. 3. tit. 48.* ſecundùm æſtimationem litis, quæ fieri debet, juxta Ordinat. *lib. 3. tit. 70. §. 9. & 10.* & vide *in 1. part. deciſionum noſtrarum, deciſ. 76.*

DECISIO LXXII.

De emancipationibus.

SUMMÆ.

1. *Emancipationum confirmationes ad Regem ſolum pertinent, ſeu ad officiales ab illo ad id deputatos.*
2. *Emancipatio, de jure communi propriè eſt, quando pater filium emancipat.*
3. *Filij per matrimonium exeunt à patria poteſtate, de ſtylo noſtri Regni: & idem ſervatur in Regno Caſtella, & in Francia.*
4. *Emancipationes alia vocantur,* chartas de ſupplemento de idade, *qua de jure communi reſcripta venia ætatis dicuntur, quarum etiam conceſſio ad Regem ſolum, ſeu ad Senatores palatij pertinet.*

5. Charta

5. *Charta inimicitiæ, & quas vocant*, de finta; *confirmationes etiam donationum, quæ requirunt insinuationem, per Regem solùm conceduntur, seu in tribunali palatij.*

Chartas restitutionis famæ, seu natalium, solus Rex immediatè concedit, nec Senatores palatij in eo se intromittunt. Ibid.

Restituere natalibus quid sit. vide remissivè. Ibid.

1 EMancipationum confirmationes ad Regem solum pertinent, seu ad officiales ab illo ad id deputatos, ut sunt senatores Palatij, Ordin. *libr.* 1. *tit.* 3. §. 7. & nullus alius id facere potest, Ordin. *ubi suprà*, & Ordin. *lib.* 2. *tit.* 45. §. 40. *& aliis.*

2 De jure autem communi, emancipatio propriè est, quando pater filium emancipat. *l.* 1. *D. de iis qui sunt sui vel alieni jur. princip. instit. eod. lib.* 1. *l. jubemus* 1. *ult. C. de emancipatione liber.* Alciat. *Parergon. libr.* 4. *cap.* 3. Coras. *lib.* 6. *Miscell. cap.* 9. Cujacius *lib.* 5. *Observat. cap* 13. Costa in §. *Et quod si tantum. fol.* 97. *num.* 5. quæ quando fit, Rex eam confirmat: & vidimus non semel petitam confirmationem emancipationem filiorum per parentes, in tribunali palatij.

3 Per matrimonium etiam exeunt filij filiæve à potestate parentum in nostro Regno, ex Ordin. *libr.* 1. *tit.* 87. §. 6. ibi, *porque segundo stylo de nosso Reyno sempre como he casado, he avido por emancipado, & fora do podendo seu pay.* simili *libr.* 4. *tit.* 97. §. 19. Et in Regno Castellæ idem observatur, ut per Palat. *in rubr.* §. 43. Gomez *l. Taur.* 47. & 1. *tom. cap.* 4. *num.* 2. & in Regno Franciæ. Boër. *decis.* 197.

4 Aliæ emancipationes vocantur, *chartas de supplemento de idade.* juxta Ordin. *libr.* 3. *tit.* 9. §. 3. quæ de jure sunt rescripta veniæ ætatis. *l.* 1. *&* 2. *Cod. de iis qui veniam ætatis impetr.* de quibus vide text. *in l.* 3. *D. de minorib. l. jubemus. C. de emancip. liber.* Rebuff. 2. *tom. ad ll. Gall. tit. de regestis.*

Quæ etiam rescripta nullus alius concedere potest præter Regem, seu Senatores palatij, qui à Rege ad illa concedenda deputati sunt, Ordin. *dict. lib.* 1. *tit.* 3. §. 7. sunt enim hæc omnia de superioritate Regali, & de suprema dignitate Regis: quod notandum est.

5 Pari modo & chartæ inimicitiæ, & quas vocant *de finta*, confirmationes donationum, quæ requirunt insinuationem, per Regem solum conceduntur; & in tribunali Senatorum palatij, chartas restitutionis famæ, & restitutiones natalium, solus Rex immediatè concedit, nec Senatores palatij in eo se intromittunt. Unde colligitur, quàm de reservatis Regi sint hæc omnia, quæ nullus alius præter Regem concedere, nec dare potest. Quod est maximè notandum, vide tamen ad materiam no regimento novo Senatorum palatij *ad finem lib.* 1. *Ord.* §. 12. & §. 13.

Quid autem sit restituere natalibus, vide inferiùs *decisione proxima, numero ultimo.*

DECISIO LXXIII.

De Nobilitate.

SUMMÆ.

1. *Nobilitare ad Regem solum pertinet, & est superioritatis Regalis.*
2. *Nobilitas ex parte matris de jure nostro consideratur, & quid de jure communi. remissivè.*
3. *Nobiles qui dicuntur. remissivè.*
4. *Nobiles dicuntur, qui adhærent latori Principis, & ei serviunt in aliquo officio: & quid in coquo, & in pedite. remissivè.*
5. *Nobilitas plerumque causatur ex divitiis, in quo standum est consuetudini.*

   Et causatur etiam ex communi opinione. Ibid.
6. *Nobilitas causatur ex Ducatu, Comitatu, & Baronia, seu dignitate, & ex nobilitate progenitorum.*
7. *Nobiliores eligendi sunt ad honores, dignitates, & magistratum, & ceteris paribus anteponi debent.*
8. *Quod procedit tam in dignitatibus & officiis sæcularibus, quam in beneficiis & electionibus dignitatum spiritualium.*
9. *Ad nobilitatem probandam quæ probatio requiratur. & num.* 11. 12. *& seq.*
10. *Nobilitas non præsumitur, nisi probetur.*
11. *Nobilitas potest probari per consanguineos, propinquos, & domesticos, & eis magis creditur, quàm extraneis.*

    Et si dicant se ignorare, præsumitur eos potiùs simulare, quam nescire. Ibid.

    Idem dicendum in vicinis, & in eodem loco cohabitantibus. Ibid.
12. *Probatio consanguinitatis, & propinquitatis, est difficilis probationis, & non cadit in sensum testium.*

    Nobilitas probatur plenè ex indiciis, fama, & testibus de auditu, & aliis præsumptionibus. Ibidem, & num. 15. 16.

    Idem dicendum in filiatione. Ibid.
13. *Intelligitur decisio text. in cap. licet ex quadam, de testibus.*

    Virtus, & nobilitas animi, probatur per famam solam. Ibid.
14. *Elegans tractatio, ingenitam quamdam nobilitatem ostendit.*

    Qui gerit se pro nobili in omnibus actibus, præsumitur nobilis. Ibid.
15. *Per famam etiam probatur nobilitas: sicut & filiatio.*
16. *Nobilitas avorum plenè probatur per testes de auditu, maxime si sint vicini, & propinqui.*
17. *Appellatio, seu retentio nominis paterni, seu aviti arguit quem de stirpe, & progenie natum.*

    Nomen, & pronomen in quo differant. Ibid.

    Conjuncta familiaritas cum aliquo est indicium intercedentis cognationis, & auget suspicionem parentelæ. Ibid.
18. *Nobilitas etiam præsumitur ex servitio multorum annorum facto Regi.*
19. *Romanus Pontifex an possit privilegiare in terris Imperatorum & Regum, quoad officia sæcularia. remissive.*

Apud

Apud priscos Romanos vetitum erat, ne quis alienum gentilitatis nomen sibi vendicaret. Ibid.

20. *Natalibus restituere, utrùm sit idem quod nob li- tare.*

1 NObilitare ad solum Regem pertinet. & est superioritatis Regalis: & nobilitas inducitur ex Regis concessione, seu privilegio, quod facere Rex potest, Bart. *in l. 1. n. 12. C. de dignitatib. lib. 12.* Bald. *in l. sacrilegii, C. de divers. rescript.* Chassanæus *in Catalogo gloria mundi. 8. p. consi. 17.* Et quis possit nobilitare? vide per Rebuff. *in praxi beneficiali. tit. de rescript. mixtis, in tit. de rescripto nobilitatis.*

2 Utrùm autem nobilitas ex parte matris consideretur? vide Felin. *in cap. novit. in princip. de judic.* idem Felin. & Aretin. *in cap. super eo. de testibus.* Et est Ordin. nostra *lib. 5. tit. 92. §. 4. in fin.* quæ disponit quòd sic.

3 Et quis dicatur nobilis? vide notabiliter per Paul. *cons. 225. dubitatur. colum. 2. vers. Quarto dubitatur. lib. 2.* Bald. *cons. 129. lib. 2.* & quærit Paul. eo loci, an per verba narrativa Principis legitimantis probetur nobilitas: faciunt quæ tradit Felin. *in c. responsorum. de sententiis excommunicationis.*

4 Adhærentes lateri Principis, & eidem servientes in officio aliquo, sunt nobiles. Chassanæus *ubi sup. consid. 19.* & de Coquo Principis, vide Romanum *singul. 948.* Cremensem *singul. 98.* & de pedite, Gamm. *decis. 322.* Et in nostris Arrestis, *in 1. part. decis. Arresto 48.*

5 Nobilitas plerumque causatur ex divitiis. *l. ad subeunda. Cod. de decurionibus. libr. 11.* Chassanæus *consid. 22.* & transit in omnes posteros in infinitum. Chassanæus *ubi supra. consid. 24.* in quo tamen standum est consuetudini, per eumdem ubi proximè. Causatur etiam nobilitas ex communi opinione, puta, si quis pro nobili habetur. *l. cùm de lanionis. §. cùm Asinam. D. de fundo instruct.* Chassan. *consid. 16.*

6 Ex Ducatu, Comitatu, Baronia, seu dignitate, causatur etiam nobilitas. Idem Chassanæus *consid. 15.* & hoc est, quod vocamus, *de solar.* notabilis Ordin. *lib. 5. tit. 92. §. 9.* Gutierres *pract. libr. 3. c. 15. item ex nobilitate progenitorum.* idem & Chassanæus *consid. 8.*

7 Et nota, quod nobiles potiùs præferendi sunt, & assumendi ad honores, & magistratus, & dignitates, & ceteris paribus anteponi debent, ut *in §. 1. in principio. & §. fin. in auth. de defensor. civitatum.* ubi Gloss. *verbo, nobiliores.* & ibi Angel. *in d. l. ad subeunda. Cod. de decurionibus. lib. 11.* Gloss. *in cap. statuimus. verbo, potiorem. de majorit. & obedient. l. honor. §. de honoribus. D. de muner. & honorib.* facit Ordinat. *lib. 1. tit. 74. in principio.*

8 Idem in dignitatibus, & officiis sæcularibus, & in beneficiis, & electionibus dignitatum spiritualium, Gloss. notabilis *in l. societas contrahitur.* ubi Bald. Salicet. Fulgosius. *D. pro socio.* Bald. *consil. 199. libro 3. in fin.* Felin. *in cap. cùm adeò.* per illum text. *de rescriptis.* latè Tiraquell. *de nobilit. cap. 20. n. 10.* facit *l. 1. D. de albo scriben.* latè Felin. *in dict. cap. statuimus.* Chassanæus *de Burgund. rubr. 6. Paragrapho 4. gloss. 1.* Avendanus *de exequend. mandat. c. 19. num. 4.* ubi dicit, quod in supplicationibus publicis (quas processiones vulgò dicimus) multum deferendum est nobilibus, & speciatim *num. 20.* Ripa *in capit. cum in. de rescriptis.* omnino videndus.

9 Circa supradicta contigit sæpenumerò dubitari, quæ requiratur probatio ad nobilitatem justificandam, cùm aliquis vult se Regi dare, quod nos dicimus, *fibar el Rey*, vel ad suscipiendum ordinem militiæ.

10 Et dicendum est, quod nobilitas non præsumitur nisi probetur, & qui se nobilem asserit, probare id tenetur. *l. 1. D. de probat.* per quem text. dicit Bald. *1. notab.* quod qui allegat se magnatem, id debet probare, & idem dicit idem Bald. *in cap. 2. §. firmiter. versic. probare possit. de pace tenenda.* & commendat Felin. *in cap. ex litteris. colum. penult. in principio de probat.* & sequitur Alvarot. *in d. cap. 1. Paragrapho similes. colum. 2. versic. nota quòd si nobilis.* non enim nobilis quis præsumitur, sed popularis. Bald. *in l. non ignorat. colum. 1. versic. nota tamen. C. qui accus. non poss.* Socinus *consil. 146. eleganter. colum. 1. versic. circa primum.* Quia cùm nobilitas non insit à natura, sed illustribus factis, litteris, divitiis, aut Principum gratia, ut suprà diximus, pariatur hominibus; quæ aliunde veniunt, veluti extrinseca qualitas non præsumitur, ut est Gloss. memorabilis in *cap. si fortè. in verbo scientia. de electione. libr. 6.* & ibi Dominic. idem Dominicus *consil. 84. colum. 2.* Andr. Sycul. *cap. quia colum. 4. de judiciis.* Bald. *in cap. cùm in cunctis. colum. 2. de electione.* Felin. *in cap. fin.* post Bald. *ad fin. colum. 1. de præsumptionibus.* Idem Felinus *in cap. proposuisti. in fine. de probation.* Cardin. *in cap. unic. de sententia in ordine faciend.* & Felinus *in cap. cùm in jure. colum. 1. de officio deleg.*

Cumque ad hanc nobilitatem justificandam requiratur hæc probatio ex parte petentis, & allegantis; quæritur qualis probatio hæc esse debeat.

11 Et dicendum est, quòd potest probari per consanguineos, propinquos, & domesticos, ut est text. de hoc *in cap. consanguineos, & in cap. notificamus 35. quæst. 6. & in cap cùm in tua. de sponsalibus.* eò quod ex relatione suorum, genealogias suas meliùs noverunt, ut est pulcher casus *in cap. videtur.* ubi Ant. & Abb. *qui matrimonium accusar. possunt.* Imò tales testes præferuntur, & plenior fides eis habetur, quàm extraneis, ut est optimus text. & ibi notant Aretinus & Felinus *in cap. quoties. de testibus.* Bald. quem ipsi non allegant *in cap. 1. col. fin. versic. adde quòd quidam. de postulat. prælatorum.* Aretin. *in consil. 13. versic. colum. 7.* Felin. *in cap. in litteris. de testibus. colum. 3. vers. Fallit tertiò. & in cap. Cum in tua. 3. notab. eodem titul.* Atque adeò quod juris præsumptio est, istos non solùm non ignorare necessitudines, & propinquitates suas, sed etiam facta & conditiones eorum, ut *in l. de tutela. C. de integrum restitut. minorum, & in l. octavi. D. unde cognati.* & si negent se scire, jura suspicantur eos potiùs simulare, quam nescire, est bonus text. *in l. qui filium. C. de liberal. causa.* quem textum post Baldum ibi commendavit Aretinus *in l. si potest. colum. 7. D. de acquirend. hereditate.* & dicit Bald. licet prædict. text. non alleget *in dict. cap. 2. colum. finali. versicul. Adde quòd quidam. de postulation. prælat.* idem dicendum de viciniis in eodem loco cohabitantibus, ut probat textus *in l. filium definimus. in finalibus verbis. D. de iis qui sunt sui vel alieni jur.* & ibi Bald. ad idem textus

in

in l. si vicinis. C. de nupt. & in cap. transmissa. qui filij sint legitimi. tradit Felin. *in dict. cap. quotiens. colum. 2. & in cap. in præsentia. colum. 7. vers. tertiò limita. de* Bart. Jason. & alij *in dict. l. si pctest.*

12 Verùm enimverò, hujus probatio consanguinitatis, propinquitatis, & generis est difficilis, & non cadit in sensum testium, ut notat Anchar. *consil. 52. pro clariori. colum. fin.* & sequitur Dec. *consilio 524. visis. in principio.* Mascard. *de probat. 1. part. conclus. 409. cum seqq.* Et propterea ex indiciis, fama, & testibus de auditu, & aliis præsumptionibus fit integra, & firma probatio, ut consuluit Dec. *cons. 295. pro resolutione.* sicuti etiam filiatio eodem genere probationis asseritur, quia cum difficultate fit, ut est text. cum Gloss. *in l. Lucius. D. de condit. & demonstr.* tradunt Alexand. Jason. & alij *in l. neque professio. Cod. de testament.* Abb. Felin. Aretin. & Dec. *in cap. per tuas. de probat.* Bald. *consilio 337. lib. 5.* dum tamen isti testes, qui deponunt de consanguinitate, familia, & genere, reddant sufficientem rationem dicti sui, ut per Anchar. *d. consil.* Abbas *in cap. licet ex quadam. colum. fin. de testibus, versic. ego simpliciter.* bonus text & ibi Abbas. *notabil. 2. in cap. Tua nos, de consanguinitate, & affinit.* Dec. *cons. 321.* quia in his, quæ sunt non facilis probationis, debent subtiliter examinari testes, ut pro regul. tradit Baldus *in cap. final. colum. 3. versic. nota quòd judex, de consuetudine.*

13 Verumtamen est quod illæ distinctiones & supputationes graduum, & illa tam anxia, diligens, & exacta inquisitio, quam vult *d. cap. licet ex quadam,* sibi dumtaxat vendicat locum in probanda conjunctione, vel solutione matrimonij, prout loquitur ille text. vel quando agitur de succedendo alicui ad exclusionem alterius, ut consuluit Paul. *cons. 56. super prima. colum. 2. versic. nec obstat in prima parte.* Extra verò casum matrimonij, & istum successionis, cessabit illa dispositio, ut subtiliter consuluit Aretin. *consil. 37. sequendo ordinem. colum. 2.* ubi ponderat rationem dict. text. *in fin.* facit quod consuluit Jason. *consil. 114. ad objecta. colum. penult. vers. secundò respondeo. libr. 1.* pro qua opinione adduci potest quod notanter dicit Angel. *in d. l. non ignorat. ad finem. Cod. qui accusar. non poss.* quod quando agitur de consanguinitate, non propter consanguinitatem, sed propter aliud consequendum, sufficit probare quasi possessionem consanguinitatis, sequitur Felin. *in d. cap. possessione.* & tradit Socin. *cons. 13. colum. 2. ad tertiam objectionem. libr. 3.* Cùm ergo dubium nostrum non procedat circa probandum consanguinitatis gradum certum, ut conjungas vel sejungas ligatos, vel ligandos, sed agatur de probanda progenie in nullo certo & præfinito gradu, cùm velimus tantùm familiam, & generationem, juxta text. *in l. pronunciatio. §. familia. fincl. verbis. D. de verborum significat.* sine dubio dicendum arbitror, quod testibus de auditu cum fama, & aliis adminiculis habeatur integra fides, per dictum text. *in d. cap. licet.* inducendo eum prout inducit Decius *d. cons. 321. colum. 3. vers. accedit.* & Ideò dicit Gloss. notabilis *in l. 1. D. de probat.* quam ibi commendavit Florian. & Jacobinus à Sancto Georgio, quod cùm sit impossibile probare genus, probatur tantùm per indicia, & alia, quam refert Bart. *in dict. cap. filium definimus, in finalibus verbis,* & eam sequitur Aretin. *in d. cons. 37. in principio.* Immò quod magis est, & virtus, & nobilitas animi probatur per famam solam. ita Bald. notabiliter *in l. prœvidendum. 1. notabil. C. de postul.* sequitur Guido *dec. 195. & decis. 389. in fin.* Bart. *in l. de pupillo. § si quis ipse D. de novi oper. nunciat.* sequitur Dec. *in cap. 1. col. 4. vers. secundus casus. de appellationibus.*

Elegans etiam tractatio, ingentiam quamdam nobilitatem ostendit, ut probat *l. cum plures. §. cum tutor. & in l. sequenti in principio. D. de administrat. tutorum. & in l. si servus plurium. §. fin. D. de legat. 1. & in l. si cui. D. de an. legat. & in l. sed etsi susceperit. in principio. & in l. si longius. in fin. D. de judiciis.* & ibi notat Gloss. & Bald. *in fin.* bonus text. *in l. plurium. §. Juventius ait D. si usufructus petatur.* Guido *dict. decis. 389.* Paul. *cons. 63. colum. 2. volum. 3.* facit & text. *in l. in patrem. in fin. D. de religios. & sumptu. funerum. l. honor. municipalis. D. de muneribus & honoribus. l. habitatio. D. de ventre in poss. mit. & in l. quæro. D. de jure dot.* text & Gloss. *in cap. Episcopus. & in cap. de multa. de prabend.* Felin. *in cap. cum omnes. colum. 4. de constitut.* ubi Gloss. *l. Filia pater. D. de legatis. 3. l. testamento. in fin. D. de condit. & demonstr. & in l. 2. C. de vest. olo. & aurat. libr. 11. l. ad vestimentum. ad fin. D. de peculio.* facit text. cum Gloss. *in cap. non cogantur 41. distinct.* quem commendat Dec. *in cap. de monachis, de prabend.* & sic qui gerit se pro nobili in omnibus actibus, præsumitur nobilis, Platea *in l. 1. colum. fin. & quæst. fin. de dignitatibus. lib. 12.* ibi, *non autem sufficeret.* & nobilis debet ire eques & non pedibus. Bald. *in cap. cum adeo. in fin. de rescripto. & in l. 2. Cod. de prædiis naviculariorum. libro 11.* ubi Platea 6. *notab.* idem *in proœmio decretal.* bona Glossa *in l. Titia. Paragrapho fin. D. de auro & argento legat.* quem text. cum *dict. l sed etsi susceperit,* commendat Paul. *dict. cons. 63.* facit & text. *in capit. 1. de donationibus.* ubi Barbat. *notab. 1.*

Fama etiam probat nobilitatem; & licet per se in aliis casibus non faciat fidem, ut per Felin. *in cap. cùm oporteat ad fin. de accusat.* Jason. *in l. admonendi. colum. 17. D. de jurejur.* Dec. *in cap. 1. de appellat.* tamen sicut probat filiationem, ita etiam probat consanguinitatem. Felin. *in cap. veniens. O. 1. colum. 2. de testibus.* saltem cum aliis adjunctis, ut per Dec. *in dict. cap. per tuas. colum. antepenult. in fine. & cons. 54. in causa domini.* Bald. *in cap. cùm inter. in fin. verbis. de consuetudine. & in cap. præterea. colum. 1. in fin. de testibus. & in cap. tertio loco. colum. penult. vers. oppono quod non valet. de probat.* 15

Immò & testes de auditu probant hoc casu; ut latè per Anchar. Aretin. & Felinum *in cap. tam litteris. de testibus.* Jacob. à Sancto Georgio, Bartolum & Florianum *in l. si arbiter, colum. 2. versic. in eadem gloss. D. de testibus.* & quamvis testes de auditu non faciant plenam fidem, sed præsumptionem tamen aliquam, ut per Archidiaconum *in cap. Hoc videtur 12. quæstion. 2.* in tantùm quòd transferat onus probandi in alteram partem, Roman. *singular. 312.* refert Felin. *in dict. cap. tam litteris, colum. penult.* Dec. *consilio 172. viso. colum. 2.* idem Dec. *in l. 1. in fin. in 2. lectura. D. si certum petat.* tamen in probanda antiqua, & longinqua re, ut est nobilitas avorum, videtur quod sufficiat, & sit plena probatio. Dec. *d. cons. 321.* Jason. *cons. 114.* facit Gloss. *in dict.* 16

dict. l. in gloss. magna, ad finem. maximè si sint testes vicini, & propinqui; nam tunc nulla alia ratio scientiæ expectanda est, quàm illa, quod sit vicinus, quod sit consanguineus; ista enim est satis superque bona, ut tenet Bart. *in l. de ætate. quæst. 2. D. de probat.* Bald. *in l. testium. colum. fin. Cod. de testibus.* cum aliis similibus, ut tradit Felin. *in cap. litteras. col. 1. versic. ex quibus. de præsumpt.* ubi dicit communem Dec. *in cap. cognoscentes 2. lectura. col. penult. de constitut.* Dec. post Alexand. Jason. & alios, *in l. 1. utraque lectur. D. si cert. petatur.*

17 Appellatio etiam & retentio nominis paterni seu aviti, arguit eos esse de stirpe & progenie generatos, ut mihi videtur probare text. *in l. cum ita §. fin. ibi, quæ cognomine. D. de legat. 2.* licet Paul. aliter intelligat, sicut, qui nomine patris vocatur, esse filius ejus præsumitur, ut est text. memoria dignus *in l. uxorem. D. de manumiss. testam.* quem ad hoc commendavit Bald. *in cap. tuam colum. penult. versic. in secundo casu de ordin. cognit.* & Jas. *in dict. l. nec professio. 2. col. in fin.* & Gerard. *singul. 65. magnum.* de illo text. meminit idem Bald. *in dict. cap. per tuas colum. 1* ibi, *afferuerunt. & in cap. Ex transmissa, col. 2. in principio,* ibi, *quæro, de restit. spoliat. & in dict. l. 1. de probat. 2. notab. & in dict. l. filiorum. col. 2. versic. sed nunquid. in secunda lectura, & in dict. l. nec professio. post principium.* & tamen nomen. Auctoribus Prisciano, Suetonio, ac Cicerone, aliisque linguæ Latinæ cultoribus, familiæ est, non verò proprium, id enim prænomen est, licet gloss. & DD. minùs scienter loquantur *in l. 1. D. de liber. & posthum. & in l. si in nomine. C. de testam. & in §. si quis in nomine. instit. de legat.* Facit etiam quod cùm illi de familia conjuncta familiaritas sit cum alio, tamquam de familia, indicium est intercedentis inter eosdem cognationis, ut dicit notanter Bald. *in l. consentaneum. col. fin. vers. sed an præsumatur. C. quomodo & quando judex sentent. profer. debeat.* sequitur Alex. *in addit. ad Bart. in d. l. pronunciatio. §. familiæ. D. de verborum signific.* & Felin. *in cap. infirmante. col. 3. versic. & quia differentia. de officio deleg.* & dicit subtiliter Aretin. *in cap. in litteris. in princ.* & ibi refert Felin. *in principio 2. col. de testib.* Et auget suspicionem parentelæ talis conversatio, ut per Bald. *in l. parentes. colum. 2. de testibus.* Anton. & Anan. *in cap. cum oporteat. in princ. de accus.* Anchar. *cons. 247. in causa. colum. 2.*

18 Facit & multum pro præsumptione nobilitatis, servitium multorum annorum factum Regi, juxta text. *in l. 1. & 2. C. de privilegiis eorum qui in sacro palat. militant. lib. 12.*

19 Et an Papa possit dare privilegia in terris Imperatorum & Regum, quoad officia sæcularia? vide Joannem Azorium *in suo tractatu institutionum moralium. lib. 5. cap. 22. quæst. 3.*

Et adde quod apud Priscos Romanos legimus observatum, ne quis alienum gentilitatis nomen sibi vendicaret. Sueton. *in Claudio, cap. 15. & c. 25.* meminit Claudius Cantiuncula *in §. legari. instit. de leg.*

Et vide de materia Molinam *de primog. l. 2. c. 14. n. 2.* Valerium Maximum *lib. 9. c. 15. de his qui per mendacium se in alienas familias insinuerunt.*

20 Quamvis autem Budæus *in annotat. prioribus ad Pandect. in l. sed si hac lege. D. de in jus vocand.* dicat, quod natalibus restituere, est nobilitare, id non probamus; est enim natalibus restituere, beneficio Principis, ingenuitatis jus ac dignitatem adipisci: natalia enim sunt jus libertatis, quod natura principio generi humano æquabiliter tribuit, ut alter alterius ne pareret imperio. *l. 2. D. de natalib. restituend.* meminit Plinius Junior. *in epistola quadam ad Trajanum.* & ita qui natalibus restituti erant, eo loco habebantur quasi servi numquam fuissent. *l. 3. D. de bon. liber. l. 4. D. de jur. aur. annulorum.* Scio tamen natales accipi pro nobilitate; inquit enim Sueton. Lectorium deprecatum adulterij pœnam propter natales, id est, majorum suorum nobilitatem. Et videat Lector Catanæum Commentatorem Plinij Junioris *in epistola ad Triarium. fol. 100.*

DECISIO LXXIV.

De Principum Consiliariis,

SUMMÆ.

1. *Princeps Consiliarios habere debet sibi fideles.*
2. *Principum Consiliarij vocantur patricij: & redditur ratio.*
3. *In Principum Consiliarios debent eligi viri optimi, & justi, & contenti suis stipendiis. Ibid.*
   Consiliarij tenentur non solùm bona & justa consulere, sed etiam ea quæ vergunt in detrimentum Regis vel Regni debent impedire & consilia & facta.
4. *Consiliarij Principum si non adimpleverint ea quæ ex officio tenentur, removentur ab officio.*
   Et si propter malum eorum consilium, etiam non dolosum, aliquod damnum illatum est, tenentur illud resarcire in foro conscientiæ & exteriori. Ibidem.
5. *Consiliarius Principis, qui malum consilium dat, incurrit manifestam traditionem.*
   Consiliarius adulator, non consilium sed hostis & deceptor Principis nominandus est. Ibid.
   Consiliarius, qui malum consilium præstat, vel omittit dare bonum, & avertere à malo, in dolo esse censetur, nisi pertinaciter resistat, & protestetur quòd non consentit. Ibid.
6. *Consiliarius Principis non excusatur propter metum Regis, vel in prætextu, quòd ita intellexerit, à solvendo damnum & interesse.*
7. *Princeps non possit aliquem condemnare propter ejus privatam scientiam, etiam ante supremam potestatem adeptam.*
8. *Judex inferior tenetur judicare secundùm allegata & probata, & non secundùm privatam scientiam.*
9. *Princeps inauditum & indefensum condemnare non potest.*
10. *Princeps potest facere, quod sua privata scientia consideretur tamquam publica.*
11. *Consiliarius quantò Regi est proximior, tantò gravius punitur si Regem decepit.*
   Consiliarius Regis potest esse testis in causa Regis remissivè. Ibidem.

REx Consiliarios habere debet sibi fideles, de qua materia vide per Antonium Rovellium *tract. de justit. & injustitia, lib. 3. c. 2.* & Afflict. *lib. 1. constit.* 1

*constit.rub.*45.*à num.*39. Andream de Isernia *cap.*1.
*à num.*8. *hic finitur lex.*

Videndum igitur est, ad quid ratione officij
consiliarij teneantur: deinde qua pœna, si ea
non impleverint; & de modo procedendi con-
tra eos.

2 Et quoad primum dicendum est, non inveniri
expressum in jure civili vel Canonico, ad quod hi
teneantur. Ceterùm ex mente juris id expressit *l.*7.
titul. 18. *part.* 4. inquit enim hos Principis Consi-
liarios vocari patricios, ea ratione, quia quemadmo-
dum pater naturaliter movetur ad amandum fi-
lium, & ad consulenda ea quæ pertinent ad utilita-
tem & honorem filij, nec considerat utrùm id
consilium displiceat filio vel placeat; ita etiam Con-
siliarius Principis debet ipsum amare, & consulere
ea quæ pertinent ad utilitatem & honorem, nul-
la habita consideratione utrùm illud placeat Prin-
cipi, vel displiceat, & desumitur ex mente *auth. de*
mandat. Principum §. *deinde vers. festinabis collat.*3.
quæ præcipit in Consiliarium eligi virum opti-
mum, purum, & justum, & contentum suo stipen-
dio, ut sic bona & justa consulat, nec spe præmij re-
moveatur à consulendo id quod justum est, arg.
*cap.*1. *de re judicata in* 6. Et licet loquatur in Con-
siliario inferioris à Principe, tamen etiam in Con-
siliario Principis eum intelligunt Joannes Andreas,
Hostiens. Anchar. Imol. & Ant. *in cap. quanto de ju-*
rejurand. Paris. *tractat. de Syndicatu. tit. de excessib.*
*Consiliariorum num.*12. Et patet ex eo, quia jurant
bene & fideliter implere consilium Consiliarij, ut
colligitur *ex auth. ut jusjurandum, quòd præstatur ab*
*his,&c. collat.*2. Ordin. *lib.*1. *titul.*2. §. 2. Afflict. *lib.*
1. *constitut. rubric.*45. *num.*57.

3 Item non solùm tenentur bona & justa consule-
re, sed etiam si videant tractari de rebus quæ ver-
gunt in detrimentum Regis vel Regni, debent
impedire, primò consulendo, & dando rationes cur
id fieri non debeat: Item facto, perquirendo vias
& modos, quibus illud non perficiatur, ita *l.*2. *tit.*3.
*part.*2. & ibi Greg. Lopez Aviles *de prætoribus, in*
proœmio pag. 16. *num.* 15. & deducitur ex mente
text. *l. quoniam judices. Cod. de appellat.* & officiales,
qui debent consulere, si videant quid injustum fieri,
debent pertinaciter resistere facto; & si non possunt,
saltem verbo, protestando quòd illud fiat non eo-
rum consilio, faciendo hanc protestationem in
actis scribi, ut ibi notant Bart. & Bald. & idem
probat *l. omnes judices. Cod. de decurionibus lib.*10. &
ibi Platea *ad fin.* tradit notabiliter Bart. *tractat. re-*
*pressaliorum quæst.*6. *numero* 4. Alexand. *consil.* 1.
numer. 10. *lib.*3. Cæpol. *caut.*215. Dec. *consil.*8. *nu-*
mer. 2. *cum simil. lib.* de quibus per Caguol. *l. diem*
*functo num.*55. *D. de officio assessorum.*

Item debent etiam consulere ea quæ fieri pos-
sunt, ne aliàs Rex inutiliter absumat facultates
Regias, & tempus *l.*9. *titul.*15. *part.*2. & ibi Gre-
gor. Lopez.

4 Quoad secundum, ea invenitur imposita pœna,
ut removeatur ab officio *auth. de mandat. Princip.* §.
deinde versic. festinabis collat. 3. Hostiens. Joannes
Andreas, Anchar. Imol. & Ant. *in dict. cap. quanto de*
jurejurand. Paris. *d. tract. de syndic. titul. de excessibus*
*Consiliariorum num.*12. Item si propter malum eo-
rum consilium aliquod damnum illatum est, tene-
tur in foro exteriori & conscientiæ illud resarcire.
Panorm. *in cap. sic dignum ad fin. de homicidio.* quia
licet quis propter consilium non dolosum regulari-
ter non teneatur, *cap. nullus de reg. jur. in* 6. secus
tamen est in eo, qui ratione officij tenetur consule- 5
re; nam is ratione consilij etiam non dolosi te-
nebitur. *l.* 2. *D. quod quisque jur.* & ibi gloss. Paul.
& Alexand. & inquit text. *in cap. bonæ rei* 12.
*quæst.*2. quòd bonæ rei dare consilium, & præsentis
habetur vitæ subsidium, & æternæ remunerationis
expectare cernitur præmium. Ergo per contra-
rium, dare malum consilium, in hac vita & in alia
punitur.

Ceterùm *lib.* 5. *titul.* 9. *part.* 2. probat Consi- 5
liarium Regis, qui malum consilium dat, incurrere
manifestam traditionem. Afflict. *lib.*1. *constit. rub.*
45. *numer.*49. & Consiliarius adulator, non consi-
liarius, sed hostis est nominandus, & est esca per-
ditionis, *cap. clericus*, 46. *distinct.* & meretur
pœnam secundùm damnum quod successit prop-
ter malum consilium datum Principi, & vide Gel-
lium *noct. Atticarum c.*5. & confirmari potest, quia
hi amittunt nomen Consiliarij, & dicuntur po-
tiùs deceptores Principum, *cap. quanto*, & ibi Panor-
mitanus 1. *notab. de jurejur.* deceptio autem do-
lum includit. *l.* 1. §. 1. *D. de dolo.* præterea præ-
sumitur quòd aut ille dedit malum consilium, quod
Princeps secutus est. *l. quoniam. C. de appellat.*
Angel. *de maleficijs verbo, de consensu numer.*5. vel
etiam quòd non conatus est eum avertere à malo
consilio, propter quod in dolo esse censetur. *l. si*
procuratorem. §. *dolo & l. dolus est. D. mandat.* Fe-
lin. *in cap. si autem col.*1. *de rescriptis.* & in malè
gestis faciens in universitate habetur pro consen-
tiente, cùm ex officio suo teneatur consulere, arg.
l. de ætate §. *qui tacuit D. de interrogator. actione.*
Panormitan. *cap.*1. *num.*13. *de his quæ fiunt à majori*
parte cap. Alexand. *in l. quæ dotis num.*27. *D. soluto*
matr. & Sapia *in l. diem functo D. de officio assessor.* in-
quit, omne factum vel neglectum per ordinarium
adscribitur assessori: & hinc est juris præsumptio,
quòd Princeps fecit injustum culpa Consiliarij.
gloss. fin. *in l. diem functo D. de officio assessor.* com-
muniter recepta ex Jas. *ubi num.*3. extollit Rom. *sin-*
gulari 285. Platea *in l. judices num.*3. *Cod. de ann. &*
*tribut. lib.*10. Nec obstat, quòd dolus in dubio non
præsumitur, *l. quoties* §. *qui dolo D. de probat.* quia ex
consideratione, de qua suprà, vel credendum est ma-
lum consilium dedisse, vel etiam omisisse, dare bo-
num, & avertere à malo, propter quod in dolo esse
censetur, ut advertit Purpurat. *in tract. de officio asses-*
*sor. num.*236. Et ideò Paul. *in l. diem functo num.*8.
D. de officio assessor. admonet, quòd Consiliarius pro-
testetur, quòd non consentit in ea re, Decius *cons.*8.
num. 2. quod ita explicatum est, ut oporteat priùs
pertinaciter resistere, deinde si aliud non possit,
verbo protestari in scriptis, juxta *l. quoniam judices*
in fin. Cod. de appellat. notat Angel. *de maleficijs ver-*
*bo, de consensu num.*3.

Nec excusari poterit ex eo, quòd timuit Regem, 6
quia, ut ait August. *in cap. nemo* 2. *q.* 3. melius est pro
veritate pati supplicium, quàm pro adulatione be-
neficium, & Consiliarij debent esse liberi, & libe-
rum dare consilium, *cap. fundamenta de elect. lib.*6.
Bald. *in tract. de schismate.* nec etiam eo prætextu,

quòd ita intellexerint; nam cùm se profiteantur esse peritos in ea arte consulendi, de imperitia tenentur, saltem quoad solvenda damna & interesse. *l.a. D. quod quisque juris.* & ibi gloss. Paul. & Alexand.

7 Quoad tertium advertendum est, quòd Princeps non potest aliquem condemnare propter scientiam privatam; quia quemadmodum sententia fertur auctoritate publica, ita etiam debet ferri propter publicam scientiam, quæ ex actis publicis colligatur: aliàs peccabit Princeps, & qui ejus jussa fuerit executus. Cajetan. *in summa verb. homicidium.* Navarr. *in manual. cap.25. num.9.* & est elegans gloss. magna in Extravag. *rem novam, de dolo & contumac. inter communes col. fin.*

8 Sed urget in contrarium, quia licet judex inferior debeat judicare secundùm allegata & probata, & non secundùm privatam scientiam, *l. illicitas, §. veritas D. de officio præsidis.* tamen supremus Princeps potest judicare secundùm privatam conscientiam. Bart. *in l.1. in fin. C. quæ desunt advocat.* Felin. *in cap. pastoralis §. quia vero numer.33. de officio delegat.* & alij relati per Menoch. *cons.92. numer.8.* & probat Ord. *lib.3. titul.66. in princip.* & non secundùm allegata & probata Jas. *in §. sed ista numer.126. & in §. si minus numer.15. ad finem. institut. de actionibus.* Item secundùm illam privatam conscientiam, quàm habuit antequam adipisceretur supremam potestatem. Dec. *cons.463. num.26.* Boss. *tract. de partu supposito num.37. pag.156.* ubi hujus rei notabile refert exemplum.

9 Dicendum tamen est, quòd Princeps inauditum & indefensum condemnare non potest, quia hoc est contra jus naturale, cui ipse derogare non potest. Clem. *Pastoralis. §. Ceterùm de re judicat.* sed postquam partem audivit potest judicare secundùm propriam conscientiam, nihil curans de scientia publica, quæ resultat ex actis, ut esse receptum asserit Covarr. *resolut. lib.1. cap.1. numer.7. ad fin.* Nec obstat ratio suprà allegata in contrarium; nam respondetur, jus naturale dictare sententiam ferri secundùm veritatem. Deut. *cap.7.* & Exod.23. *cap. per venerabilem qui filij sint legit. l. rem non novam. C. de judicijs.* Instrumenta autem & testes ad eum finem diriguntur, ut veritas fiat judici manifesta. Judex ergo subditus legibus, tenebitur stare probationi veritatis, quam lex induxit, ceterùm Princeps si certus sit de veritate, poterit huic legi derogare, & constituere, quòd judicetur secundum veritatem sibi compertam, ut est de mente Ordin. *lib.3. titul. 66.* & Covarr. *ubi sup.*

10 Item & secundò, Princeps potest facere quòd sua privata conscientia consideretur tamquam publica; cùm quidquid sibi placuerit, legis habeat vigorem. *§. sed & quòd Princips placuit, instit. de jur. natur.* & est de mente Bart. *in l.1. in fin. Cod. ut quæ desunt advocat.* explicat Purpurat. *in l.1. num.154. D. de officio ejus.* Caveat tamen Princeps, ne sua conscientia sit malè informata. *cap.1. de re judicat. lib.6.* Martin. Laudens. *tract. de Principe conclus.41.* Boss. *tract. de Principe num.77.* nec hoc faciant nisi raro, & cum magna causa, facit Ordinat. *lib.1. titul.98.*

11 Et nota, quòd Consiliarius quantò Regi proximior est, si Regem decipit, tantò graviùs punitur. *cap. consideret, de pœnitent. dist.5. cap. Princeps cap. Principum de pœnitent. dist.3.* Cosmas *in pragmat. titul. de num. & qualit.* Card. *§. sicut in gloss. verbo, moribus.*

Et nota etiam, quòd Consiliarij Regis admittuntur in testes in causa Regis. DD. *in cap. ex litteris.* ubi Felinus *de testibus.*

DECISIO LXXV.

An Rex obligetur ex contractu inito cum subdito?

SUMMÆ.

1. *Rex non potest sine causa revocare contractum initum cum subdito, vel privilegium concessum in modum contractus, & num.4.*
   Idem dicendum in successore ratione contractus gesti a prædecessore. Ibid.
2. *Quod tamen fallit multis modis, de quibus remissivè.*
3. *Fallit etiam si ex nova causa superveniente, vel ob enorme præjudicium Coronæ, vel propter bonum publicum Rex contractum aut privilegium revocet, aut limitet.*
   Et quando dicatur enorme præjudicium, judicis arbitrio relinquitur. Ibid.
5. *Causæ supervenientes illæ esse possunt, ex quibus donationes perfecta etiam jure revocari possunt, & num.7.*
6. *Fallit etiam quando ex post facto privilegium capit esse nimis damnosum ipsi concedenti, vel regno, aut reipublica, & num.9.*
8. *Quod maximè procedit, quando tempore concessionis causa ex qua damnum aut præjudicium resultat, nondum extabat.*
10. *Donationes a Rege facta etiam ob benemerita possunt ex causa superveniente revocari, vel modificari.*
11. *Rex Alfonsus V. limitavit privilegia, quæ concesserat super exemptione de solvendis jugeribus.*
12. *Sic etiam Rex Joannes I. donationes, quas fecerat tempore belli.*
13. *Rex potest etiam revocare donationes, vel privilegia concessa per legem generalem, nec hoc casu requiritur specifica illorum derogatio.*

REx obligatur ex contractu inito cum subdito, & adde quòd non solùm Rex ipse, qui 1
contractum fecit, aut privilegium in modum contractus concessit, non potest illud revocare; sed nec successor, qui potiùs tenetur stare contractui prædecessoris. Aret. *in cap. novit. num.28. de judicijs.* ubi allegat Cyn. & Bald. Duenh. *reg.293.* Boër. *decis. 204. num.24.* Adde, quòd etiam de plenitudine potestatis non potest sine causa revocare. Paul. *in l. digna vox. C. de legib.* Bald. *in cap.1. §. ad hæc.* ubi gloss. *de pace juram. fir.*

Sed fallit hæc traditio multis modis, quos ponit 2
idem Duenhas.

Fallit etiam, nisi ex causa superveniente Rex con- 3
tractum aut privilegium revocet, quia tunc potest revocare, ita expressè Aret. *ubi sup. n.28.* & Felin. *in c.1. col.5. n.6. de don. & in c. novit. col.10. vers. declara*

hanc limitationem. & idem tenuit Paulus de privilegio immunitatis, quod posset ex nova causa Princeps revocare, etiamsi per pecuniam concessisset, *in l. 1. Cod. de libert. & eorum lib.* quod ad privilegium simile, etiam non subdito ita concessum, extendit Bald. relatus à Felin. *in cap. novit. col. 9. vers. nonò & ultimò limita.* licet ibi subdubitet. Denique ex causa, id est, ob enorme præjudicium Coronæ, vel propter bonum publicum, potest Rex successor alterare contractum, revocare, aut limitare donationem, latè Felin. *in cap. 1. de probat.* Anton. Gabr. *communium opinionum. lib. 3. de jure quæsito non tol. per statum.* Molin. *de primog. lib. 4. cap. 3. à numer, 171.* & quòd dicatur enorme damnum relinquitur arbitrio judicis, ut in simili Menoch. *de arbitrariis lib. 2. centur. 1. casu 74.*

4 Quod in omni contractu censuit Roman. *cons. 369. circa primum col. 6. num, 27.* & quòd ex causa Princeps posset venire contra contractum suum, tenuit etiam Socinus *consil. 4. super quæst. col. 3. vers. Taliter.* allegat Anton. & Imol. *in cap. quæ in Ecclesiarum. de constitut.* & DD. *in l. fin. Cod. si contra jus vel utilit. public.* idem etiam tenet Tiraq. *de pæn. temper. in præfat. num. 41. cum aliis.* quem legito.

5 Hæ verò causæ possunt esse illæ, aut quælibet illarum, ex quibus donationes perfectæ jure possunt revocari, ex Felin. *in dict. cap. novit. col. 2. vers. quarto limita.*

6 Item alia potest esse causa, nempe quando privilegium ex post facto cœpit esse nimis damnosum ac nocivum ipsi concedenti, & multò magis si regno aut Reipublicæ noceat, ex Aretino *in d. cap. novit. col. 4. num. 25.* & ibi sequitur Fel. *col. 7. vers. secundò limita.* & consuluit Paul. *cons. 386. primò dicendum lib. 1. ad finem.*

7 Et hujus rei ea ratio videtur esse, quia Rex quibus rationibus potest revocare perfectas donationes à se factas, eisdem potest etiam revocare ejusmodi privilegia, ut suprà diximus. Ceterùm donationes à se factas revocare potest, ubi ex post facto incipiunt esse sibi nimis damnosæ, & enorme præjudicium afferre, Bart. *in d. l. prohibere, §. planè.* Spec. *tit. de instrumentorum edit. §. nunc autem, numer. 11.* & ibi Bald. *in addit.* Ferrar. *in sua pract. ubi suprà, num. 11.* Molin. *de primog. lib. 1. cap. 3. nu. 17. & 18.* Duenh. *reg. 293. limitat. 4.* Ergo pari ratione revocabit talia privilegia, quæ posteaquam sunt concessa enormiter lædunt, & offendunt concedentem.

8 Quod maximè procedit, ubi tempore concessionis, causa ex qua damnum aut præjudicium procedit ac resultat, nondum extabat, sed de novo emersit. arg. text. notab. *in cap. quanto de censib. cap. ex multiplici. 12. de decimis.*

9 Et multò magis procedet, ubi talis donatio aut privilegium incipit enormiter lædere non solùm ipsum Regem concedentem, sed etiam regnum, aut aliquam civitatem, aut Rempublicam, quia utilitas publica semper præferenda est privatæ; & ideò si propter præjudicium privatum Regis revocatur, multò magis propter præjudicium regni aut Reipublicæ, quòd est publicum. Quod nota: & vide DD. *in l. fin. C. si contra jus, vel utilitatem public.* & Socin. *d. cons. 4.*

10 Et ex supradictis infertur, quòd donationes à Rege factæ etiam ob benemerita, possunt ex causa superveniente revocari, ut concludunt Bart. & Felin. *in cap. 1. in principio de probat.* & multò magis possunt modificari, & consuluit Rom. *cons. 98. quoad id colum. fin. q. 2.* ubi defendit quòd donationes à quodam Rege factæ poterant modificari: et idem latiùs scribit Palat. *de donationibus factis a Rege Castella Henrico, in repetit. rubric. col. 400. vers. ex his infertur.* ubi concludit, eas donationes potuisse revocari, & modificari, propterea quòd essent immensæ.

Sic Rex Portugaliæ Alfonsus V. limitavit quædam privilegia, quæ concesserat super exemptione de solvendis jugeribus (quæ *jugadas* dicuntur) quia postea procedente tempore cœperunt enorme & grande præjudicium afferre ipsi Regi & ejus Coronæ, ut erat in Ord. antiqua, *lib. 2. tit. 36. §. 19. incipit, Outro si por quanto,* quæ nunc abrogata est, & declarata *in nova recopil. lib. 2. tit. 33. §. 28. & 29.* 11

Sic & donationes factæ per Regem Joannem I. Portugaliæ, tempore bellorum, limitatæ & declaratæ postea per illum fuerunt, quia erant præjudiciales regno & Coronæ Regiæ, ut in Ord. *lib. 2. tit. 35.* 12

Limita etiam ex alia causa posse Regem revocare tales donationes, scilicet statuendo, sive legem condendo generalem; quia Princeps potest auferre jus privatorum, statuendo generaliter, ut latè per Alex. *cons. 109. visis his, lib. 3. & cons. 189. Mature lib. 2.* latè Gom. *in reg. de non tollendo jure quæsit. qu. 15. vers. Sed his non obstantib.* optimè Guido Papæ *cons. 165.* Et iste est unus modus, quo Princeps potest revocare privilegia, & donationes à se, vel antecessoribus concessas, scilicet per viam legis generalis, de quo vide Palat. *cons. 327. Prædic lib. 1.* & Isern. *in cap. 1. §. fin. num. 8. de Capitan. qui cur. vend.* nec tunc requiritur specifica derogatio privilegiorum, quia fit per viam legis, ut habetur *in l. fin. Cod. si contra jus vel util. public. & in cap. nonnullis.* ubi plenè Felin. *de rescriptis.* Ordin. *lib. 2. tit. 45. §. 41. & aliis.* 13

DECISIO LXXVI.

An Rex possit esse judex in causa propria?

SUMMÆ.

1. *Rex sive Princeps non recognoscens superiorem potest esse Judex in causa propria, quando litigat cum subdito & n. 2. & 4. secus tamen quando litigat cum non subdito, quo casu recursus haberi debet ad Summum Pontificem num. 4.*
3. *Intelligitur dictum Salyc. in l. ab hostib. col. 2. & 3. D. de captivis & postlim. revers.*
5. *Rex potest cogere subditos ad succurrendum ei, in nova acquisitione alicujus terræ, præsertim ipsis contigua.*
6. *Rex an cogatur habere curatorem ante vigesimum quintum annum, remissivè.*
7. *Et in ea ætate administrans, si in aliquo contractu decipiatur, an sit restituendus?*
8. *Rex ante vigesimum quintum annum potest regnum administrare, etiam vivente patre, de consensu tamen illius: & multa de Rege minore, remissivè.*

9. *Rex non potest relinquere Regnum alij, excluso proximiore, cui successio debetur.*

1 REx, sive Princeps non recognoscens superiorem potest esse Judex in causa propria, quando litigat cum subdito; non autem quando litigat cum non subdito: secundùm Socinum *cons.* 121. *cum in praesenti col.*7. *num.*16. *vol.* 1. ubi ad hoc dicit esse casum valdè notabilem *in cap. novit. de judiciis.* & ibi dicit etiam hoc ponderare Abbatem modernum, sequitur Marant. *de ord. judic 6. part. in* 2. *actu de appell. num.*34. *in* 5. *causa recusationis.* & ibi, *num.*33. addit quòd etiam quando litigat cum subdito, & potest esse Judex, debet tamen eam delegare alij, ex Andr.de Isern.quem citat. de quo vide Abb. *in cap. cum venissent, num.*13 *de judic.* & illud primum dictum tenet Abb. *in d. cap. novit. num.*16. quia tamen dicit non probari ex eo text. sed esse dictum satis rationabile, nempe quia nemo potest praescribere contra summam potestatem Papae, ut non sit illi subjectus, quia aliàs esset acephalus, quod esse non debet, & faciunt quae idem Abb. adducit *ibid. nu.*13 *vers. respondetur.* idem sentit ipse Abb. *in cap. cùm venissent, num.*6. *ad finem de judic.* sequitur & commendat Alexand. *numer.* 4. & Jas. *num.* 5. *in l. est receptum, D. de jurisd. omnium judicum.*

2 Nec obstat, quòd communiter dicitur, Principem non recognoscentem superiorem posse esse Judicem in causa propria, secundùm glossam, Abb. Dec. *num.*5. *in d. cap. cum venissent, de judicijs.* Bart. & alios per illum text. *in l. proximè, D. de his quae in testam. delentur.* Bald. *in l.* 1. *num.*2. *ad fin. Cod. ne quis in sua causa judic.* per *l. & hoc liberum. D. de hered. instituend.* sequitur Navarr. *in cap. novit, not.*3. *numer.*49. *de judicijs.* quoniam hoc limitatur modo supradicto, scilicet, procedere quando Princeps cognoscit inter subditos, vel litigat cum subdito: secus quando cum non subdito, quia tunc non potest esse Judex in causa propria, ita limitat Abb. *in d. cap. cum venissent. d. num.*6. ubi se refert ad idem quod scripsit *in d. cap. novit. num.*16.

3 Nec obstat quod tradit Salyc. *in l. ab hostibus col.* 2. & 3. *Cod. de cap. & postliminio revers.* quatenus resolvit, quòd non recognoscens superiorem, ubi vult movere guerram contra alium etiam non recognoscentem, non tenetur adire judicem, quia non est, qui possit sibi jus dicere, si modò pro comperto habeat se justam causam habere. Ad hoc enim respondetur, procedere in eo Principe, qui civitatem, vel aliquam terram vult recuperare existentem intra limites Regni sui, in quo ipse non recognoscit superiorem; secus ubi. sit extra ipsius regnum, quia ibi habet superiorem, & ideò quia litigat cum non subdito, non potest esse Judex in causa propria, sed tenetur sequi forum rei. Ita puto secundùm praedictam communem, de qua *in d. cap. novit.* & *in d. l. est receptum.*

4 Sed cogita, quia dicti Doctores tantùm dicunt, quòd non possit esse judex in causa propria, non tamen plenè dicunt, quis debeat aut possit esse judex, cui debeat se submittere ille non recognoscens superiorem: quo casu potest accedere illa consideratio, an sufficiat si jubeat viris litteratis non suspectis, ut de Jure sibi respondeant, maturo ac diligenti adhibito studio, quid sit tenendum: de quo vide Franciscum à Victoria *in relect. de jure belli.* dicendum tamen est, quòd hoc casu ad Summum Pontificem recursus haberi debeat, *cap. novit. de judic. cap. per venerabilem. qui filij sint legitimi. Clement. pastoralis de rejud.* tradit multa Marcus Anton. Peregrin. *de jur. fisci lib.* 1. *tit.*2. *num.*31. & 33. quem vide.

Sed quòd debeat convenire non subditos coram judice eorum, & quòd non liceat illis movere bellum, quantumcumque injustitiam ab eis patiatur, tenet expressè Bald. *in l.* 7. *col.* 2. *versic. item nota quòd ficut. Cod. de servitut. & aqua.* & allegat Innocent. *in cap. olim causam de restit. spoliat.* & Bald. *ubi supra num.*71. subdit, quòd non est licitum bellum invasionis, nisi auctoritate judicis, praecedente sententia, allegat *l. prohibitum de jur. fisci*, & *l. fin. C. de bonis vocant. lib.*10. 5

Nota etiam, an Rex possit cogere subditos ad succurrendum ei in nova acquisitione alicujus terrae, ipsis praesertim contiguae: & dic quòd sic, ut plenè & singulariter consuluit Oldrad. *cons.*104. *circa propositam quaestionem*, ubi contendit eos ad hoc etiam de jure teneri, quia per hoc dominus fortior, & ditior erit ad defendendum subditos, & idem tenet plenè Guido Papae *quaest.*57. sequitur Guilhelm. *verbo, & uxorem decis.*4. *num.*10. *in cap. Rainutius de testament. fol. mihi* 91. *verso.* 6

An etiam Rex ante vigesimum quintum annum cogatur habere curatorem? vide per Guilhelmum *ubi supra. verbo, adjecta impuberi. a numer.* 41. 7

Et quid si in ea aetate, sine curatore administrat, & in aliquo contractu decipitur, an restituatur? dic, quòd sic, secundùm eumdem Guilhelmum *ibid. num.*57. 8

Et *ibi, num.*5. quòd Rex ante vigesimum quintum annum potest administrare. Et quòd Regnum potest filios administrare de consensu patris, vivente patre. *ibi. num.*54. ubi plures casus, in quibus ita contigit, refert, & in verbo, adjectae, vide multa de Rege minore.

Rex verò decedens non potest relinquere alij Regnum, excluso proximiore, cui successio debetur, ut probatur ex *cap. unico de successione feudi.* tradunt Joan. And. & Anchar. *in cap. grandi de supplenda negligentia praelatorum. lib.*6. Abb. *in cap. intellecto nu* 5. *de jurejur.* Corset. *de potest. Regia* 2. *p. quaest.*8. *num.*6. Guilhelm. *ubi supra, verbo, in eod. numer.*155. Cost. *in quaest. patrus, & nepot. pag.*150. Peralt. *in l.* 3. *§. qui fideicommissaria numer.* 36. *D. de hered. instituen.* Molin. *lib.*3. *cap.*6. *num.*13. *de primogenijs.* his adde Pelaes *de majorat.*4. *p. q.*1. *n.*46. Soto *de just. & jure qu.*4 *art.*1. 9

DECISIO LXXVII.

De confirmatione Regis circa aliquem actum.

SUMMAE.

1. *Rex seu Princeps regulariter potest confirmare actum nullum ex defectu juris positivi.*
2. *Princeps potest ex certa scientia confirmare donationem*

2. *tionem à patre factam, & nullam ex defectu insinuationis, etiam in prajudicium aliorum filiorum; quod intellige ut num. 4. & 5.*

Solemnitas insinuationis est de mero jure positivo, quod est Princips arbitrarium. Ibid.

3. *Obligatio à principio invalida ex defectu Regalis consensus, ex post facto potest confirmari ab ipso Rege, quod intellige ut num. 6.*

4. *Princeps non potest cuiquam prejudicare in jure quasito, nec illud auferre sine causa.*

Princeps regulariter non potest validare scripturam carentem legis solemnitate, & ita nullam, si ex ea solemnitate jus sit quasitum tertio. Ibid.

5. *Princeps potest, confirmare actum nullum defectu juris positivi, etiamsi in eo prajudicet alicui in jure quarendo, & num. 8.*

6. *Senatus arrestum in hac materia.*

7. *Intelligitur dictum glossa verbo, Confirmandam, in cap. venient, de transaction. & numer. 9. & 10.*

8. *Confirmatio actus invalidi facta in forma communi non operatur validitatem, quoad tertij prajudicium: secus si fiat in forma specifica, ex certà scientia, & cum causa cognitione.*

9. *Princeps non potest alicui prajudicare in jure quasito, eo invito; bene tamen potest eo consentiente.*

10. *Pactum de futura hereditate potest confirmari à Principe de consensu partium, & ita fuit judicatum.*

1 REx, vel Princeps regulariter potest confirmare actum nullum, ex defectu juris positivi, ut per gloss. *verb. confirmandam in cap. veniens de transactionibus.* Abbas *in cap. per venerabilem numero 12. qui filij sint legit.* latè confirmat Castal. Restaurus *de Imperatore. quast. 110. casu 273.* & est Ordinatio *lib. 3. tit. 5. §. 1.* in specie. Vantius *de nullitat. sentent. fin. part. numero 24.* ubi multa allegat, *in versicul. potest namque Princeps.*

2 Hinc est, quòd Princeps ex certa scientia confirmare potest donationem à patre factam non insinuatam, & ita aliàs nullam ex defectu insinuationis: & valet tale rescriptum, etiam in præjudicium filiorum, quibus erat jus quæsitum spe probabili, ut notanter consuluit Abb. *consil. 84. illud in summa vol. 1.* sequitur & commendat Rebuff. *ad regul. Cancell. reg. 17. pag. mihi 461. vers. intellige in his.* ubi subdit, hoc ideò esse, quia scilicet ista solemnitas insinuationis sit de mero jure positivo, quod est Principi arbitrarium, secundùm Rebuff. *ibidem.* & Alciat. *de prasumpt. regul. 3. prasumpt. 2.* dicentes, quòd in his quæ sunt Principi arbitraria, benè potest tollere jus alterius.

3 Hinc etiam scripsit Afflict. *decis. 285.* quòd obligatio à principio invalida ex defectu Regalis consensus, potest ex post facto confirmari ab ipso Rege.

4 Sed tu hæc omnino intellige, nisi Princeps in præjudicium tertij id faciat, & illi præjudicet in jure jam quæsito, quod sine causa cuique auferre non potest: unde non potest regulariter validare scripturam carentem legis solemnitate, puta, quia non originale est, sed tantùm exemplar; quia ex hujusmodi nullitate quæsitum est jus tertio, ne scilicet ex tali scriptura obligetur. Ita Pinel. notabiliter *1. part. rub. C. de rescind. vend. num. 13. vers. infertur ex ijsdem fol.* 10. post Abb. Felinum. Dec. quos citat *in cap. 1. de fide instrument.* Afflict. Sed Felin. & Dec. cum Abb. loquuntur in exemplari, dicentes, quòd Princeps non potest concedere, ut illi detur plena fides non ostenso originali; quia probatio exemplaris est nulla, & quæsitum est jus illi contra quem productum est, ne ex eo obligetur vel condemnetur; & ideò Princeps non potest in ejus præjudicium supplere talem probationem efficiendo validam & authenticam scripturam, quæ talis non est, secundùm Pinel. *ubi supra.* Aut potiùs, ut ego existimo, quia est jus quæsitum parti ipsi, ex lege, qua prohibetur, ne exemplari credatur, quam legem Princeps in ejusdem partis præjudicium absque justa causa relaxare aut derogare non potest.

Diversum tamen est in jure quærendo, cui Prin- 5
ceps potest præjudicare confirmando actum nullum ex defectu juris positivi. Dec. *cons. 269 num. 8. & 9.* jus enim quærendum faciliùs tolli potest, quàm quæsitum: & ita procedit quod inquit Abb. *d. cons. 84.* quia ibi nondum erat jus quæsitum filiò in bonis paternis in vita patris, nec constabat quòd donatio esset inofficiosa, & aliàs nulla, nisi tantùm ex defectu insinuationis.

Sic etiam accipiendum est quod dixit Afflict. *d.* 6
dec. 285. Nam ibi statuit, quòd si Rex consentit alienationi feudi, tempore quo feudum est alienantis, valebit consensus; secus si tempore quo erat jam alterius, nempe heredis ipsius alienantis, quia tunc non nocebit Regius consensus, & ita sentit, quòd alienatio, seu obligatio à principio invalida ex defectu Regij consensus, benè potest confirmari à Principe in præjudicium ejus, qui se obligavit, & etiam successoris in feudo, cui nondum erat jus quæsitum, sed jus quærendum; secus si eidem successori erat jus jam quæsitum.

Facit quod in casu simili decrevit Senatus. Cùm 7
enim N. filius naturalis, à matre impetrasset donationem legitimæ, quam se habituram ab eo sperabat, si is præmoreretur; nec ea donatio valeret, ut pactum de futura successione à jure improbatum: filius à Rege illius confirmationem obtinuit, nullo alio matris interveniente consensu, quàm eo qui ex donationis scriptura apparebat, filio postea mortuo satis opulento, mater egit ad rescissionem illius renuntiationis, seu donationis, & non obtinuit: & contra eam lata est sententia. In causa quadam de Dom. Luis de Cordua contra Donam Ines de Castro uxorem Doni Antão de Noronha Proregis quondam Indiæ, Scriba Petro Almirante.

Sic item accipi debet dictum glossæ, *verbo, Con-* 8
firmandam in cap. veniens, de transact. & aliorum ejus sequacium suprà relatorum, quatenus dicit, quòd Princeps potest validare actum aliàs invalidum ex defectu juris positivi, ut procedat etiamsi præjudicet alicui tertio de jure quærendo: secus si præjudicet in jure quæsito, quia tunc ei non nocebit talis confirmatio, quo casu loquitur Pinel. *ubi sup.*

Intellige etiam gloss. doctrinam procedere in con- 9
firmatione facta in forma specifica, quæ fit ex certa scientia, & cum causæ cognitione: & ita loquitur Abb. *d. cons. 84.* secus in ea quæ fit in forma communi, quia talis confirmatio non operatur validitatem

tem quoad tertij præjudicium, ut optimè declarat Alexand. *cons.* 123. *scripsi col.* 6. *num.* 18. *lib.* 4. quem sequitur, & commendat Vantius *ubi supra d. numer.* 24. *vers. & nota*, & ibi citat Dec. *cons.* 534. *col.* 2. ubi voluit, quòd in dubio præsumendum sit, quòd confirmatio facta fuerit ex certa scientia, itaque id intelligendum est, ubi nullitas fuit ipsi confirmanti expressa, aliàs si putasset validam, sed pro firmiori munimine roboraret, confirmatio illa non tolleret nullitatem, ut declarat Abb. *in cap. inter dilectos col.* 4. *de fide instrumentorum.* & Dec. *cons.* 531. *visa donatione col. pen. vers. primò quia.*

10 Intellige etiam procedere, ubi tertius ille consentit, cui præjudicium infertur; quia licet Princeps non possit præjudicare juri alicui quæsito absque causa eo invito, bene tamen potest eo consentiente, ut probat text. *in l.* 2. *D. de natal. restituend.* ubi Princeps non facilè solet libertum natalibus restituere, nisi consentiente patrono, & idem probat text. in *l. nec filio D. eod.*

11 Unde benè confirmat Princeps renuntiationem & donationem à matre factam filio naturali de legitima, quam in bonis filij se sperat habituram, quæ in scriptura conventionis voluit eam valere, etiamsi esset pactum de futura successione à jure reprobatum, non obstantibus omnibus legibus, constitutionibus, statutis, consuetudinibus, & alijs juribus in contrarium facientibus; quia per hoc videtur ipsa mater consensisse, ut Princeps confirmaret. Et ita judicatum fuit in processu, de quo suprà. Et vide superiùs, *decis.* 1. & 2.

DECISIO LXXVIII.

An Princeps vivere debeat suis legibus.

SUMMÆ.

1. *Rex, Princeps, & quilibet Monarcha suis legibus tenetur obedire, quoad vim directivam, non verò quoad vim coërcivam.*
2. *Princeps dispensando contra legem in præjudicium alterius, vel eam relaxando in partem, etiam in his quæ sunt juris positivi, peccat; nisi id faciat ex justa causa.*
3. *Superiores nostri non habent dominium absolutum ad disponendum de bonis nostris, aut vita, nisi quatenus fuerit necessarium ad Republicæ utilitatem.*

1 REx & Princeps, quilibet etiam Monarcha subditus est legibus suis, & tenetur illis obedire, quoad vim directivam, licet non quoad vim coërcivam, secundùm D. Thom. 1. 2. *quæst.* 96. *art.* 5. sequitur Navarr. *in rub. de judicijs num.* 100. *fol. mihi* 98. & dicit probari per text. *in cap. cùm omnes. de constit.* & ibi notatur per Decium, idem Navarr. post Dominicum. *in cap. si quando de rescript.* 7. *except. pag.* 25. & Soto *de justit. & jur. lib.* 1. *quæst.* 7. *art.* 7. *col.* 3. & probatur per text. *in cap. justum est* 9. *distinct.* Justum, inquit, est Principem legibus suis obedire, quod non solùm ad honestatem, sed ad justitiam referendum dixit ibi Dom. quem sequitur Navarr. *ubi supra d. pag.* 25. Rebuffus 1. *tomo ad ll. Gall. in proœmio num.* 54. Intellige autem de justitia, quoad vim directivam, ut suprà dixi, quia à se ipso potest unusquisque dirigi: & æquissimum est, Principem sequi illa, quæ veluti rationi consentanea facienda esse statuit: in quem sensum accipit illum text. *in d. cap. justum.* Soto. *ubi supra* allegans illud Sapientis dictum: *Patere legem, quam ipse tuleris d. cap. cùm omnes de constitut.* & quòd quisque juris in alterum statuit, eo uti debet, ut *in rubrica, & per totum. D. quod quisque juris.* & illam Christi doctrinam, *Qui dicunt, & non faciunt; & qui alijs gravia onera imponunt, ipsi nec digito volunt ea movere.* Matth. *cap.* 23. & subdit pulcherrimè ibi Sot. *col.* 4. *in fin.* quòd Princeps ex vi directiva tenetur servare legem quam fecit, quia illam semper constituit sub aliqua virtutis specie, & contra faciendo facit actum contrarium illi virtuti, & ideò peccat, nisi id faciat ex justa causa, nempe quæ sit rationi consentanea & tendat in bonum commune. ita Sot. *ubi supra d. art.* 3. *versic. secunda conclusio.*

Unde infert, quòd Princeps dispensando absque tali causa contra legem in totum, vel relaxando in partem, etiam in his quæ sunt juris positivi, peccat, & non excusatur à peccato, maximè si talis dispensatio vergat in alterius damnum & præjudicium, quo casu idem Sot. putat Principem peccare mortaliter, ut annotat *ubi supra vers. enim verè si exoneratio.* & idem etiam eleganter & graviter probavit idem Navar. *in d. cap. si quando d. pag.* 25. subdens illud, quod habetur *in l. Principem D. de legib.* Principem solutum esse legibus, accipiendum esse, ut possit legem totam vel ejus partem tollere, vel quoad aliquem relaxare, cùm oportuerit, non aliàs, quòd si absque causa, id est, cùm non oportuerit, relaxet, tenet quidem talis relaxatio ita facta, sed Princeps peccaret eam faciendo, ita Navarr. *ubi supra* secutus S. Thom. 1. 2. *quæst.* 96. *art.* 5. Et quidem mortaliter, si eam faceret in alicujus præjudicium, secundùm Sot. *ubi supra.* 2

Pro quo facit, quòd superiores nostri non habent dominium absolutum ad disponendum de bonis nostris, aut vita, sed quatenus fuerit necessarium ad Reipublicæ utilitatem, ut per Covarr. *in reg. Peccatum p.* 2. §. 9 *a num.* 6. *de regul. jur. l.* 6. & ideò requiritur quòd dicta causa ad relaxandam legem tendat in bonum commune. 3

Et vide de hac quæst. eleganter fratrem meum Gonçallum Mendez de Vasconcellos, *lib.* 3. *diversorum qu.* 1.

DECISIO LXXIX.

De absoluta Regis potestate.

SUMMÆ.

1. *Regis absoluta potestas quæ dicatur: & an liceat Regi ea uti remissivè.*
2. *Rex non potest dispensare contra leges suas, nec eas absque ratione, & justa causa derogare, seu relaxare, & redditur ratio. Ibid. & num. seq. & 4. & 5.*
   Et causa justa quæ sit, num. 6.
3. *Princeps non erit fidelis & prudens in dispensatione,*

cùm

cùm non habeat intentianem ad bonum commune, sed ad illius privatum commodum.

4. *Princeps debet facere ut bonus paterfamilias, & procedere ex rectitudine justitiæ & æquitatis, non autem ex affectione speciali.*

5. *Lex statuta est pro communi utilitate, & bonum commune pro privato intermitti non debet.*

7. *Princeps dispensans contra legem sine causa peccat: actus tamen ex tali dispensatione secutus valet, & num. 8.*

Et quid in eo qui tali dispensatione utitur, an tutus sit apud Deum. Ibid.

9. *Principis potestas dispensandi contra legem humanam & jus positivum, dicitur ordinaria, & non absoluta.*

10. *Rex an possit tollere ea, quæ sunt juris naturalis?*

1 REgis absoluta potestas quæ dicatur, & utrùm Regi liceat ea uti? vide Covarr. *lib. 3. resol. cap. 8 num. 8. per totum.*

2 Et utrùm possit dispensare contra leges suas eas relaxando, vel derogando? & dic quod absque justa causa non potest; & si aliter facit, peccat, ita pulchrè & efficaciter comprobat Soares *in repet. l. Quoniam. Cod. de inoffic. testam. in declarat. ad leges Regni. limit. 2. num. 15 per tot.* Covarr. *ubi suprà cap. 6. nu. 8. col. 10. vers. fortassis placebit. & in tractatu de sponsal. cap. 6. §. 9. num. 10.* Et idem tenet Navarr. *in cap. si quando. de rescript. 7. except. pag. 25. & in rubrica de judiciis. num. 100. fol. mihi 98.* secutus Dominic. & D. Thom. 1. 2. *q.* 96. *art.* 5. & dicit probari *per cap. cum omnes. de constitut.* & ibi notat Dec. Idem pulchrè tenuit Soto *de justit. & jure lib. 1. qu. 7. art. 7. col. 3.* ubi reddit rationem, quod Princeps ideò ex vi directiva tenetur servare legem quam fecit, quia illam semper constituit sub aliqua virtutis specie; & contra faciendo, facit actum contrarium illi virtuti; & ideò peccat, nisi id faciat ex justa causa.

3 Item quia ubi Princeps absque ratione, & justa causa licentiam tribuit contra legem, sed pro sola voluntate, injustè facit, & peccat; quia nec erit fidelis in dispensatione, cùm non habeat intentionem ad bonum commune, sed illius privati: imò erit imprudens, si rationem dispensandi ignorat, juxta verba Salvatoris: *Quis putas est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam?* Lucæ 12. *cap.* ita D. Thom. 1. 2. *quæst.* 97 *art. 4. in corpore quæstionis.* Sequitur Soar. *ubi supra d. nu. 15. col. 3.*

4 Hinc dixit Abb. *in cap. quæ in Ecclesiarum. de constitut. ad finem.* quod licet Princeps sit supra jus positivum, & ideò possit contra illud rescribere; tamen ubi non subest legitima causa, peccat illud violando; quia debet facere ut bonus paterfamilias, & debet procedere ex rectitudine justitiæ & æquitatis, non autem ex affectione speciali, secundùm Abb. rectè loquentem *ubi supra, & in consilio 84. num. 4. incipit, Christi ejusque Matris. volum. 1.* sequitur Soares *ubi suprà col. 2.*

5 Item redditur ea ratio, quia cùm lex statuta sit pro communi utilitate, secundùm Isidorum, & commune bonum non debeat intermitti pro privato commodo alicujus personæ, quia, ut inquit Philosophus 1. *Ethicorum*, bonum gentis divinius est, quàm bonum unius hominis, & cùm apud Deum non sit acceptio personarum, nec apud eum, qui per eum regnet in terris. *cap. novit. de judic.* cujus judicium debet se conformare cum judicio Dei. *cap. ut nostrum. ut Ecclesiast. benefic.* Ergo si pro privato commodo alicujus dispensat contra legem, peccat, quia lex communis fundata est super bono publico, & super naturali ratione, *cap. consuetudo 1. distinct.* sed bonum publicum non est propter contemplationem, aut respectum alicujus privati relaxandum. *cap. bona. de postulat. prælat.* ergo dispensatio, per quam jura relaxantur, sine justa causa fieri non debet, ita Soares, *ubi suprà, col. 4. ad fin.*

Unde inferas quod illa erit justa causa, quæ sit ra- 6
tioni consentanea & tendat in bonum commune ut notabiliter docet Sot. *ubi sup. d. q. 7. art. 3. vers. secunda conclus.*

Infertur etiam, quòd Princeps ita dispensando 7
sine causa, peccat mortaliter, si dispensatio sit in tertij alicujus præjudicium, secundùm Sot. *ubi sup. vers. enim verò si exoneratio est.* & idem tenuit Navarr. *in dict. cap. si quando. de rescript. pag. 25.*

Infertur etiam, quod licet Princeps peccet, tamen 8
actus ex hujusmodi dispensatione secutus valet, ex Navarr. *ibidem.* & Covarruvia *dict. cap. lib. 3. resolutionum. & cap. 8. col. 10.* qui tamen nec Principem ita dispensantem, nec eum qui tali dispensatione utitur, putat tutum esse apud Deum. Quod benè nota.

Inferas etiam potestatem quam Princeps habet 9
dispensandi contra legem humanam & jus positivum, esse ordinariam; nec id illi licere ex potestate absoluta, sed ordinaria, licet ille ea malè utatur dispensando contra leges absque justa causa in privatum alicujus commodum aut gratiam, ex Covarr. *ubi suprà.*

Utrùm autem Rex possit tollere ea quæ sunt ju- 10
ris naturalis? dic quod non, ut est text. & ibi notatur *in §. sed naturalia quidem jura. instit. de justit. & jur.* Ex causa tamen potest tollere quæ sunt de jure naturali, vel gentium, ex Abb. post alios *in cap. quæ in Ecclesiarum. de constitut.* unde non potest tollere parti defensionem, quæ naturalis est, *clement. pastoralis. §. præterea, de re judic.* Ex causa tamen potest illam tollere, ut voluit Alberic. *in l. omnes. col. 1. Cod. de Episcop. & clericis*, Angel. *in l. si sic legatum. D. de legat. 1.* Alexand. *in l. cum mulier. col. 3. D. solut. matrimonio.* Dec. *cons.* 361. Tiraquel. cum aliis *de pœnis. vers. potest & Princeps. numer. 44.* Quo fit, ut licet Princeps non possit cognoscere de causa, nec judicare, parte non citata, ut voluerunt gloss. & Bald. *in l. ult. Cod. de legibus.* & est text. *in cap. 1. de causa possess. & propriet. & d. Clement. Pastoralis. §. Cæterùm. cum concordant.* tamen ex causa potest, ut voluit glossa antepenult. *in fine. l. si qui D. ex quibus caus. major.* Bald. *in l. 2. Cod. quomodo & quando judex.* Alexand. *consil. 2. lib. 1.* Jason. *l. 1. D. de constitut. Principum.* Dec. *consil. 361. column. 1.* Tiraq. *ubi suprà. vers. præterea. numer. 43.* ubi dicit ad hoc esse text. expressum *in cap. in causis. in fin. de re judicata.* facit Ordin. *lib. titul. 98. in argumentum. & lib. 3. tit. 66. in principio*, ibi, *Porque foi feito ao Principe*, quod tamen perquàm rarò Reges & Principes Christiani facere debent, imò procedere parte audita, ita fecit Deus qui Adam citavit, tradit Socin. *cons. 12. col. 2 vol. 1.* refert Maranta

de ord. judic.part.6. 1. membro. num.3. qui tamen omnino videndus est *ibi num.10.*qui hoc declarat.

DECISIO LXXX.

An factum officialium Regis obliget Regem?

SUMMÆ.

1. *Rex obligatur ex eo, quòd ejus officiales contractum ab eo gestum non servent, & possunt partes procuratorem Regium in jus vocare ob id.*
2. *Ecclesia, seu dominus tenetur de violentia, seu spoliatione facta ab hominibus, & subditis ipsius Ecclesiæ, seu domini, quando ex eo facto resultat utilitas ipsi Ecclesiæ seu domino.*
3. *Rex tenetur contractus à se gestos indemnes servare non solùm per se, sed etiam per officiales suos.*
4. *Regis officialis, qui aliquid facit in re pertinente ad Regem, nomine illius videtur facere.*
Idem in tutore circa res pertinentes ad pupillum; & in procuratore circa negotium sui constituentis, licet id non exprimat. Ibid.
5. *Regis officiales in tangentibus officium suum, censentur quidam institores.*
6. *Familiares si delinquant in officio, seu ministerio, in quo dominus eorum opera utitur, eo casu dominus suo nomine, & in solidum tenetur.*
7. *Idem dicendum in domino arcium, seu territorij, circa factum suorum ministrorum.*
8. *Sic etiam in judice circa commissa malè, & indebite in officio per officiales & ministros suos.*
9. *Idem in locatore, quando per eum stetit, vel quem ipse possit prohibere, quòd conductor re conducta fruatur, quia tunc tenetur ad totale interesse, & damni, & lucri.*
10. *Dominus non liberatur, exhibendo officiales suos, ut teneantur, imò ex facto illorum tenetur præcisè nomine suo, & in solidum.*
11. *Ponitur resolutio quæstionis.*
Negligentia officialium Regis, Regi non nocet. Ibid.

1 SÆpè in controversiam adducitur hoc dubium: Contractus à Rege facti aliquibus conditionibus geruntur, ut sunt ij, qui fiunt de gabellis solvendis ex mercibus exportatis ab India, seu ex contractibus navium in Indiam navigantium, & similium; Prorex Indiæ, seu officiales Regij, qui sunt in India, contra has conditiones aliqua faciunt: dubitatur an ex facto illorum Rex obligatus maneat, & possint conductores procuratorem Regium in jus vocare ob hoc?

Et videtur, quod officiales Regij in supradicto casu Regem obligent, & possint conductores Regium procuratorem in jus ob id vocare.

2 Primò per text. *in cap. 1. de restitut. spoliat.* ubi probatur, quod Ecclesia, seu dominus tenetur de violentia, seu spoliatione facta ab hominibus, & subditis ipsius Ecclesiæ, seu domini, & ibi notat Abb. *notab. 1.* Berous *num. 4.* ubi inquit hoc intelligi, quando ex eo malè facto resultat utilitas ipsi Ecclesiæ, seu domino: Ergo eodem modo dicendum est in damno dato per Proregem, & officiales Regis, ut pro damno exinde resultante conductoribus, Rex ipse, seu patrimonium ejus teneatur. Paulus *consilio 423. 1. pars.*

Rex enim tenetur contractus à se gestos indemnes servare, non solùm per se, sed etiam per officiales suos, ut est text. *in l. si fundus quem. D. locati.* maximè quando resultat utilitas Regio patrimonio, *l. avitas D. si cert. petat.* & ibi scribentes. 3

Et supposito, quod officiales isti hoc fecerunt tamquam officiales Regij, nam officialis qui aliquid facit in re pertinente ad Regem, nomine ipsius Regis videtur facere, & tamquam ejus officialis. Sicut dicimus de tutore, qui facit in re pertinente ad pupillum, ut est text. *in l. post mortem. §. 1. D. quando ex facto tutor. min. conven. poss.* notat Ripa *in cap. cùm M. num 8. de constitut.* Gomez *in l. 51. Tauri. numer. 22.* Sic similiter procurator alterius, id quod facit, censetur facere nomine procuratorio, in negotio pertinente ad suum constituentem, licet non exprimat se procuratorio nomine facere, ut *in l. Plaut D. de procurat. l. 1.* & ibi Salycet. *in fin. C. de sententiis & interlocut.* resolvit latissimè Jas. *in l. post dotem num. 72. & 73. D. solut. matrim.* 4

Accedit quod officiales Regis, in tangentibus officium suum censentur quasi quidam institores, pro quorum factis domini tenentur, & non ipsi institores, ut dicit Petrus Costalius per text. *ibi, in l. fin D. de instit. act.* & pleniùs idem *in l. 1. §. est autem D. eodem.* afferens ita judicatum fuisse in Curia Parisiensi. tradit latè Socin. *consil. 144. col. 2. & 3. vol. 2.* Facit item & ratio text. *in l. 1. §. 1. D. naut. caupon.* quod debet imputari domino, qui tales homines negotio præposuit, qui conditiones contractui appositas fregerunt. *l. 1. in principio.* & *in l. 3.* ibi, *quia debet bonos servos ad hoc ministerium eligere, D. de public. §. ult. inst. de oblig. quæ ex quasi delicto.* 5

Suffragatur item, quod quando familiares delinquunt in officio seu ministerio, in quo dominus familiæ eorum opera utitur, tunc ex eo casu dominus suo nomine & in solidum tenetur, ut est doctrina Bart. *in l. ne quid. D. de incendio, ruina, naufrag. & in l. 1. in fin. D. furti adversus naut. l. debet. in principio. D. naut. caupon. l. ex maleficiis. in fine D. de act. & oblig. ai. d. §. ultim. instit. de oblig. quæ ex quasi delict.* Et ratio secundùm communiter scribentes est, quia dominus videtur in culpa, hujusmodi officiales eligendo, & eorum opera in tali officio utendo, *l. videamus, in princip. D. de publiciana.* Abb. & Berous *in d. cap. 1. n. 41.* 6

Corroboratur etiam ex alio dicto eorumdem, post Bart. *in l. 1. §. familia. D. de publican. & in d. l. ne quid.* quod dominus arcis, seu territorij tenetur de facto suorum ministrorum, per text. *in d. l. 1. §. familia.* & alia jura, quæ allegat Abb. *ibi*, cùm illis utatur in officio arcis custodiendæ, & teneatur in solidum civiliter ad damnum secutum culpa suorum ministrorum. 7

Adstipulatur idem text. *in l. 1. C ad l. Jul. repetundar* ubi cavetur, quod judex tenetur de commissis in officio, nedum per se, sed etiam de eo, quod malè & indebitè per suos officiales & ministros exactum fuit, quod ipsum probatur *in l. 3. C. de assessoribus.* cum gloss. ubi allegat. text. *in d. l. 1.* Et ita eadem ratione 8

tione idem dicendum est in officialibus Regis, circa id quod indebitè faciunt, in illo ministerio, in quo eorum opera utitur.

9 Corroboratur hoc item per text. *in d.l. si fundus quem 36. in versic. Et si colonus. D. locati.* ubi text. ait, quod quando stat per locatorem, vel per eum quem locator potest prohibere, ne faciat quod conductor non possit frui re conducta, quod dominus tenetur conductori ad interesse quanti ejus, interfuit, & non solùm ad interesse damni, sed etiam lucri, ut ibi, in quo etiam lucrum ejus continebitur.

10 Nec obstat iis, officiales exhibere, ut illi citentur pro damno.

Nam respondetur, quod jura, quæ in hoc loquuntur, procedunt in exhibitione, quæ fit noxali nomine: secus autem in exhibitione hominis liberi, quæ fit ad effectum, ut sit in potestate damnum passi, agere vel contra dominum vel contra personam exhibitam: quo casu non sufficit dominum ostendere officiales, sed ipse tenetur, qui opera talium hominum usus est, & tenetur præcisè nomine suo, & in solidum, quia censetur esse in culpa in electione talium officialium. *l. uni. §. servi. D. furt. advers. naut. l. 1. Cod. ad leg. Jul. repetund.* ubi est text. in specie pro hoc, quod non sufficit liberum hominem exhibere, cujus opera ejus superior usus fuit: si enim hoc permitteretur, omnes conditiones contractuum frangerentur per officiales Regis; & si partes conquererentur, sufficeret Regem dicere, Officiales meos habes, illos in jus voca; qui forsan non habebunt bona, quibus damna satisfacere possint, & sic per indirectum Rex à contractibus celebratis recederet, quod nullatenus dicendum est: nam Rex tamquam quilibet privatus ex contractu suo tenetur, text. ubi DD. *in cap. 1. de probationibus.* & quod directè non permittitur, per indirectum permitti non debet, *l. non dubium. C. de legib. l. Sejus. & Auger. D. ad legem Falcidiam.*

11 Pro resolutione dicendum est, quod si officiales Regis damnum aliquod dederunt, idque de mandato Regis, tunc tenetur Rex ex facto illorum. *l. 1. & toto tit. D. quod jussu. §. 1. instit. quod cum eo.* facit *l. 1. §. dejecisse. D. de vi & vi armat.* Abb. & DD. *in d. cap. 1. de restit. spol.* vel quando prohibere potuit Rex, & non prohibuit, imò per illum stetit, Bart. *in l. ne quid. num. 2. D. incend. ruin. naufrag.* Dec. *in l. 3. num. 8. Cod. de pact.* Grammat. *decis. 47. numer. 1.* Menoch. *de recuperand. remed. 1. numer. 42.* Vel & si versum est in utilitatem Regis. *cap. 1.* ubi DD. *de restit. spol.* extra hos casus tenentur ipsi ministri, qui damnum dederunt, & non Rex; & tales ministros sufficit exhibere, doctis. Barbos. ubi latè *in l. si mora. num. 38. D. solut. matrimonio.* Adde, quod negligentia officialium Regis, Regi non nocet Aymon. *de antiquitat. tempor. fol. 140. numer. 14.* Gaspar Vaz. Lusitan. *in repetit. l. Imperium. nu. 170. D. de jur. omn. judic.* quod nota, quia de facto contigit.

DECISIO LXXXI.

De bonis ad fiscum pertinentibus.

SUMMÆ.

1. *Fiscus constat ex canone, oblatione, & indictione.*
   Canon significat ordinarios Principum redditus. Ibidem.
   Oblatio, nomen sumpsit ab eo quòd à popularibus olim oblatum Principi fuerit. Ibidem.
   Indictio est, quod edicto Principis subditis indicitur. Ibidem.
   Et an hæc contra Principem præscribantur? remissivè. Ibidem.
2. *Fisco solvitur vectigal portus, & venalium rerum, salinarum, metallorum, & piscariarum; de venalibus octava: de metallis verò decima solvitur.*
   Soli mancipes possunt salem vendere, & ad hoc monopolium cum principe agunt, & idem in piscariis in hoc regno servatur; ab his tamen monopoliis Principes cavere monentur. Ibid.
3. *Fisco regulariter applicantur bona quæ indignis auferuntur, quæ inter Regalia connumerantur, & quando hæc bona acquirantur fisco vel heredibus ab intestato, remissivè.*
4. *Fisci causa frequentiùs solet esse non bona sub bono Principe.*
5. *Fiscus capit bona confiscata, non ut heres condemnati, sed ut successor; & ideò tenetur creditoribus.*
6. *Bona Coronæ, & ea quæ sunt restitutioni subjecta, si confiscantur, in vita tantùm delinquentis fisco acquiruntur.*
   Quod procedit in aliis delictis: secus si confiscentur propter crimen læsæ Majestatis, vel delictum concernat ipsum officium, vel formam contractus. Ibidem.
7. *Bona fratris interficientis fratrem fisco acquiruntur quamdiu vivit interficiens; mortuo verò interficiente deveniunt ad heredes.*
   Quod intellige si bona fuerint feudi, aut majoratus. Ibidem.
8. *Occisor regulariter non succedit in bonis occisi; quod intelligendum est, ubi fiscus non aufert: secus si auferat: & hæc reg. multipliciter ampliatur, & limitatur. num. sequentibus.*
9. *Occisus decedens cum testamento, in quo ante contractam inimicitiam homicidam instituerat, si morte præventus non mutaverit testamentum, homicida reputatur indignus, & hereditas illi aufertur: secus si occisus remiserit injuriam, & occisorem instituerit.*
10. *Occisus si decedat intestatus, licet occisor sit proximior in gradu, non succedit occiso; & hereditas applicatur fisco. & num. 20.*
11. *Et quid quando extant alii heredes consanguinei in eodem gradu cum interfectore?*
12. *Si mulier instituit maritum, qui postea illam occidit, hereditas non ad fiscum, sed ad matrem mulieris pertinebit.*
13. *Regula supradicta, quod occisor nō succedit in bonis occisi, procedit etiam in marito occidente uxorem,*

qui

qui etiam lucro, quod habet à lege in bonis mulieris, privatur.

14. *Amplia, quòd non solùm maritus non succedet uxori, sed nec etiam filio in bonis maternis.*

15. *Amplia etiam quòd nec in legitima pater filio succedet.*

16. *Amplia etiam non solùm in marito occidente uxorem, sed etiam in eo, qui dedit causam mortis.*

17. *Limita prædicta, nisi maritus cum causa occidisset uxorem.*

18. *Regula prædicta, quòd occidens non succedit occiso, procedit etiam in instituto per testatorem, qui ipsius testatoris filium occidit.*

Et quid si filius sit emancipatus, vel uxoratus, vel si pater renuntiasset usumfructum in bonis filii, remissivè. Ibid.

19. *Amplia etiam quòd non solùm occisor, sed nec etiam ejus filii possunt succedere in bonis occisi.*

20. *Item occisor non succedit occiso, licet sit illi proximior & conjunctus, sed nec etiamsi ex forma statuti deberet succedere.*

21. *Fisco non applicatur, quòd alicui aufertur absque suo delicto, sed remanet venientibus ab intestato.*

22. *Turpiter quæsita, vel indignè possessa confiscantur apud quemcumque inveniantur: quod intellige ut ibidem.*

23. *Ad hoc ut fiscus auferat, requiritur quòd indignus adeat hereditatem, vel saltem in fraudem recuset.*

24. *Ad hoc ut fiscus succedat, & auferat, requiritur, quòd jus succedendi fundetur in persona, a qua aufertur.*

25. *Judices non possunt cognoscere de indignitate, sed fiscus tantum.*

26. *Jura indignitatis solus fiscus prosequitur.*

1 FIscus Principis, ærarium populi erat, donec omnia Princeps in fiscum suum transtulit. Constat autem fiscus (ut Pedianus ait) canone, oblatione, indictione. Canon, ordinarios Principis reditus significat, ut Portoria, & ejusmodi, quæ in urbium exitu, vel ingressu solvuntur. Oblatio nomen sumpsit, quòd à popularibus olim oblatum Principi id munus sit: eo continentur octava, vel vigesima, vel quidquid ex consuetudine de rebus promercalibus solet pendi, quarum mentio fit *in l. inter publica. D. de verborum signif.* ubi hæc Alciat. ut sunt *as sisas, & as jugadas, os direitos dos jantares que se dão aos Reys,* ut in oppido de Arruda, *o jantar de Mato*, & in oppido de Torres novas, quia sunt munera Regibus oblata. Indictio est, quod edicto Principis subditis indicitur, quod ut plurimum certam quantitatem nõ complectitur: hæc Alciat. *ubi supra.* de indictionibus, & super indictionibus vide Covar. *reg. Possessor. 2. part. cap. 2. fol. mihi 24. vers. secunda verò species.* ubi tractat, an præscribantur contra Principem?

2 Et adde, quod fisco solvitur vectigal portus, & venalium rerum, ut *in d. l. inter publica*, & salinarum, & metallorum, & piscariarum (ut superiùs diximus) & nota quòd venalium rerum solvitur octava, metallorum decima, secundùm Alciat. *ibi.* In salinis verò ea natura est, ut soli mancipes, qui à fisco hoc jus emunt, salem vendant, idque Principis monopolium est, quod antiquis quoque institutum fuit ut diximus *suprà decis. 53.* idemque in piscariis, secundùm regionum quarumdam morem, observatum est. Alciat. *ubi supra* (ut in piscatione Tynnarum in Algarbiis, *& na caçaõ da costa d'Arguim*, & similibus) sed caveant Reges Catholici & Christiani ab his monopoliis, inquit Alciatus eo loci.

3 Nota etiam, quòd fisco applicantur regulariter bona, quæ indignis auferuntur *l. 1. D. si quis aliquem testar. prohib. l. Lucius. D. de jur. fisci l. cùm ratio. in fine. D. de bon. damnatorum l. hereditas. Cod. si quis aliquem test. prohib. l. Papinianus. §. meminisse. D. de inofficios. testament. l. Claudius. in fine. D. de iis quibus ut indign.* notat gloss. *in l. 1. Cod. eod.* & ibi DD. Bernardus Dias *regul. 2.* ubi dupliciter limitat: & hæc inter Regalia Coronæ connumerantur, ut in Ordinat. *lib. 2. tit. 26. §. 19. & 23. & tit. 35. §. 22.* Et quando ista bona acquirantur fisco, vel heredibus ab intestato, vide plenè per Bart. *in l. fin. Cod. de iis quibus ut indign.* & meliùs per glossam magistram *in l. hereditas. Cod. eodem tit.*

4 Fisci causa frequentiùs solet esse non bona sub bono Principe, & ideò Plinius in Panegyrico, Trajanum laudat in hæc verba: Sæpè fiscus victus fuit, cujus causa numquam potest esse non bona, nisi sub malo Principe. Unde dici solet, quod in dubio contra fiscum est judicandum. *l. non puto. D. de jure fisci. l. in dubiis causis. D. de regul. jur.* Et quidem boni Principis est, pati fisci sui bonam causam non esse: malleque illum vinci potiùs, quàm vincere.

5 Fiscus bona confiscata capit, non ut heres condemnati, ut est text. & ibi notat Aretinus *in l. ex facto. §. Julius Longinus. D. de vulgar. & pupil.* sed ut successor, quia habetur loco successoris. *l. 2. Codic. ad l. Jul. de vi. public. vel privata.* & ideò tenetur creditoribus, *l. non possunt l. in summa. D. de jur. fisci,* quia in ejus jus succedit activè & passivè. *l. qui in jus, D. de regul. jur. regul. is qui in jus, eodem titul. libro sexto. & l. quod ipsis, D. eodem. & l. qui rem. D. de except.* fitque ejusdem conditionis cujus erat, & debitor condemnatus *l. in omnibus. §. non debet. D. de reg. jur.*

6 Bona Coronæ si confiscantur in vita tantùm delinquentis fisco acquiruntur *l. Statius. Florus, §. Cornelio Felici. D. de jur. fisci.* Ordin. *lib. 5. tit. 6. §. 15. incipit, E a que em qualquer.* idem in bonis restitutioni subjectis, ut majoratus, aut emphyteusis. Quod procedit in aliis delictis: secus si confiscantur propter crimen læsæ Majestatis, quia tunc confiscatio nocet filiis & heredibus. d. Ordin. *§. 15. incipit, se algum.* Adde quod si delictum concernit ipsum officium, seu formam contractus, tunc confiscantur & amittuntur etiam in præjudicium heredum, ut probat præd. Ord.

7 Adde, quod si frater interficit fratrem, bona interficientis acquiruntur fisco, quamdiu vivit interficiens. *l. Lucius. D. de jure fisc. l. fin. §. præterea. D. de bon. damnat.* quod intellige si sunt bona feudi, aut majoratus. Ord. *d. lib. 5. tit. 6. §. 15. & d. §. Cornelio Felici.* mortuo verò interficiente deveniunt bona ad alterum fratrem, vel consanguineum in gradu æquali Bart. *in l. cùm ratio. §. præterea. D. de bon. damnat.* quẽ sequitur Paulus *n. 2. in l. sororẽ. Cod. de iis quibus ut indign.* Bald. *in cap. 1. §. denique, n. 3. quæ fuit prima causa benef. amit. in feudis.* idem Bald. *in cap. 1. §. similiter. n. 3. quibus mod. feud. amittat.* ita enim accipiendus est Bart. ut non in vita interficientis, sed post

mortem

mortem succedat frater, juxta tradita per eumdem Bart. & DD. *in l. 2. §. fratru. D. si quis aliquem test. prohib.* & Bartol. *in l. non solùm. §. liberationis, D. de liber. legat.*

8 Adde quod occisor regulariter non succedit in bonis occisi, casus est, & ibi notant Bartol. Bald. & Jason. 3. *notab. in d. l. sororem. Cod. de iis quibus ut indign.* Alexand. *in l. hereditas. col. fin. eodem tit.* & est text. & ibi Bartol. *in d. l. cum ratio. §. ultim. D. de bonis damnat.* tradit latè Barbat. *consil. 8. col. 2. in fine, volum. 3.* Guilhelm. *in capit. Raynutius. fol. 119. col. 4. versicul. & premissa faciunt.* Sed hæc procedunt, & intelliguntur, quod non succedit occidens occiso, ubi fiscus non aufert, quia si fiscus aufert, succedit occidens, & occidenti succedit fiscus: casus est *in l. hic consequenter. §. 1. D. famil. erciscunda.* & notant gloss. Bartol. & Bald. Idem Bald. *in cap. super litteris. col. 6. versicul. sed quid dices de rescript.* & sic succedit occidens sine effectu, ubi fiscus aufert, secundùm Bald. & Paul. *in l. Codicilis. §. matre, D. de legat. 2.* Et ideò dixit aliàs Bald. *in cap. super. litteris.* quod occidens succedit occiso; sed fiscus aufert ab illo, & idem dicit Bart. *in cap. 1. ne. de procurator. in fin.*

9 Fiscus capit bona occidentis aliquem, & tunc succedit occidens occiso, sed fiscus statim succedit occidenti, & aufert ab eo, ut suprà dixi. In quo tamen notandum est, quod aut occisus decedit testatus, aut intestatus. In primo casu, si ante illata sibi vulnera, & ante contractam inimicitiam cum homicida, illum instituit, & postea, cùm non potuisset mutare testamentum, morte præventus, decessit cum illo testamento, talis homicida reputatur indignus, & hereditas aufertur ei, & applicatur fisco, text. *in l. indign. D. de iis quibus ut indign. l. si inimicitia. eodem titul. l. hereditas. C. eod. l. 3. in §. fin. cùm l. sequentis. D. de aliment. legat.* Anton. Gom. *tom. 3. cap. 3. num. 51.* Si verò talis occisus remitteret injuriam, & instituеret ipsum occisorem, valebit institutio præterita, vel confirmabitur ex hujusmodi voluntate. arg. *dictorum jurium.* ita Anton. Gom. *d. num. 51.*

10 In secundo autem casu, ubi occisus decedit intestatus, si homicida sit proximior in gradu, non succedet occiso; immò hereditas applicatur fisco, text. est expressus, ubi notant DD. *in l. cùm ratio. §. praterea. D. de bon. damnat.* & ibi tenet glossa, Bartol. Alberic. & communis per illum text. tenet Paul. ubi notabiliter loquitur *in l. si ab hostibus § 1. D. solut. matrimonio.* & ibi Angel. Imol. & communiter moderni, & plures alij, quos citat, & sequitur Gomez. *dict. num. 51.* communis in *l. hereditas. Cod. de iis quibus ut indign. & in l. fin. D. si quis aliquem testari prohib. & in l. Codicilis. §. matre. D. de leg. 2.* ubi Bart. & Paul. facit text. *in l. sororem.* ubi Paul. *Codic. de iis quibus ut indign. & auth. de nuptiis. §. ingratitudinem collat. 4.*

11 Unde infertur, quod si extarent alij coheredes legitimi, & consanguinei in eodem gradu cum interfectore, bona non applicarentur fisco, sed eis accrescerent, & succederent in solidum, arg. text. *in l. 2. vers. fratru. D. si quis aliq. testar. prohib.* per quem ita tenent Bart. Albericus, & aliis *in l. fin. D. de bon. damnat.* Sed probabilius est, quod portio homicidæ applicetur fisco. tenet Bald. *in d. l. hereditas. col. penult. num. 9.* ubi idem tenet Salicet. *col. fin. num. 10.* Alexand. *col. 3.* & ibidem Corneus & Jacob à S. Georg. idem Bald. *in l. eam quam. col. 3. num. 10. C. de fid. commiss.* quos sequitur Gom. *ubi suprà. vers. adde tamen.* ubi dicit hanc communem, & respondet ad text. *in d. l. 2.* in quo videbatur se fundare Bart. & idem omnino adnotavit priùs gloss. *in d. l. 1. verbo, fisco.* quam ibi sequitur & commendat Bart. *D. si quis aliquem testar. prohib.* allegando illum text. *in d. l. cùm ratio. §. fin.*

Infertur etiam, quod si mulier instituit heredem maritum, qui postea illam occidit, quod hereditas non ad fiscum, sed ad matrem mulieris pertinebit. ita Bald. *consil. 223. punctus lib. 1.* & ita dicit Jacob. fuisse judicatum *in d. l. sororem. col. 1. vers. facit. etiam.* quod nota benè. Et amplia quod maritus nec ex testamento succedet filio, secundùm Guilhelm. *ubi suprà fol. 358. col. 3. vers. primò dictum est.* 12

Et quod diximus occisorem non succedere in bonis occisi, procedit etiam in marito occidente uxorem, ut dixit Bald. *in l. 1 C. unde vir & uxor.* & ibi Alex. *col. penult. vers. Item queritur.* Bald. & Jas. *col. 2.* & Alex. *in l. si ab hostib. §. si vir. D. sol. matr. col. 2.* & per istum text. consuluit Dec. *cons. 525. Visis.* Item maritus privatur lucro, quod habet à lege in bonis mulieris, Bart. *in d. l. si ab hostib. in fin.* Hippol. *cons. 93. aperiat. num. 3. vol. 2.* unde dubitari potest de eo, quod dicitur, occisori posse succedere patrem vel matrem occisi, veluti si avunculus occidisset filium sororis, quod sorori suæ succedet ab intestato, de quo dicitur casum esse singularem *in l. Codicillis. §. matre. D. de legat. 2.* quem ibi notat Paul. *2. notab.* & Bart. & Bald. *notab. 2.* 13

Amplia, quod non solùm maritus non succedit suæ uxori, sed nec filio uxoris, in bonis quæ sibi à matre obvenissent, ut est casus *in l. Lucius.* & gloss. *D. de jur. fisci.* qui text. est valdè notabilis ad hoc, per quem dixit Jason. *in l. si is qui ex bon. col. 1. versicul. adde ultra scribentes. D. de vulgar. & pup.* se Bryxiæ consuluisse, quod qui non potest succedere ei quem occidit, quod neque ejus heredi in bonis quæ habuit ab illo occiso, refert simpliciter Guilhelm. *de repet. fol 307. col. 3.* Hippol. *cons. 93. aperiat. col. 1. num. 9. volum. 2.* Gom. *ubi supra. numer. 52. vers. decimò principaliter.* In aliis verò bonis succedet, quia benè admittitur talis bonorum separatio, ut per Alexand. *in d. l. si is qui ex bonis. 2. notab.* & est gloss. magna *ad fin. ibi, bona autem. in l. Lucius. D. de jur. fisci.* 14

Amplia tamen, quod non succedet pater filio in legitima; privabitur etiam sua legitima, quam haberet in bonis filij, ita consoluit multum notanter Socin. *consil. 124. viso statuto. col. 3. vol. 1.* tradit Dec. *d. cons. 226. visis. col. 1.* 15

Amplia non solùm in marito occidente, sed etiam in eo, qui dedit causam morti. Hippol. *dict. consil. 93.* Paul. *in l. si ab hostibus. §. 1. num. 4. D. solut. matrim.* Puta quia illam vulneravit, ex quo vulnere mortua est. Intellige si statim decessit: secus si habuit tempus mutandi testamentum, & non mutavit, ut per Gomez post alios, *ubi suprà, numer. 51. ad finem.* quod tamen dubium est, eò quod ex illato vulnere videtur orta inimicitia capitalis, ob quam intelligitur revocatum testamentum; vel intellige Hippol. cùm decessit intestatus. Anton. Gomez. cùm testatus, facto antea testamento, quod nota. 16

Limita

17 Limita prædicta nisi maritus cum causa occidisset uxorem. Alexand.& Guilhelm. *ubi supra*, & tenet notanter Bart. *in d l.si ab hostibus.§.1.* ubi latè Jason. *col.fin.ad fin.D sol.matrim.* de quo vide omnino Paul. *in l.si ab hostibus §.1.num.5.* & Alexand. *numer.15.*

18 Item quod diximus occisorem non succedere occiso, procedit etiam in herede per testatorem instituto, qui ejusdem testatoris filium occidit, quia non succedit in hereditate patris occisi: & licet quæstionem non decidat Bart. *in l.Codicillis.§.matre.D.de legat.2.* ita tamen decidit Bald. *in d l.hereditas.in fin. Cod. iis quib. ut indig.* & ita dicit se consuluisse Roman. *singulari 461. occidens testatorem.* Quid autem, si filij sint emancipati, aut uxorati. Item quid si pater renuntiet usumfructum in bonis filij, an per hoc possint filiis succedere? vide Gom. *ubi supra num.52.in fin.*quod sic, & cogita.

19 Item non solùm occisor, sed nec ipsius filij possunt succedere in bonis occisi: puta fratrem occidit frater, an filij homicidæ succedent huic mortuo? Dic quod non Angel. *in tract. maleficiorum. tit. de aliquibus. quæst.variis.col.8.vers.pone quòd frater.* & ita dicit fuisse judicatum Bononiæ, sequitur Hippol. *d.cons.93.* & vide Bald. *in l.si quis incesto.vers.fin.C. de incest.nupt.*sequitur Gom. *d.tom.3.capit 3.numero quinquagesimo tertio.vers.Decimo principaliter.*

20 Item occisor non succedit occiso, etiamsi sit illi proximus, vel conjunctus, vel quamvis ex forma statuti deberet succedere, secundùm Bart. *in l.fin.col. 2. D.si quis aliquem test.prohib. & in l. fin. D. de iis quibus ut indig.* Bald. & Roman. *singul.477.* quos refert & sequitur Hippol. *d. cons.93. num.8. volumine 2.*

21 Item nota, quòd fisco non applicatur, quod alicui aufertur absque suo delicto, sed remanet apud venientes ab intestato vel coheredes, si extant, ut *in l.si pater l.nec apud.Cod.de hered.instituend.* notatur *in l aufertur.in principio.D.de iure fisci.* tradit per ista jura Bart. *in l. hereditas, col.1.versicul.nota præterea.Cod.de iis quibus ut indign.*

22 Item nota, quod omnia turpiter quæsita, vel quæ indignè possidentur, confiscantur apud quemcumque inveniantur, sive apud quærentem, sive apud heredem, ita per illum text. & alia jura quæ citat gloss. magna *ad medium in l. Lucius. D.de jur.fisci.* quod fallit, ubi alicui auferuntur bona absque suo delicto, secundùm gloss. *ibi, vers.fallit tamen.* & Bart. *ibi,col.1.vers.nota præterea.* Item intellige hoc procedere in bonis scelere quæsitis, quia ista confiscantur, non alia quæ aliunde sibi obvenissent; per d. gloss. *in fin.* Ceterùm si propter crimen lex auferret ea bona, tunc & quæsita & alia auferri intelliguntur, secundùm d.gloss.*in principio,quia si propter crimen.*quod nota.

23 Adde quod ad hoc, ut fiscus auferat ab indigno, requiritur, quod indignus adiverit hereditatem, vel saltem possit adire, & in fraudem fisci recuset, secundùm ea quæ habentur *in l. sequens quæstio.D.ad Syllanian.*ita Bart. *in l.ejus qui delatorem.§ fin. D.de jur. fisci.*sequitur Hippol.*d.cons.93.num.18.lib.2.*

24 Huc etiam confert, quod ad hoc ut fiscus succedat & auferat, requiritur quod jus succedendi fundetur in persona ejus, à quo aufertur, prout dicit Bald.*in d.l.hereditas.Cod.de iis quibus ut indign.* & est ratio, quia regula quæ dictat, quod id quod aufertur à fisco, fundatur in ratione, quia turpia lucra sunt extorquenda. *l. heredem.D.de calumniat.* ubi ergo nihil lucratur, nihil extorquetur; secundùm eumdem Bald. *in d. l.hereditas.* quem refert & sequitur Corneus *cons.232. videtur in hac consultatione. col.2. vol.4.* & Hip pol.*d. consil.93.num.15.& seq.*

Hinc est, quod ubi maritus occidit uxorem, perdit dotem, & ejus lucrum vadit ad hæredes mulieris, quia eo casu maritus nullo tempore fuit lucratus:, secus verò ubi mortem mulieris non vindicavit quia tunc aliquo tempore lucratus est, & ideò ab eo tamquam ab indigno aufertur, & applicatur fisco, secundùm Bart. *in l.si ab hostibus §.1.n.2.opposit. 2. D.sol.matrim. & in l.ei qui.D.de iis quibus ut indign.*de quo cogita, quia dubitat Bart *in d.§.1.l.si ab hostibus.* ubi vide, licet se remittat ad notata *in d.l.si quis.* 25

Adde etiam quod judices non possunt opponere de illa indignitate, sed fiscus tantùm, ita glos. singularis, & ibi text. *in l.his consequenter § 1.D.famil.erciscund.*quam ad hoc commendat Jas. *in d.l.sororem. col.fin.net.3.C.de iis quibus ut indig.* & ibidem DD. 26

Hinc est, quod regulariter jura indignitatis solus dominus aut fiscus prosequitur, Bald. *in cap.qua in Ecclesiarum.col.6.de constitut.*

DECISIO LXXXII.

Circa crimen læsæ Majestatis, & ad intellectum Ord.*lib.5.tit.6.in aliquibus §§.*

SUMMÆ.

1. *Crimen læsæ Majestatis committitur contra Regem, Reginam, aut filios legitimas.*
Committitur etiam contra ascendentem, vel descendentem Regis, fratrem, aut sororem, aut avunculum, ex ea parte ex qua successio regni defertur, dummodo sint personæ legitimæ. Ibid.
Et an committatur contra civitatem, vel Rempublicam non recognoscentem superiorem, vel contra vicarium Principis. Ibidem remissivè.
2. *Crimen hoc non committitur nisi contra Principem non recognoscentem superiorem.*
Et committitur etiam contra Regem antequam sit coronatus. Ibid.
3. *Clericus cui crimen hoc fuit revelatum in confessione, quantumvis secreta, & sub jurejurando, tenetur illud indicare Reipublicæ; & si non fecerit, an per hoc favere dicatur hujusmodi criminosis.*
4. *Secus quando fuerit revelatum in confessione Sacramentali, quia tunc non tenetur revelare in specie, sed tantùm in genere.*
5. *Ratio decidendi ad Ord. libr. 5. titul. 6. in §. 15.*
6. *Castellanus Castelli, in quo religio Melitensis D. Joannis Baptistæ præsentabat, & Rex confirmabat, si crimen hoc committat, Castellum eo vivente an fisco debeat applicari, an vero ipsi Ecclesiæ & religioni sit devolvendum?*
7. *Ubi crimen læsæ Majestatis est notorium, incurritur confiscatio ipso jure, nec requiritur alia sententia, nisi tantum declaratoria illius notorietatis; secus in*

in notoriis, maximè gravibus, quæ sunt notorii facti permanentis.

Confessio delinquentis non operatur effectum sententiæ, ut bona confitentis ipso jure censeantur confiscata. Ibid.

8. *Ubi crimen non est notorium, non inducitur confiscatio ipso jure, sed per sententiam.*

9. *Ubi primùm quis incipit tractare crimen hoc statim perdit suarum rerum administrationem, & alienationem, & alienatio, seu manumissio interim facta ipso jure non valet.*

10. *Condemnatus de hoc crimine in Regno Portugaliæ, si bona habeat in Francia, vel in alio regno, an fisco Portugaliæ debeant etiam applicari?*

11. *Clericus an dicatur committere istud crimen contra Dominum laicum, & qualiter puniatur, remissivè.*

12. *Filij in hoc crimine delinquentis etiam puniuntur, Quod procedit tam in legitimis, naturalibus, spurijs, quam etiam in emancipatis, & in filijs respectu matris, & etiam in nascituris. Ibidem.*

13. *A sententia lata in hoc crimine an liceat appellare? remissivè.*

Delinquentes in hoc crimine torquentur, quod fieri debet præcedentibus indicijs, & alijs præsumptionibus. Ibid.

Et an idem in clerico? remissivè. Ibid.

14. *Criminis conscius, & non socius, an teneatur illud revelare? remissivè.*

15. *Ordin. præd. in §.20. non comprehendit uxores quoad dotes suas & dimidiam bonorum ad se pertinentem.*

16. *Pater committentis crimen hoc etiam punitur.*

17. *Intelligitur Ordin. præd. in* §.13. ibi, pera sempre, *& quid in matre. Ibid.*

1 CONtra quem committatur istud crimen, quæstio est? & dic contra Regem, Reginam, aut filios, filiásve legitimas eorumdem, Ordin. *hoc titul.* §. 1. & hoc est crimen de primo capite; item contra ascendentem, vel descendentem Regis, aut fratrem, sororem, aut patruum Regis, aut avunculum, ex ea parte ex qua successio Regni defertur. Intellige, modò sit persona legitima, sive masculus, sive femina. dict. Ordin. §.2. Quid si committatur contra civitatem, vel Rempublicam non recognoscentem superiorem, aut contra locum tenentem Principis? vide Angel. *de maleficijs, verbo, che ay tradito la sua patria. col. ult. vers. quæro an Sacerdos.* Cuman. *consil.* 153. Hippolyt. *consil.* 1. Humadam *in glossis partis. fol.* 227. Gigantem *de crimin. læsæ Majest. quæst.* 15. *fol.* 36.

2 Et adde quòd non committitur crimen hoc nisi contra Principem, qui non recognoscit superiorem, secundùm Bald. *in l. quisquis. Cod. ad l. Jul. Majestat.* Laudens. *de crimine læsæ Majest. q.* 1. *volum.* 10. *tract.* ubi addit, quòd etiam crimen læsæ Majestatis committitur contra recognoscentem superiorem, sed tunc pœna non extenditur ad liberos. Et quid si Rex nondum est coronatus: an contra eum committatur istud crimen ante coronationem? Dic quòd sic. Bart. *in Extravag. ad reprimendum vers. Reges.* Bertachin. *de Episcop. libr.* 3. *p.* 2. 4. *p. quæst.* 3. *num.* 5. Bald. *in titul. de pace Constantiæ.* §. *hoc quod nos.* Paul. *consil.* 125. *volum.* 3.

In § 1. ibi, *ajuda, conselho, & favor*, quæstio fuit: 3
Utrùm clericus dicatur hujusmodi criminosis favere, qui crimen istud paratum ut mox perpetraretur, sibi confessione relatum, nô denuntiavit: & dic, quòd si in confessione, quantumvis secreta, & sub jurejurando detecta, istud sibi fuit revelatum, tenetur omnino indicare, ut reveletur tantum Reipublicæ malum, ut eleganter & latè comprobat D. Nav. *in cap. inter verba corol.* 58. *pag.* 179 11. *quæst.* 3.

Secus si sit relatum in confessione Sacramentali, ut ibi per eum *num.* 623. quia tunc nequaquam tenetur revelare in specie, sed tantùm in genere admonere, quòd tali die & loco faciendus est tumultus in populo, vel aliquod scandalum ex seditione & conjuratione oriundum, & hoc modo sufficit, nec tenetur propalare. *cap. hoc videtur* 30. *distinct.* Ang. *de maleficijs. verbo, che ay tradito la sua patria, colum. ultim. vers. quæro an Sacerdos.* ibi latè, & vide Nav. *in cap. Sacerdos deponit, distinct.* 6. *& sentit. dict. num.* 623. ubi illum videas. 4

In §. 15. ibi, *avera o fisco os taes bens em quanto viver o culpado.* quia interim rectè capit fiscus. *l. Statius Florus.* §. *Cornelio Felici. D. de jure fisci.* ubi notatur, & vide *l. Lucius. D. eodem. l.* 1. *u.* § *præterea. D. de bonis damnat.* Bald. *in cap.* 1. §. *similiter. n.* 3. *quibus modis feud. amit.* & vide notata per Bart. & DD. *in l.* 2. §. *fratris. D. si quis aliquem test. prohib.* & latè tenet hoc ipsum in terminis Anton. Gomez. *in l.* 40. *Taur. num.* 91. *vers. unum tamen est*, ubi id multis comprobat. 5

Hinc fuit mota quæstio in senatu.

Quidam Castellanus, *Alcaide major* dicitur tene- 6
bat Castellum de manu Religionis Hospitalanorum Divi Joannis Baptistæ, *da Ordem da Malta*, quod ipsi tamquam donatarij à Rege possidebant, sed Castellanum præsentabant, qui à Rege confirmabatur; postquam illi homagium cum juramento fidelitatis præstabat. Hic autem Castellanus N. crimen læsæ Majestatis commisit, quia partes secutus fuit Prioris Cratensis præfati Ordinis, cùm se injuste Regem Portugaliæ creari & acclamari fecit mense Junio, anno 1580. apud Santarenam, contra obedientiam Regis Philippi bonæ memoriæ, ad quem successio Regni Portugalliæ pertinebat. Quæsitum fuit, utrùm is Castellanus amitteret Castellum fisco, an verò ipsi Religioni? & videbatur, quòd Religioni, quia delictum personæ non debet in damnum Religionis redundare, *reg. delictum l.* 6. *de reg. jur.* præsertim ubi fuit commissum non communicato consilio cum ipsis de Religione, secundùm Gloss. Dyn. & Perusin. *Ibid.* Item quia Ord. *lib.* 5. *tit.* 3. §. 16. *in veteri recopilatione*, quæ illo tempore vigebat, disponit, quòd si committens crimen læsæ Majestatis habeat feudum, majoratum, aut emphyteusim ab Ecclesia, quòd talia bona revertantur statim ad Ecclesiam: licet Ordin. *in nova recopilat.* aliter disponat *tit.* 1. §. 2. *lib.* 5.

Econtrariò videbatur, quòd tale Castellum, id est, *Alcaidaria delle* amitteretur fisco, per Ordin. *dict. titul.* 3. §. 16.

Visum fuit rem distinctione temperandam esse. Nam dum Castellanus vivit, Castellum ad Regem & ejus fiscum devolvitur; eo autem mortuo, redit ad Religionem, sive Ecclesiam: quod probatur ex Ordin. *d. tit.* 6. §. 15. ubi idem in simili disponitur

de eo, qui habebat feudum, majoratum, aut emphyteusim, ea conditione, ut talia bona post mortem ad aliquem certum successorem devenirent, quæ quidem in vita amittit fisco, licet post mortem ad hujusmodi successorem sint reversura. Ita in nostro casu Castellum, quod post mortem Castellani debet redire ad Religionem, rectè amittitur fisco, quoad ipse Castellanus vivit, & Rex potest interim de Castello disponere: & facit, quia in hoc casu, & alijs, de quibus *in d.§.15.* est eadem ratio, ideò debet esse idem jus. *l. illud.* ubi Gloss. *verb. existimari. D. ad l. Aquil.* vel saltem non potest assignari diversitatis ratio, & idcircò idem jus est statuendum, *l à Titio.* ubi Gloss. *verbo, reddi. D. de verborum obligat.* & quòd sit eadem ratio, vel saltem diversa non possit dari, colligitur ex text. & ejus ratione *in l. Statim Florus §. Cornelio Felici.* ubi notatur, *D. de jure fisci.* In instrumento gravaminis procuratoris Ordinis Melitensis, contra Georgium Machado, *sobre a alcaidaria mor do Castello d'Algoso,* Scriba Petro Almirante; per Regem tamen fuit prædicta Castellania Ordini restituta, vide Ord. *in nova recepilat. d.tit.1. §.2. in vet. tit.6. §.17.*

7 In §.10. ibi, *sem outra algũa sentença,* nota quòd si crimen læsæ Majestatis est notorium, incurritur confiscatio ipso jure, nec requiritur alia sententia. Intellige, nisi sit declaratoria, quia talis declaratoria saltem requiritur. Bart. *in l. is qui delatorem. colum. 1. D. de jure fisci. versic. & ideò puto.* Alexand. *cons. 114. volum. 1.* Butrius *cons. 22.* Paul. *consil. 121. volum. 3.* Roman. *in consil. 211.* DD. *in l. si quis major. Cod. de transact.* & Paul. *in legat. 2. Cod. de juram. calum.* Quod tamen fallit in notorijs, maximè gravibus, quæ sunt notoria facti permanentis, quia tunc nec declaratoria requiritur, secundùm Abbatem *in cap. propositi. colum. 1. de appellat.* qui dicit hoc singulariter notandum ad limitationem *capit. cùm secundùm de hæretic. libr 6.* sequitur Capic. *decis. 121. numer. 24. & 25.* quem videas, licet tamen requiratur condemnatoria, ut latè concludit quidam incertus Auctor, *in tractatu de crimine læsæ majest. in 10. volum. tract. quæst. 5. numero 21. versicul. ex quibus etiam corollaria.* præsertim ex Bald. quem citat *in cap. ad nostram.* O 3. *de jurejurando,* quatenus dicit, quòd super ipso notorio est ferenda sententia, & Angel. *in l. libertas. §. fin. Cod. de statu hominum.* per text. quem allegat *in l. quicumque. C. de malefic. & Mathemat.* & Alexand. & Jacobin. *in l. fin. ad principium. D. si cert. petat.* ubi dicunt, quòd licet non sit opus discussione, ubi notum est debitorem non esse solvendo, tamen requiritur sententia, per quam declaretur ita esse: & ulteriùs idem auctor adducit text. quem dicit singularem, & à nullo modernorum allegatum, *in cap. cùm dilecti. de purgat. canonica.* ibi (nimirum si crimen notorium existebat, non erat illi indicenda purgatio, sed in eum condemnationis sententia promulganda) & ibi notat Joan. Andreas. Ex quo infert, quòd confessio delinquentis non operatur effectum sententiæ, ut bona confitentis censeantur confiscata ipso jure, & intellige hanc Ordinat. quòd in notorio non requiratur sententia, nisi declaratoria illius notorietatis, absque alia sententia confiscationis.

8 Si autem tale crimen non sit notorium, tunc non inducitur confiscatio ipso jure, sed per sententiam, ut acerrimè defendit idem incertus auctor *ubi sup. quæst. 1.* ubi ad hoc allegat text. quem dicit inevitabilem *in l. quæsitum. D. qui & a quibus manum. lib. non fiant.* & ibi citans plures auctores dicit hanc esse magis communem; quamvis Gloss. *in capit. cùm secundùm, verbo, ipso jure.* indistinctè teneat talia bona confiscari ipso jure, & alij auctores citati ab eodem incerto auctore *dict. quæst. 1. in principio.*

9 Et adde, quòd quamprimùm quis incipit tractare dictum crimen, statim perdit suarum rerum administrationem; & omnis alienatio interim facta de bonis suis ipso jure non valet, ut est text. *in l. fin.* & ibi notat Gluss & Cyuus *Cod. ad l. Jul. Majestat.* & notat latè Bart. *in l. post contractum. D. de donat.* sequitur Ang. *ubi supr. colum. 3. vers. & benè scias.* Et ideò reus iste non potest manumittere post crimen commissum. *l. quæsitum. D. qui & à quib.* & tenet incertus auctor, *de crimine læsæ Majest. q. 1. num. 7. vers. adverte.*

10 Ad §.9. ibi, *todos seus bens que tever ao tempo da condemnação.* Quid si condemnatus de hoc crimine Portugaliæ habeat etiam bona in Francia, vel Anglia, utrùm fisco Portugaliæ sint etiam confiscata illa bona externa, quæ extra Regnum habet? Potest ista quæstio resolvi ex his, quæ ferè in simili quæstione pulchrè disputat Joan. Andreas *in cap. cùm secundùm, colum. 1. & 2. de hæret. lib 6.* præsertim ex aliquot argumentis pro secunda parte adductis, & ex eorum resolutione, nempe quòd sint applicanda fisco ejus Regni, in quo sunt, si modò dici possit ibi reus læsæ Majestatis, sicut in regno Portugaliæ, in quo deliquit: & vide Jul. Clar. *libr. 5. §. fin. quæst. 78.* Bossium *de public. bonorum num. 72.* Afflict. *decis 282.*

11 An clericus committat istud crimen contra dominum laicum, & qualiter tunc puniatur? vide Bernardum Dias *in pract. titul. de crimine læsæ Majestat.* Bossium *eodem titul. à numero 86.* Jul. Clar. *in Paragrapho fin. quæst. 36. num. 27.* ubi dicit *in §. læsæ Majestatis, num. 6. & 7.* quòd de jure communis opinio est, quòd clericus non dicatur committere crimen læsæ Majestatis, quia post clericatum non est subditus domino sæculari; & qui non est subditus Principi, non dicitur tale crimen committere contra eum, *Clem. Pastoralis.* & ibi Gloss. *verbo, non subfuit. de re judicat.* & est communis secundùm Rolandum *consil. 4. num. 1.* sequitur Jul. Clar. *d. num. 6. in princip. & in d. §. fin. q. 36. n. 27. vers. quæro numquid.* ubi allegar test. *in capit. Perpendimus, de sentent. excommun. in favorem Principum sæcularium.* illum vide, & vide Gigantem *de crimine læsæ Majest. 1. p. q. 63.*

12 Filij etiam delinquentium in hoc crimine puniuntur, Ordin. ista *in §. 9.* ibl, *filhos.* & intellige legitimos, unde ista pœna non afficiuntur filij clerici, ut dicit Gloss. *in cap. satis perversum 56. distinct.* quod mente tenendum dicit additio ad Aug. *ubi sup. in vers. quæris ibi Saliceius.*

Naturales tamen comprehenduntur, ex Cyn. & Salicet. *in d. l. quisquis.* sequitur Angel. *ubi sup. vers. quæris Cynus.* ubi citat Gloss. *in cap. statutum.* O. 2. *versic. volumus. de hæretic. lib. 6.* idem in spurio, quod post Imol. tenet ibi Angel. Idem in filijs emancipatis, non tantùm in his, qui sunt in potestate, quia

Ord.

Ord. indistinctè loquitur, sed etiam in filijs respectu matris, quæ non habet eos in potestate; licet Gloss. *in cap. si quis 6. quæst. 6.* voluerit, quòd *l. quisquis.* non habeat locum in emancipatis, quod refert additio Angel. *ubi suprà.* Idem etiam in filijs nascituris; quia legis ratio in eis etiam locum sibi vendicat, sicut in jam natis, ut per Cynum *in d. l. quisquis.* sequitur Angel. *ubi supra.* Laudens. *d. quæst. 17.* In femina & matre etiam locum habet pœna hujus criminis, ut probat Ordin. ista *in §. 14.* & Gloss. *in l. quisquis. verbo, ausurus,* quam sequuntur Petrus, & Cynus. licet Salicetus dissentiat: sed Gloss. communiter recipitur, ut dicit Angel. *ubi suprà, quæst. 3. vers. & advertendum*, & vide per Anchar. & Imol. *in d. cap. statutum. de hæret. lib. 6.*

13 Utrùm autem à sententia lata in hoc crimine possit appellari, vide Angel. *de maleficijs ubi supra, in principio, & in versicul. præsente Caio, & appellante.* Laudens. *de crimine læsæ Majestat. quæstion. 7.* ubi dicit, quòd sic, per Gloss. *in l. Pautenum, §. Reo D. de acquirend. hereditat.* Et in hoc crimine delinquens torquetur, cujuscumque conditionis sit, Ordin. ista *in §. 29.* Bald. *in cap. cùm quidam de jurejur.* Hippolyt. *sing. 16.* Et an clericus torqueatur? vide inferiùs, *decis. sequenti.* Intellige tamen, quòd non potest in hoc crimine procedi ad torturam, nisi præcedentibus indicijs, & alijs præsumptionibus, text. ubi Gloss. *in l. si quis alicui. Cod. ad l. Jul. Majest.* Angel. *ubi supra.* & leviora indicia; aut etiam pauciora sufficiunt ad torquendum super hoc crimine, ut probat. Ordin. ista *in §. 29. in principio.*

14 Ad §. 12. ibi, *elle e descubrir*, quid si non esset socius criminis, sed conscius, an teneatur revelare? vide *in l. utrum. D. ad l. Pompeiam. de parricidijs.* Et si non revelavit, an teneatur pœna hujus legis? Dic quòd sic. Bart. *in d. l. utrum.* & Salicet. latè *in l. quisquis. §. ad quod.* per illum text. *C. ad l. Jul. Majest.* Ang. *ubi suprà.*

15 Ad §. 20. ibi, *avera todo o seu dote*, ergo non videtur comprehendere ista lex uxores delinquentium, quæ quidem dotes suas non amittunt, & consequenter, nec dimidiam bonorum ad se separatim pertinentium, ut per Salicetum *in dict. l. quisquis. § 1.* hoc sequitur Angel. *ubi supra. vers. & advertendum.*

16 In § 9. *in fine*, ibi, *ascendentes*, ergo si filius commisit delictum istud pater punietur, licet contrarium dicat Salicet. *in d. l. quisquis.* quia cessat ratio sanguinis improbati, & sequitur Angel. *ubi supra, vers. quæris ibi Salicetus.*

17 In §. 13. ibi, *para sempre*, intellige usque ad secundam generationem. Salicet. *in l. 4. Cod. de interdict. matr.* sequitur Angel. *ubi supra, vers. quæris Cynus.* in matre autem dicunt, quòd delictum non transit ultra primum gradum, ad similitudinem hæresis, ut notat Gloss. & Salicet. *in l. 2. Cod. ad l. Jul. Majest.* quem sequitur Angel. *ubi suprà.*

DECISIO LXXXIII.

An Clericus committat crimen læsæ Majestatis contra Regem, & an possit torqueri de mandato sui Prælati, per Judicem laicum?

SUMMÆ.

1. *Clericus simpliciter, & respectu personæ non est subditus Regi, & ideò dici non potest reus læsæ Majestatis.*
2. *Leges Principum sæcularium, quibus crimen hoc punitur, non possunt ligare clericos.*
3. *Fallit hoc quando Episcopus, vel clericus præstitit juramentum fidelitatis, & homagium domino temporali.*
4. *Episcopus, vel clericus, licet aliàs non committat crimen hoc contra Regem, committit tamen grave & enorme crimen, propter quod debet degradari, & beneficijs spoliari, quod intellige ut num. 6. & 7.*
5. *Clericus beneficiarius committens rebellionem contra Regem privatur beneficijs, & dignitatibus.*
6. *Et an debeat degradari, & tradi curiæ sæculari.*
7. *Et an pœna degradationis indistinctè sit puniendus, an solum ille, qui juramentum & homagium Regi præstitit.*
8. *Episcopi possunt regulariter committere laicis causas civiles clericorum, non tamen possunt criminales.*
9. *Episcopus non potest committere laico, ut tamquam minister torqueat clericum exequendo suam sententiam, & multò minùs ut illum judicet, & condemnet ad torturam.*

Et an excusetur propter consuetudinem & n. 11.

10. *Exemptio clericorum est de jure divino, secundùm magis communem Theologorum & Canonistarum, & secundùm alios de jure positivo.*
11. *Prælatus non potest concedere, ut clericus torqueatur pro detegendo hoc crimine, & ejus complicibus.*

Clericus prohibetur sub irregularitatis pœna testimonium dicere in causa capitali. Ibid.

12. *Inferior à Papa non potest dispensare sub ista irregularitate cum clericis in sacris, nec in minoribus, nisi tantùm ad simplex beneficium.*

Clericus, qui indicavit delinquentem ut caperetur, irregularitatem incurrit; quod procedit etiam quando dedit causam remotam. Ibid.

ET videtur quòd clericus simpliciter, & respectu personæ, non est subditus Regi, & ideò non potest dici reus læsæ Majestatis; quia non subditus non dicitur committere crimen læsæ Majestatis, ut probat text. notabilis *in Clem. Pastoralis, §. rursus,* & ibi notat Gloss. *verbo, non subditis de re judic.* & per illum text. tenet Roman. *cons. 365. num. 1.* & Andr. Sicul. latè *in cap. at si clerici in finalibus verbis, de judicijs.* post Cardinalem *in cap. vergentis de hæret.* quos sequitur Joan. Bernard. *in sua pract. criminali in cap. 110. læsa Majestatis.* ubi citat idem tenentem Arnald. Alberic. *in cap. quoniam de hæretic. in 6. q. 11. & 15.* & ideò clericus contra Regem non potest 1

dici

dici reus læsæ Majestatis, secundùm Andr. Siculum, & idem tenet Jul. Clar. *libr. 5. sententiarum §. læsæ Majestatis num. 6. & 7.* ubi dixit hanc esse communem, & in *§. fin. num. 436.* Gigas *de crimine læsæ Majest. q. 63. fol. 111.*

2 Et pro hac opinione facit, quòd leges Principum sæcularium, quibus istud crimen constituitur, & punitur, non possunt comprehendere nec ligare clericos, juxta notata *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. de constit. & in capit. fin. de rebus Eccles. non alienandis.* & hæc opinio videtur in puncto juris probabilior.

3 Quæ tamen fallit, quando Episcopus, vel clericus præstitit juramentum fidelitatis, vel homagium domino temporali; quia tunc potest dici ratione homagij & juramenti committere contra illum crimen læsæ Majestatis, per text. *in cap. si quis laicus 22. q. 5.* quem sic intelligit Arnald. *ubi suprà*, relatus a Joanne Bernard. *dict. cap. 110. colum. 2.* pro quo pondero illum text. *in dict. cap. si quis laicus.* ibi, *quod Regi, & domino suo jurat.* Albertinus omnino videndus *in cap. 1. de hæret. lib. 6.*

4 Ceterùm quamvis Episcopus, vel clericus aliàs non committat crimen læsæ Majestatis, committit tamen crimen enorme, & gravissimum, & propter ejus immanitatem debet degradari & beneficijs spoliari, per ipsius judicem ordinarium secundùm Arnald. *ubi suprà*, quem sequitur Joan. Bernard. *in dict. cap. 110.* ubi idem dicit in clerico rebellante contra Regem, licet non committat læsæ Majestatis crimen, & idem dicit Abb. *in d. cap. at si clerici, in finalibus verbis, de judicijs.* quòd clericus, vel Episcopus degradatur pro conspiratione facta contra Principem, seu dominum terræ: & dicit per illum text. *in d. cap. si quis laicus*, quòd possit intelligi de actuali degradatione propter immanitatem criminis.

5 Et quòd clericus beneficiarius committens rebellionem contra Regem, possit privari beneficijs (si modò ita arbitretur Episcopus ejus ordinarius, quod potest facere sententiando servato juris ordine) tenuit Matth. de Afflict. *in lib. 1. constitut. Siciliæ, in rubr. ubi clericus in malefic. debeat conven.* quem etiam probat Joan. Bernard. *ubi supr. colum. 3.*

6 Imò, etiam talis clericus videtur tradendus curiæ sæculari secundùm Arnal. relatum ab eodem Joanne Bernard. *ubi supra.* Jul. Clar. *dict. quæst. 36. §. fin. num. 27.* ubi resolvit, quòd jure communi clericus non sit tradendus curiæ sæculari, sed dicit quòd Principes servant contrarium, & de facto puniunt clericos; quod nititur causare per text. *in cap. perpendimus de sentent. excommunic.* & alia quæ adducit *dict. num. 27. vers. tamen de facto: & numer. 23. vers. quaro modò.* Et idem videtur sentire Roman. *d. cons. 365. num. 1. & 2.* dum ait, quòd ubi lex pro gravi crimine laico pœnam mortis imponit, illa est regulariter in clerico pœna canonica, ut à suo ordine degradatus tradatur curiæ sæculari: & cùm pro crimine læsæ Majestatis laicus morte puniatur, sentire videtur, quòd clericus sit degradandus, & tradendus curiæ sæculari.

Sed certè cùm hoc dixit Arnal. statim est protestatus, salvo meliori judicio, & Sedis Apostolicæ auctoritate. Et Joan. Bernard. hoc reprobat, dicens quòd nec id dicit Romanus, quia dum citat *d. cap. si quis laicus.* tantùm degradationis meminit: nec inde sequitur traditionem probare, quia non semper fit talis traditio, ubi in jure Cannnico infertur degradatio. Sed Joan. Bernard. non omnino satisfacit ponderationi suprà factæ ex Rom. *ubi suprà, d. num. 2.* Quare potest dici, quòd regulariter, ubi pro crimine gravi pœna mortis à lege civili imponitur, pœna degradationis & traditionis curiæ sæculari lex canonica clericum censetur punire, etsi tùm de degradatione mentionem faciat. Sed fallit ubi ultra degradationem alias pœnas adjicit, quæ repugnent traditioni, id est, ex quibus appareat, de tradendo clerico curiæ sæculari minimè sensisse, ut benè probat text. *in d. cap. si quis laicus*, ibi, *sæculum relinquat, arma deponat, in monasterium eat, & pœniteat omnibus diebus vitæ suæ, &c.* Unde relinquitur in hoc casu verius esse, quòd clericus non sit tradendus curiæ sæculari, contra Arnal. cum Joan. Bernard. Illa tamen verba *in dict. cap. si quis*, ad laicum delinquentem referuntur, In fine autem dicit text. quòd si Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus tale crimen commiserit degradetur, nec aliud addit: unde aliquo modo posset defendi opinio Rom. & Arnald. de quo tamen cogitandum relinquo: & vide jura, quæ allegat Roman. *dict. num. 2.* nisi dicas degradationem adjici in clerico, ultra alias suprà scriptas pœnas; quod mihi probabilius videtur.

Sed & illud posset dubitari; an etiam sit degradandus clericus indistinctè? & quamvis Doctores degradandum illum dicant, posset tamen illud tantùm admitti in clerico, qui juramentum fidelitatis, & homagium Regi præstitit, in quo casu speciatim loquitur *dict. cap. si quis laicus.* per quem text. tamquam unicum id Doctores adnotarunt: & est ratio, quia tunc videtur, quòd committat clericus crimen læsæ Majestatis, ut suprà diximus, & ita probari videtur ex illo Concil. Toletano, allegato à Joan. Bernard. *ubi supra, cap. 110. in fin. colum. 2.* ut ex eo patet. Secus in clerico non subdito, id est, qui non juravit domino temporali homagium, nec fidelitatem: quia is tale crimen non committit. Sed communis opinio indistinctè tenet, quòd degradetur per illum text. *in fine*, ibi, *Episcopus, Presbyter, Diaconus si hoc crimen commiserit, degradetur.* ubi non requirit expressim, quòd clericus fecerit tale juramentum: nisi dicas, dum inquit (tale crimen) sensisse de crimine læsæ Majestatis cum violatione Sacramenti: & retenta ista opinione, dicendum videtur, quòd ubi clericus, qui non præstito ejusmodi juramento illud crimen commisit, de quo in illo *cap. si quis laicus*, puta, quia dolosè & perversè regnum tractavit, & in mortem Regis aliquo machinamento est insidiatus, vel conspirationem, aut rebellionem fecerit, vel quid simile perpetraverit, non debeat degradari, ut etiam sensit Andr. Siculus, Barbat. post Cardin. quos citavit Joan. Bernard. *ubi supra, colum. 2.* sed tantùm erit privandus suis beneficijs, & dignitatibus, ut per Afflict. *ubi supra*, quæ opinio ut benignior mihi magis placet. 7

Sed utrùm possint Episcopi committere judici laico cognitionem causæ, usque ad clerici tormentum, quæstionis est. Et videtur, quòd non possint. Primò quia licet regulariter possit Episcopus causas civiles clericorum laicis delegare, ut per text. 8

&

& ibi not. per Abb. & Dec. *in cap. decernimus de judiciis num. 5.* tamen hoc fallit in causis criminalibus, quia tales causas non committit laico; ut per eumdem Dec. *dict. num. 5. colum. 5. versicul. tertio quod supradictam est.* Ex quo sequitur; quòd non possit dare facultatem laico, ut condemnet clericum ad torturam, & ita illum torqueat: quod videtur probare Gloss. 1. *in cap. Presbyteri.* & 2. ibi, *coram Episcopo, & non laico 5 q. 6.* quam intelligit Abbas *in cap. universitatis num. 6. de sent. excom. de laico disponente, & authorizante*, & ita indicante; & sequitur Archid. *supr. d. gloss. 1.*

9 Pro quo facit, quòd si prælatus non potest permittere laico, ut tamquam minister torqueat clericum exequendo ipsius Prælati sententiam, seu mandatum, quod minus est, per illum text. *in d. cap. universitatis* ubi Abb. *num. 6.* & Felin. nec laico potest permittere, quod plus est, nempe ut clericum judicet, & condemnet ad torturam.

10 Et facit, quòd personæ clericorum sunt exemptæ à foro sæculari: quòd si sint exemptæ de jure divino, secundùm magis communem opinionem Theologorum, & Canonistarum, de qua per Gloss. *in cap. Imperator 96. distinct.* & Navarr. *in cap. novit. pag. 230. in fin. de judiciis.* & Thomam Ferrariens. *Cantel. 18.* & Bald. *in l. quoties. in princ. C. de judic.* Nec ipse Papa potest ad hoc dispensare. Si autem talis exemptio est de jure positivo, secundùm aliorum opinionem, *in cap. nullus de foro competent.* per Card. *in cap. perpendimus. numer. 6. de sentent. excommun.* Chassanæum *in consuet. Burgund. rubr. 1. Paragrapho 5. num. 46.* nullus inferior à Papa poterit dispensare, argument. *cap. proposuit. de concess. præbend.*

11 Et istam opin. quòd clericus etiam jussu prælati sui non potest torqueri per laicum tamquam judicem, nec tamquam ministrum, probarunt Abb. *in d. cap. universitatis num. 6.* & Dec. *in cap. dilectus. in princip. de appellat.* & plures alij relati à Joan. Bernard. *ubi supra, d. cap. de tortura. versic. nota tamen.* & dixit Felin. *in d. capit. universitatis.* quòd ista conclusio est verissima; quòd laici torquentes clericum præcepto Episcopi, vel vicarij, non excusantur; imò facientes clericos per laicos torqueri, sunt excommunicati. Sed Navarrus *in cap. nullam 18. q. 2. n. 52. pag. 86. in cap. de regular. ad triremes damnat.* tenet, quòd de consuetudine excusatur, ubi illum omnino videas.

12 Utrùm autem potestas torquendi clericum possit à prælato concedi, pro detegendo crimine hoc, & manifestandis ejus complicibus? tantumdem respondeo, & talem licentiam non esse dandam existimo, quia causa capitalis est, & meretur sententiam sanguinis, in qua clericus in sacris constitutus prohibetur sub irregularitatis poena testimonium dicere. *cap. testimonium 11. q. 1. gloss. 3.* quæ singularis est, *in cap. aliquantos 51. distinct.* Abb. *num. 5.* & DD. *in cap. sententiam sanguinis, ne clerici vel monach.* & inferior à Papa non potest super ista irregularitate dispensare cum clericis constitutis in sacris, nec cum clericis in minoribus ordinibus, nisi ad simplex beneficium; nec ad ordines sacros, sed tantùm ad minores, argum. text. cum ibi notatis *in cap. ad audientiam. de homicidio.* & per Navarr. *ubi suprà. cap. 27. num. 240. in fin.* Quo fit, ut Episcopus non possit dispensare cum isto Sacerdote, ut ferat testimonium in causa capitali, in qua potest ferri sententia sanguinis. Accedit, quòd irregularitas incurritur, ubi clericus revelavit; & indicavit delinquentem, ut caperetur, ut notatur *in d. cap. sententiam sanguinis, ne clerici vel monach.* & per Navarr. *ubi supra, cap. 27. num. 221. in manuali Lusitano*, ibi; *E o que toma ladraõ, ou malfeitor para que o tirem o prenda.* Quod procedit, etiamsi clericus dedit huic capturæ causam remotam, puta quia in causa criminali scripsit litteras, ut delinquens caperetur, ut per Abb. *numer. 12. in d. cap. sententiam*; vel tantùm legit litteras, in quibus capi jubebatur, ut per eumdem Abb. *ibid. num. 14.*

Quæ omnia sunt valdè notanda, quia de facto in hoc regno contigerunt.

DECISIO LXXXIV.

De electionibus, ubi multa notabilia traduntur ad intellectum Ordin. *libr. 1. titul. 67. cum suis §§.*

SUMMÆ.

1. *Nobiliores, divites, & benè meriti eligendi sunt ad munera publica.*

Et non debent eligi, nisi priùs syndicentur de primo officio, & syndicatio sit visa per auditores consilij Regis. Ibid.

In electione ad officia sæcularia; quæ debeant considerari remissive. Ibid.

2. *Electus si non est idoneus; ad electores spectat periculum.*
3. *Electio facta ad clamorem populi sine solemnitatibus à jure requisitis est nulla ipso jure.*
4. *Electio si non valet, nec etiam valet confirmatio, nisi sit Princeps qui confirmet ex certa scientia.*
5. *Electo ad aliquod officium temporale, non valenti illud exercere, etiam sine culpa sua, currit tempus.*
6. *Civitas non potest eligere Magistratum perpetuum nec etiam per biennium, aut triennium, sed tantùm pro eo tempore, quo voluerit Princeps, aut superior, cui civitas subest.*
7. *Et si quis eligatur per triennium; an valeat electio saltem per annum.*

Vacatio ad aliqua honores alia est quinquennij, alia triennij, vel biennij; & redditur ratio. Ibidem.

8. *Electus ad aliquod officium, utrùm habeat aliquod jus antequam publicetur electio remissivè.*
9. *Electio debet publicari inter ipsos electores, aliàs clandestina non valet.*
10. *Electio si canonicè fiat, sive per electores, sive per commissarios, debet confirmari.*
11. *Electores non possunt mutare electionem, nisi electo consentiente; aliàs compelluntur per superiorem eligere illum, in quem sanior & major pars consensit.*
12. *Per electionem jus acquiritur electo, licet non acquiratur exercitium.*
13. *Electio protracta regulariter non valet. Et quid si electores in fraudem electi protrahant electionem. Ibidem.*

14. *Ele-*

14. *Electores non possunt revocare electionem factam secundùm formam ordinationis vel legis a Rege vel superiore condita.*

Et quid, quando eligunt jure proprio. Ibid.

15. *Electio facta per habiles & inhabiles simul, vitiatur, quando lex ponit pro forma, quòd habiles tantùm interveniant.*

16. *Contra electum potest excipi ne admittatur ad officium, & appellari ab electione, quòd si exceptio malitiosè opponatur, non debet admitti.*

17. *Excipi etiam potest, quòd non sit rectè creatus, vel quòd per inimicitiam, aut ejus fatigandi causa fuerit electus.*

18. *Et quòd accusatur de crimine.*

19. *Et quòd decretum fuit factum non legitimo Decurionum numero coacto.*

20. *Causas esse excusandi ponuntur, remissivè.*

21. *Electus ad unum munus non cogitur subire aliud, nisi primum sit priùs finitum.*

Electus ad duo officia simul, si non appareat ad quod priùs sit electus, optio est electoris, non electi. Ib.

22. *Excusatio temporalis non admittitur, nisi per rescriptum Principis, probatis etiam causis concessionis; & si simpliciter concedatur, non porrigitur ad munera ordinaria.*

23. *Tutela non excusat à muneribus civilibus.*

Decuriones semel electum non possunt excusare. Ibidem.

24. *Excusatur etiam quis propter facultates si non sufficiant muneri injuncto.*

Et hac excusatio non est perpetua sed temporalis. Ibidem.

25. *Excusantur etiam reliquatores.*

26. *Et principales fisci conductores etiam excusantur, non autem illi, qui ab eis conducunt.*

27. *Electus potest appellare si non ritè sit electus, & si obtinet recuperat sumptus ab eo, qui eum nominavit. & num. 34.*

28. *Electus ab inimico præsumitur per inimicitiam electus.*

29. *Nobilis ad humiliora officia eligi non debet.*

30. *Filiusfamil. major 25. annis potest eligi ad munera civilia.*

31. *Majoribus honoribus functi ad minores eligi non debent.*

32. *Immunitas aliquando infringitur propter penuriam hominum.*

33. *Excipitur etiam, quòd electi sint consanguinei, vel affines intra 4. gradum.*

35. *Morbus excusat electum à personalibus muneribus.*

36. *Et numerus etiam quinque filiorum adhuc viventium excusat. Et idem si in bello mortui sint.*

Idem sive sint in potestate, sive extra: & idem in nepotibus.

Idem in femina dicendum est.

37. *Limitatur hoc in filijs adoptivis: & quando post electionem numerus filiorum expletur.*

Excusatur etiam pater, si filius ejus ætatis sit, ut possit pro eo subire munus. Ibid.

38. *Paupertas etiam excusat à muneribus civilibus personalibus.*

39. *Ætas, vel professio etiam excusat.*

40. *Artifices etiam aliqui excusantur, & qui sint? remissivè.*

41. *Electus si moriatur, onus subeundi munus non transit ad heredes.*

42. *Electus habet justam causam & excusandi se & appellandi, si pejorem alium nominandum putaverit.*

43. *Ætas sexaginta annorum etiam excusat à muneribus civilibus, non ab honoribus; & quid de jure nostro Regio.*

44. *Advocatus non potest esse Judex simul & Advocatus in eadem causa, nec simul Consiliarius & accessor Magistratus, vel etiam delegatus.*

45. *Advocati non excusantur à muneribus curialibus.*

AD Regem spectat bonos & idoneos ad officia eligere. Nobiliores autem sunt eligendi ad officia publica, Gloss. *in Auth. de defensor. civitat. §. interim. collat.3.* & Plat. *in l.1. Cod. de condit. in pub. horreis lib.10. nu.5.* facit quod Bald. *in cap. per inquisitionem num.5. de elect.* Item debent esse divites; nam si sunt in summa inopia, eligendi non sunt, Platea *l. ad subeunda C. de decurionibus lib.10.* Aviles *de pretoribus cap.4. verbo, Le cumple. n.10. pag.112.* Avend. *de exeq. mand. lib.1. cap.19. n.17.* & diximus *in 1. part. nostrarum decisionum dec.2.* & merita præcedentia sunt considerand̃a, & vita laudabilis meritorum, & justa causa dignitatis tribuendæ. Plat. *in l. agentes in rebus. C. de Præposit. agent. in reb. l.12.* Nam fides, diuturna industria, litterata probitas, officialem commendant, Plat. *in l. proximos. Cod. de proxim. sacrorum scriniorum libr.12.* Item non debent eligi nisi priùs syndicentur de primo officio. Bart. *in l.1. C. ut omnes judic. tam civiles, &c.* & antequam syndicatio fit per auditores Consilij Regis visa, & consultata cum persona Regia, & executioni mandata. Catald. *in tract. de syndicat. quæst.96.* Avil. *pretorum cap.4 verbo, justitia n.14. pag.113.* In electione ad officia sæcularia quæ debeant considerari, vide omnino Sot. *libr.3. de justit. & jur. quæst.6. artic.4.* 1

Et quia incidimus in materiam electionum, libet hic de ea tractare; & est notandum, quod si electus non est idoneus, quia immobilia non possidet, ad electores spectat periculum. *l. unic. Cod. de periculo nominat. l. unic. Cod. de periculo eorum qui pro magist. interven. l.1. & 2. C. quo quisque ord. conveniatur. lib.11.* 2

Electio facta ad clamorem populi est nulla ipso jure. Paul. per illum text. *in l. si constat. D. de appell. & relat. in fin. cap.2. de electione.* 3

Electio si non valet, nec etiam valet confirmatio superioris, nisi superior sit Princeps, qui confirmet ex certa scientia. Paul. ibidem. quod adde *ad §.8. hoc tuul.67.* ubi requiritur confirmatio à Principe, vel ab alio superiore, cui Princeps concesserit confirmandi potestatem, per text. *in l. si quos. Cod. de decurionibus libr.10.* quod potest limitari in electione nulla, quia illam non potest alius quàm Princeps confirmare; idque ex certa scientia, secundùm Paul. *ubi suprà.* Avendanum *ubi suprà, num.24.* 4

Ad hanc Ordin. *in §.1. versicul. E nos peloures,* ibi, *para em hum anno averem de servir.* adde quòd electo ad aliquod officium temporale, si non valet illud exercere, etiam sine culpa sua, tempus currit, nec potest petere officium pro tempore sequenti; & est ratio, quia hic versantur operæ personales, quæ mutan- 5

mutantur ex cursu temporis, cùm aliæ sint operæ hujus anni, aliæ sequentis; secus, ubi factum, ad quod quis tenetur, non diversificatur ex tempore. ita Abb. *in cap. fin. num.* 8. *de judiciis.* secutus Bart. quem dicit hoc punctualiter voluisse *in l. & ideò.* quam legit cum præcedenti *l. si ita stipulatus essem abs te domum, D. de verborum obligat.* & ibi hoc deducit Abb. ad aliam quæstionem de Doctore, qui promisit legere duobus annis. Et ad hunc versiculum vide text. & ibi Doctor. *in rubr. & in l. 2. C. de muneribus & honoribus non continuand.* &, additio Abb. *d. num.* 18. ubi reddit rationem. Vaz *consf.* 173. *num.* 16, & 155. *num.* 4. & 5.

6 Et ad eumdem versicul. ibi, *hum anno*, utrùm civitas possit eligere potestatem, aut Magistratum in perpetuum, id est, donec quis vixerit? Dic, quod non hodie, nisi per biennium, juxta illud quod notatur *in Authent. de defensor. civitat. §. 1. collat.* 3. aliàs, qui aliter aspirat ad id munus, incidit in l. Juliam Ambitus. *l. unic. C. ad l. Jul. de ambit.* ita Abb. *ubi supra, num.* 9. Sed nec per biennium, aut triennium, sed pro eo tempore, pro quo voluerit Princeps, aut superior, cui civitas subest. Nam ubi civitas, vel locus est sub dominio alicujus, hoc ei non licet, sine consensu ejus, cui subest, argum. *cap. dilecta. de excessibus prælat, cap. ad hæc. de officio Archidiac.* ita Abb. *in d. capit. fin. numer.* 9. *ad fin. in addit. de judiciis.* ex quo infert, quod Rector Scholarum non potest ultra biennium in officio confirmari.

7 Sed cùm ista Ordin. dicat, quod pro uno anno tantùm quis eligatur ad magistratum, & non ampliùs, ut probatur hîc *in principio. juncto §. 9.* Pone quod electus est aliquis per tres annos; numquid valebit saltem electio per annum? Ludovic. Roman. *consf.* 66. vir eximius consuluit, quod non: ex quo statutum per clausulam decreti apposuit formam, unde actus redditur individuus, & consequenter utile per inutile vitiatur, sequitur Alciat. *in l. 1. §. si mihi Pamphilum D. de verborum obligat. numer.* 9. *versic. secundo infertur.* quod benè notat §. 9. ibi, *ate tres annos.* Ad aliquos honores datur vacatio triennij, ut *in d. l. 2. Cod. de muneribus & honoribus non continuand.* Ad alios quinquennij, ut *ibi:* Ad alios biennij, ut *in §. 1. Authent. de defensoribus civitat. collat.* 3. de quo vide rationem hujus, prohibitionis per Gloss. *in leg. 1. Cod. eodem. & in l. unic. C. ad l. Jul. de ambitu.* nempe, quia si promoti Rempublicam perpetuò tenerent occupatam, asperè dominarentur; & ne detur etiam occasio delinquendi voluit lex, quod deponant officium & rationem reddant, ut ibi dicit Abb. *in addit.* quem vide in *dict. cap. fin. suprà, allegato.*

8 Electus, id est, qui in aliquo loco positus est ad aliquod officium, utrùm habeat aliquod jus antequam publicetur? vide Aret. *consf.* 108. elegan[illegible] *colum.* 1. *per totum.*

9 Electio debet publicari inter ipsos electores, aliàs clandestina non valet. *cap. quia propter. §. electiones: de elect.*

10 Electio canonicè facta consummari debet. *cap. postquam. de elect.* sive per electores, sive per commissarios fiat. *cap. causam. eod. tit.*

11 Et postquam aliquis electus est, non possunt electores mutare propositum suum, dummodo ipse electus velit consentire, ut *in cap. cùm inter.* ubi Gloss. *verbo, & subscriptam. de elect.* & ibi dicit Gloss. quod facta publicatione scrutinij, etiam ante perfectam electionem & collationem suffragiorum, nequeunt electores variare, per text. *in cap. publicato. & in cap. in causis, eodem titul.* argum. *l. nemo. D. de regul. jur.* & aliorum jurium, quæ citat: & si nollent illum eligere facta dicta collatione, in quem sanior & major pars consensit, possunt per superiorem compelli, ut tenet d. Gloss. *per d. cap. publicato.* quia illum tenentur eligere, ex quo jam sic processum est. *cap. quia propter. eod. tit.*

Et hujus dicti est ratio, quia per electionem jus 12
acquiritur electo, licet non acquiratur exercitium, ut est Gloss. *in cap. quanto 63. distinct.* quam singularem dixit Abb. *in cap. sacrosancta. de elect. & in cap. nihil. colum.* 2. *eodem titul.* & Petrus Abiaxio *in directorio electionum. cap.* 8. 1. *part. in* 2. ubi citat Bartol. *in l. absenti. D. de don.* & ibi, *colum.* 1. & 2. tractat materiam, an electo ante acceptationem jus acquiratur, & an possit variari post factam electionem.

Adde, quod licet regulariter protracta electio 13
non valeat, tamen ubi electores post scrutinium & collationem in fraudem electi protrahunt electionem, puta, quia fortè eos pœnitet talem nominasse in scrutinio, tunc iste nominatus poterit adire superiorem, ut compellat ipsos electores ad electionem faciendam, *dict. cap. publicato.* & ibi bona Gloss. *eodem. titul. verbo, compellantur.* & ad hoc ille judex erit competens, qui habet electionem confirmare, secundùm Joannem Andream, & Abb. *ibid.* & sequitur Petrus Abiaxio *ubi suprà, cap.* 34. 3. *part.*

Ad §. 5. *incipit, E ne tempo. d. tit. 67. in eod. lib. 1. in* 14
fin. ibi, *& os que sairem nos pelouros serão officiaes esse anno, & não outros.* ergo isti Magistratus, qui eligunt hos officiales, non possunt revocare factam eorum electionem, nec his rejectis, ac repulsis, alios eligere, & probat text. *in § sequenti*, per locum à speciali, ubi tantùm permittitur in locum absentis, aut impediti alium eligere; ergo in alio casu non licet discedere ab electione facta; & est ratio, quia eligunt subditum secundùm formam hujus Ordinationis, & legis à Rege conditæ, secundùm quam de necessitate tenentur eligere; & ideo electio non sumit à se ipsa robur, sed ab ipsa lege, vel statuto superioris; unde omnis electus secundùm dictam formam, censetur confirmatus & approbatus à superiore, nempe Rege, ita quod electio sumit robur, efficaciam, & effectum non solùm ab electione, sed à confirmatione, per text. *in l. & quia. D. de jurisdict. omnium jud.* Molin. *de primogen. libr.* 1. *c.* 25. *n.* 10. ideò talis electio, quæ per legem fit, & auctoritatem à superiore, absque auctoritate superioris non potuit per solum corpus eligentium revocari, quia revocandi modus est traditus ab statuto; unde illa revocatio solùm sumit robur & substantiam ab actu revocationis factæ per eligentes, qui actus non est confirmatus per statutum, sed actus eligendi sic. Constat autem, quod illa auctoritas requiratur in destructione electionis, quæ requiritur in facienda electione: casus est *in Auth. de defensor. civitat. §. interim.* Unde electionem confirmatam per superiorem, id est, per statutum superioris,

ris,non infirmabit solus eligens, quia derogare non potest jurisdictioni superioris sui, ut *in l. ille à quo. §. tempestivum. D. ad Trebell. l. nam & magistratus. D. de arbitris.* Et est casus *in d. Authent. de defensoribus civitat. §. jusjurandum. versic. non habent.* & notatur *in l. 1. & 2. Cod. de servis Reipub. manum.* ita Angel. eleganter, cujus hæc omnia propè sunt verba, *cons. 220. Ars Chartulariorum. colum. 2. numer. 5. versic. contrarium hu non obstantibus.* ubi distinguit, an aliqui eligunt auctoritate sibi commissa & concessa, & sic jure alieno, & tunc non possunt variare, aut cassare electionem, quia functi sunt officio suo, per *l. judex postea quam. D. de judiciis & cap. innotuit. & cap. Cumana. & cap. cùm post petita. de elect.* & idem tenuit Bart. *in l. absentis. colum. 1. ad fin. versic. quoddam est officium. D. de denat.* Aut vero eligunt jure proprio, sicut sunt oppida, & civitates eligentes sibi officiales eorum, & sicut sunt universitates earumdem civitatum, quæ similiter habent potestatem eligendi earum administratores & officiales, ut *in d. authent. § Interim. & in d. l. fin. D. de jurisdict. omnium judic.* Et hoc casu rursus subdistinguit idem Angel. *ubi suprà, colum. fin. num. 5. vers. & tunc non subditis, &c.* dicens, quod si eligunt non subditum ad ejusmodi officium, quod voluntariè suscipitur, tunc ante acceptationem electi, quæ ideò in contractum non transivit, possunt ad libitum voluntatis electionem cassare per plura fundamenta, quæ adduxit *ibidem. colum. 2. à num. 1. cum sequentibus.* quibus resolvit, quod quando electio ad officium fit de non subdito, sicut electum ante acceptationem non ligat; ita ante ejus acceptationem is, qui proprio jure eligit, potest ad suum libitum revocare, quia est ante acceptationem, quæ in contractum non transivit, ut probat *ibi numer. 4. arg. 7.* nullum jus est electo quæsitum.

Si verò eligunt subditum, & tunc iterùm subdistinguit pulchrè & subtiliter, nam ubi electio sumit robur à se ipsa, & sola eligentium auctoritate, tunc idem: quia eligentes possunt cassare electionem à se factam ante electi acceptationem, ut in proximo casu dictum est, idque per argumenta, quæ Angel. attulit *d. colum. 2. à num. 1.*

Sed ubi electio non sumit robur à se ipsa, & sola eligentium potestate, sed ab ea & sola confirmatione superioris, tunc sola universitas electionem per se factam à superiore confirmatam nullatenus retractabit, ita Angel. ex cujus dictis, quæ statim subjicit, satis colligitur, quod tunc dicitur electio à superiore approbari, & confirmari quoad illum effectum, ubi fit secundùm formam statutorum civitatis, puta Florentiam, quæ tunc erat libera, de qua ibi loquitur, juxta text. quem citat *in l. & quia. D. de jurisd. omnium judic.* & quia ibi facta fuit electio per collegium Chartulariorum de subdito Communis Florentiæ, & secundùm statuta ipsius civitatis, ideò intelligitur per Commune Florentiæ, & idem Commune elegisse, ut per text. *in dict. Paragrapho interim.* & ibi per Jacob. de Belviso, & alios. *& d. l. & quia.* ubi per DD. *& in l. legitima. D. de pact.* per quæ jura ita resolvit, & consuluit eleganter Angel. *d. cons. 220. colum. fin. ad fin.* Adde quod ipsum anteà sensit planè Bart. *in d. l. absentis. colum. fin.* quatenus inquit, quod illi qui necesse habent eligere, ut priores, vel alij officiales, non possunt electionem revocare, sed ipsum Commune, ut adunantia, vel consilium generale, posset revocare, quia hoc facit ex voluntate. Ita igitur in nostro casu, eligentes eligunt secundùm formam hujus ordinationis, quamvis eligant jure proprio, non possunt variare nec mutare electionem à se factam, quia lex statim confirmat electionem solemniter factam, & ideò ipsi eam ampliùs cassare aut mutare non possunt, imò puniuntur qui id fecerint, ut *in §. 11. suprà hoc tit.* ibi, *ou tirarem huns, & meterem outros, ou mudarem os de hum anno para outro, &c.* Facit hoc etiam ad electiones officialium confraternitatum, in quibus videndum est, an habeant statuta per Regem, Prælatum, vel alium superiorem confirmata, ad hoc ut possint post acceptationem electi, vel posteà mutare, aut revocare electionem, quod notandum est.

Electio si fiat per habiles, & inhabiles simul, utrùm vitietur? & videbatur, quod non debebat vitiari juxta regulam, utile non debet per inutile vitiari: & quod forma requisita si amplectur, non tamen actus vitiatur. Sed tu dic, quod si lex ponit pro forma, quod habiles tantùm interveniant, non autem inhabiles, tunc actus in totum vitiatur, quia forma data facit illud individuum, & in individuis utile per inutile vitiatur. Alciat. *in l. 1. §. si mihi Pamphilum, à num. 4. & 7.* & meliùs *num. 8. versic. & ex primo. D. de verborum obligat.* per text. quem sic exponit *in cap. massana. & in cap. quia propter. eodem titul.* per Innocent. *in cap. quod sicut. colum. 2. eodem titul.* & ita tenent Cardin. & Immol. *in d. cap. Massana.* quos sequitur Alciat. *d. numer. 8.* qui inde infert, quod cessante defectu formæ, erit secus, puta in aliis actis universitatum, in quibus si admittuntur inhabiles, non tamen actus vitiatur, ut per Abb. *in cap. fin. in ultim. notab. de procurator.* quem sequitur Alciat. *ubi supra.* contra Jason. *in d. §. si mihi Pamphilum.* qui contra Abb. tenuit. Sed opinio Jason. defendi potest, ubi ad alios actus universitatum sit etiam data aliqua forma, puta, si in statuto Confratriæ dicatur, quod illius officiales, per confratres, & non alios eligantur, quia si alij non confratres interveniant cum confratribus, vitiabitur electio ex defectu formæ. Idem si lex dicat, quod electores, & electi sint municipales, id est, incolæ ejusdem municipij, si eligantur exteri, aut alienigenæ simul cum municipalibus, non valebit electio, ex eadem ratione: quod benè nota. 15

Nota, quod contra electum potest excipi, ne admittatur ad officium ad quod electus est, & appellari à tali electione, *l. rem. §. 1. D. de muneri.* & si exceptio malitiosè opponatur, ut interim tempus regiminis elabatur, admittenda non est. *cap. fin. in fin.* ubi Gloss. *de judiciis.* 16

[illegible]cipi etiam potest, quod non rectè sit quia [illegible] *l. pen. in fin. D. de decurionibus.* & quod [illegible]imicitiam sit, aut ejus fatigandi causa electus, *l. 1. Cod. de sumpt. recuperand. l. 1. & rubr. Cod. si propter inimicitias. libro 10.* non enim licet quidquam facere æmulatione, aut invidia alterius, *l. opus novum.* ubi notat Bart. *D. de oper. novi nunciat.* Jason. ubi multa cumulat. *in l. quemnum. D. de fluminibus.* bonus text. *in l. 1. Paragrapho denique. Marcellus. D. de aqua pluvia arcend.* Et excipitur de omnibus causis excusationis, puta, quia anteriori anno, 17

anno, vel biennio fuit electus. §. 9 *infrà*, *hoc tit.* 67. *libr.* 1. *l.* 3 §. *præses. l. honor.* §. *vendit.* ubi Gloss. alia jura citat. *D. de muneris. & honorib.*

18 Excipitur etiam, quod electus accusatur de crimine, & interim dum pendet accusatio non potest ad aliud officium nobile eligi. *l. reus. D. de munerib. & honorib.* text. & rubric. quæ nihil aliud dicit *in l. unic. Cod. de reo postul. libr.* 10. facit Ordin. *lib.* 3. *titul.* 9. *in principio. versic. E em este caso*, ubi qui accusatur de crimine, privatur officio quod habet; ergo multò magis privabitur habendo, id est, non eligetur ad aliud: faciliùs enim tollitur jus quærendum, quàm quæsitum, & quod in esse non est, quàm quod est in esse productum.

19 Excipitur, quod decretum sit factum non legitimo numero decurionum coacto, *l. illa. D. de decret. ab ordin. faciend.* & quod saltem eorum duæ partes non fuerunt adhibitæ, *l.* 3 *suprà. eod.*

20 Causas octo excusandi, vide per Gloss. *rubrica. Cod. quemadmodum civilia munera indicuntur. libro* 10.

21 Electus ad unum munus, dum hoc non finitur, non cogitur subire aliud, *l. fin. D. de vacat. muner.* Gloss. *in d. l.* 1. *Cod. quemadmodum civil. munera indic.* unde decurio unius Curiæ electus non potest ad aliam Curiam eligi. *dict. l.* 1. Item ad duplex officium nemo potest quis eligi eodem tempore. *l. fin. Paragrapho fin. D. de vacat. munerum.* Et quod si electus est quis ad duo officia simul, nec appareat ad quod priùs sit electus, vide Gloss. *in dict. l.* 1. *Cod. quemadmodum civil. muner. indicuntur.* quæ dicit, quod erit optio electoris, non electi.

22 Nota etiam, quod non excusatur quis temporaliter, nisi per rescriptum Principis, & probatis etiam concessionis causis *l.* 1. *Cod. de his, qui à Principe vocat. imp. lib.* 10. & excusatio, aut vacatio simpliciter concessa non porrigitur ad munera ordinaria. *l.* 1. *Cod. de vacat. public. muner. lib.* 10.

23 Tutela non excusat à muneribus civilibus. *l. Tutelam Cod. de excusat. mun. lib.* 10. Et decuriones semel electum non possunt excusare. *l.* 1. *C. de decret. decur. super immunit. quibusdam conced. lib.* 10.

24 Facultates quoque considerantur, ut quis excusetur, si minùs idoneus sit, nec injuncto muneri possit sufficere, *l. honor.* §. *de honoribus. D. de muner. & honor.* Ceterùm deficientium facultatum excusatio non perpetua est, sed temporalis. *l. cura.* §. 1. *D. eod.*

25 Hinc est, quod debitores Rerumpublicarum excusantur, quales sunt etiam hi, qui reliquantur (reliquatores dicuntur) id est, qui licet aliquid solverint, adhuc tamen debent, text. est optimus *in l. rescripto.* § *debitores. D. eod.*

26 Excusantur etiam principales fisci conductores, non verò hi qui ab his conducunt. *l. unic. Cod. quibus muner. excusentur hi, qui post implet. milit. & libr* 10.

27 Electus potest appellare, si non rectè riteque eligatur, *l.* 3. *Cod. qui ætate, vel profess. se excus. lib.* 10. *l.* 1. *Cod. de sumpt. recuper. eod. lib. l. reus.* §. 1. *D. de munerib. & honoribus.*

28 Eo ipso, quò quis ab inimico eligitur, præsumitur per inimicitiam creatus, Bartol. *in l. unic.* per illum text. *C. si propter inimicitiam. libro* 10.

Nobilis ad humiliora officia eligi non debet, Bart. per illum text. *in l. humiliorib. C. de rescriptorib. præpos. & arcarus. lib.* 10. 29

Filius familias potest creari & eligi ad onus & munera civilia, major viginti quinque annis, *l.* 1. *& l. fin. Cod. de fil. famil. lib.* 10. *l.* 3. §. *si filius. D. de munerib. & honorib. l. honor.* §. *Plebei. D. eodem.* & pater qui consentit, tenetur: aliàs tenetur nominator, ut ibi, *l.* 2. *C. de filiisfamil. lib.* 10. 30

Majoribus honoribus functos ad minores devocari non oportere, rationis est, *l. majoribus. C. quemadmodum civil. muner. indicuntur. lib.* 10. 31

Penuria hominum facit, ut aliquando immunitas infringatur, *l. ut gradatim.* §. *quoties. D. de muneribus & honor. l. eos qui. in fin. D. de decurionibus.* 32

Excipitur etiam, quod electus sit consanguineus, vel affinis intra quartum gradum. Ordinat. *in* §. 1. *tit.* 67. *versic. Porem depois de apurados*, ibi, *assi por não serem parentes*, & meliùs infrà, *versic. E nos pelouros.* ibi, *não ajuntarao parentes, ou cunhados dentro no quarto grao.* Et satis est, quod in dubio, qui in globula includuntur, non sint affines, vel consanguinei intra quartum gradum, ut probat Ordin. *in principio.* ibi, *não sende estes dous parentes, & versic. E tanto*, ibi, *E nos pelouros*, & hoc declara per Ordin. *lib.* 1. *tit.* 79. §. 45. quam omnino vide. 33

Electus potest appellare, si non rectè riteque eligatur, ut suprà diximus; & si appellet, & obtinet, sumptus recuperat ab eo, qui illum per invidiam nominavit, *l.* 1. *C. de sumpt. recuper. lib.* 10. 34

Morbus excusat electum ad personalia munera; unde quem ita corporis imbecillitate vexari Præses animadverterit, ut muneri præferendæ pecuniæ non sufficiat, dimittat, & alium constituat. *l.* 2. §. *quem ita. D. de vacat. muner.* & alibi Prætor pollicetur, se excusaturum eum, qui in eam valetudinem incidit, ut certum sit civilia officia subire non posse. *l. penult. D. eodem titul. in principio.* & de aliis morbis vide *titul. C. qui morbo se excusant. per totum. lib.* 11. 35

Excusat etiam numerus quinque filiorum adhuc viventium. *l.* 3 *& l. penult. & l. fin. Cod. de his qui numero liberorum, vel paupert. excusari meruerunt, libro* 10. *principium instit. de excusat. tutorum. l.* 2. *in principio. D. de vacat. & excusat. muner.* intellige si vivi sunt. *l.* 2. §. *Incolumes. de vacat. muner. & §. si autem. instit. de excusat. tutorum.* nam mortui non excusantur. *dict.* §. *filij autem. versicul. defuncti.* nisi in bello & acie decedant; quia hi per gloriam vivere intelliguntur. text. *in dict.* §. *filij autem, versic. sed in bello. leg. fin. D. de vacat. munerum.* Gloss. *in leg. ultim. Cod. de his qui numer. liberorum. lib.* 10. Intellige etiam, sive isti filij in potestate patris sint, sive emancipati, ut in principio *Instit. de excusat. tutorum.* & text. *in dict. l.* 2. §. *Incolumes.* Amplia idem esse in nepotibus, ex filio. §. *item nepotes. instit. eodem. l.* 3. *Cod. de his qui numer. fil. se excus.* Nepotes autem ex filia non possunt, ut *in d.* §. *item nepotes.* Amplia, quod etiam feminæ habentes quinque filios excusantur, *l. de personalibus, Cod. de his qui numer. filiorum. lib.* 10. 36

Limita non procedere in filiis adoptivis, quia hi ad excusationem non proficiunt. *l.* 2. *C. adoptivi. instit. de excusat. tutorum.* Limita procedere, si quinque filij habeantur tempore, quo quis excusari desiderat: 37

secu-

secus si is numerus posteà expleatur, ut est optimus text. *in d. l. 1 §. qui ad munera.* Limita etiam notabiliter patrem hoc casu ita excusari; ut si eo tempore aliquis filiorum legitimæ ætatis reperiatur, statim pro patre idem munus subire compellitur, ad quod pater fuerat electus. text. optimus *in l. fin. C. de his qui num. fil. se excusant. d. lib.* 10.

38 Paupertas excusat à muneribus civilibus personalibus, *l. fin. C. de his qui num. fil. vel paupert. se excusant. dict. lib.* 10.

Et de quibus muneribus vel præstationibus nemini liceat se excusare, vide *titulum C. de quibus munerib. lib.* 10.

39 Ætas, vel professio excusat, ut *Cod. qui ætat. vel profess. se excusant. lib.* 10. *& titul. C. de professorib. & medicis.*

40 Artifices etiam aliqui excusantur, & qui sint, vide per text. *in l. unic. Cod. de excusat. artificum. dict. libr.*

41 Item nota quod si electus moritur, onus subeundi munera non transit ad heredes, ut *in tit. C. si post creat. quis decesserit. eod. lib.*

42 Item si aliquis eligitur, & aliquis priùs debet eligi, aut nominari, iste electus propterea habet justam causam se excusandi, & appellandi, si non audiatur. text. *in leg. unic. Cod. de prætoribus, & honore prætor. lib.* 12. ubi ita notat Bartol.

43 Ætas sexaginta annorum excusat à muneribus civilibus, non ab honoribus, vel muneribus his cohærentibus, *l. 2 §. numerus. D. de vacat. munerum.* Sed nostro jure talis ætas vacationem tribuit, si modò solemniter impetretur, juxta formam Ordin. *lib. 2. titul.* 54. à Decurionatu tamen solebat excusare ætas excedens quinquagesimum quintum annum, nisi aliud observasset consuetudo, ut *in l. non tantum. D. de decurion.* tametsi jure novo ætas 55. annorum excuset à muneribus personalibus, *l. fin. C. qui ætat. vel profess. lib.* 10.

44 Advocatus non potest esse judex in eadem causa simul & advocatus, *leg. quisquis. in fin.* ubi Gloss. *Cod. de postul.* nec simul consiliarius, aut assessor Magistratus in eodem tribunali, *l. fin.* ubi Gloss. pen. *in dict. l. quisquis.* nec etiam delegatus, secundùm Gloss. fin. *in l. sancimus, C. de advocat. divers. jud.*

45 Nec etiam excusantur advocati à muneribus curialibus, id est, quæ solent imponi decurionibus, ut *in l. 2. Cod. de advocat. divers. judic.* ubi Gloss. *verbo, munera. & l. in filiis. Cod. de decurionibus libro* 10. facit, quia per hoc videntur excusationi renuntiare, quam anteà habebant, argum. *l.* 1. 2. *&* 3. ubi Gloss. 1. multa jura citat. *Cod. de his qui sponte public. muner. subeunt. lib.* 10. facit *l. pen. § fin. de jure immunitat. D.*

Et vide latè Ludovicum de Molina *de primogen. lib. 2. cap. 5. per totum.*

DECISIO LXXXV.

Solus Rex potest in suo Regno habere Parlamentum (ut Galli vocant) seu Cancellariam, ut Hispani, seu relationem, ut nostri.

SUMMÆ.

1. *Parlamentum, seu relationem solus Rex potest habere in suo Regno, & hoc est superioritatis Regalis.*
2. *Domini terrarum possunt habere auditores solùm, qui debent esse personæ sæculares, & de jurisdictione Regis.*
3. *Rex potest avocare causas ad suum tribunal è terris dominorum.*
4. *Et quando Papa aut Rex avocat, non potest inferior ampliùs de causa cognoscere.*
   Rex videtur causam avocare, si de ea simpliciter cognoscat. Ibid.
   Quod procedit etiam, quando Rex avocat rem agitatam in suo senatu. Ibidem.
5. *Referuntur arresta senatus in hac materia.*
6. *Avocatio causarum e terris dominorum fieri non debet, nisi cum magna causa, & in criminibus gravissimis, vel data negligentia dominorum.*

1 PArlamentum nemo potest habere in suo regno, seu relationem (ut vocant nostri) seu cancellariam (ut vocant Hispani) nisi solus Rex, estque hoc supremæ potestatis Regalis, Bart. *in l. hoc Tiberius, & in l. 2. D. de heredib. instituend.* tradunt DD. *in cap. 1. quæ sint Regal.* Chassan. *in catalogo gloriæ mundi. part. 7. cons. 9.* Carolus de Grassaliis *de Regalibus regni Franciæ fol.* 111. Et est apud nos expressa Ordinatio *lib. 2. titul 45. §. 4.* quæ id vetat sub pœnis in ea contentis.

2 Et solùm domini terrarum possunt habere auditores, qui sint personæ sæculares, & non Ecclesiasticæ, & de jurisdictione Regis, Ord. *lib. 2. titul. 45. §. 44.* Rebuff *ad l. Gall. 3. tit. ut laici. num. ult.* Et est similis lex Castellæ; de qua per Antonium de Quesada ultra alios, *diversarum quæst. cap. 29. num. 4.*

3 Illud autem advertendum est, quod Rex potest avocare causas ad suum Tribunal è terris dominorum, quando id expediat. Sic pronuntiatum fuit in facti contingentia, ut erat *in Extravag. part. 4. tit. 21. l. 8.* quæ nunc est in nova recopilat. *in lib. 2. titul. 45. §. 5.*

4 Quando autem Papa, aut Rex avocat ad se causam aliquam, ampliùs de ea inferior cognoscere non potest, Bald. *in cap. ad hoc. de pace jurament. firmand.* Roman. *consil. 330. & consil. 335.* Felin. *in cap. Pastoralis. §. præterea. de officio delegat. & in cap. quoniam Abb. in fin. eodem titul.* Imol. *in l. si expressim. D. de appellat.* Jason. *in l. More. D. de jurisdict. omnium jud.* & est text. *in cap. ut nostrum.* ubi Dec. *in princip. de appellat.* Avendan. *de exequend. mandat. cap. 27.* Et Rex cognoscens simpliciter videtur avocare, ut per Decium notabiliter *in cap. cum M. n. 40. de constitut.* quod procedit, etiamsi rem agitatam in suo senatu, vel Parlamento ad se avocasset, quia etiam tunc nec ipse Senatus ampliùs de ea se intromittere potest. Jason. *cons. 144. colum. 2. libro 2.* ubi notabiliter loquitur: & vide de materia avocationis Ordin. *lib. 2. tit. 5. §. 10. & lib. 1. tit. 8 §. 5. & tit. 6. § 5. & tit. 65. § 18.*

5 Libet autem hic ponere arresta senatus in hac materia.

Acordão em Relacaõ, &c. Vistos estes autos provisaõ

do

do dito senhor, embargos com que a ella vee N. & a controvesidade do procurador dos feitos da coroa de sua Magestade, mais artigos, deacoẽs, & privilegios juntos, & mais prova dada, & como por parte do dito N. se não mostra privilegio tal, nem doacão, pera se não poderem avocar, & mandar trazer os feitos, & autos das culpas dos presos, que estiverem em suas terras, & assi os mesmos presos, quando isto for mandado per provisaõ de sua Magestade, ou per desembargo de sua Relacão, como pella ley extrav. esta determinado, mormente nos casos graves como saõ estes de que se trata: & como dado que o dito N. tivera doacão ou privilegio algum per que geralmente lhe fora concedido que se nã e podessem tirar os presos de suas terras, nem avocar o conhecimento de suas culpas, não se podia segundo disposição de direito pella tal concessaõ geral entender ser tirada a superioridade ao dito senhor pera cada vez que comprir a seu serviço, & a bem de sua justiça mandar trazer os ditos presos, & avocar suas culpas, & commetter o conhecimento dellas o quem ouver por bem: o que visto, & o articulado, & allegado sobre esta materia pelo procurador do dito senhor, & como outra sy se mostra as culpas de que pella dita provisaõ embargado se manda ao seu Ouvidor envie o treslado ao Corregedor da comarqua da cidade. B. serem as mesmas em que os ditos presos estão culpados tambem na devassa que o dito Corregedor delles tirou na dita Comarqua, & pellas ditas culpas & outros delitos que nella cometterão estarem presos na cadea da dita cidade, cabeca da dita comarqua onde foraõ presos, pello que avendo na remissaõ das ditas culpas, & na jurisdicão do conhecimento dellas algũa duvida com muyta mais razão deve o dito ouvidor remetter as que tem dos ditos delinquentes ao dito Corregedor, que o Corregedor a elle ouvidor, as que delles tiver, pois convem que de todas ellas se livrem juntamente em hum mesmo juizo, pera melhor satisfacão, & comprimento de justiça, & não em muytos feitos, & em differentes tribunaes, com o mais que dos autos consta. Mando que sem embargo dos ditos embargos o dito ouvidor cumpra a dita provizão, & conforme a ella remetta logo ao dito Corregedor todas as culpas que tiver dos ditos presos sem a isso por mais outra duvida algũa: & seja sem custas por ser entre el Rey, & seu vasallo a 16. de Dezembro, de LXXXVII. Scriba Petro Almirante.

Alterum Arrestum.

1 *Acordão em Relacão, &c. Vistos estes autos que forão remettidos a este juizo, & a carta da relacão nelles junta, que se passou pera N. preso na cadea da villa N terra do senhor, ser trazido a cadea desta corte por ser culpado na morte de A. embargos com que o Procurador dito donatario vee ao dito preso ser trazido, & tirado da dita villa, doacoẽs, & privilegios offerecidos, & assi a sentença, & alvara do dito senhor, em que se fundão os ditos embargos, & como dado que a decisaõ, & determinacão da ley Extravag. de que nelles se faz mencão se não ha de entender assi geral & indistinctamente como foy copilada se não conforme as paulavras da dita sentença original a que se refere, & no caso que nella se tratou, se deve tambem entender neste de que ora se trata: Vista a qualidade delle, & como segundo disposicão de direito o crime de homicidio se mostra ser mais grave, que o caso de adulterio, & forca em que se deu a dita sentença, & posto que o não fora basta ser hum caso semelhante ao outro, assi na graveza do delicto, como na qualidade da pena pera se aver de comprehender na decisaõ da dita sentençã, majormente por ella assi expressamente o declarar, & determinar que as cartas desta relacão se cumprão & guardem em todo nas terras do dito donatario, não somente no caso na dita sentença declarado, mas nos semelhantes. O que visto com o mais allegado não recebemos ditos embargos, & sem embargo delles, & dos ditos privilegios mandão que a carta embargada se cumpra, & seja sem custas por ser entre o dito senhor, e seu vasallo a 19. de Junho de 84.* Scriba Petro Almirante.

Hæc tamen avocatio è terris dominorum fieri non debet, nisi data magna causa, & in criminibus gravissimis, ut est in originali dictæ Extravag. maximè si domini terrarum sint personæ magnæ præeminentiæ, quibus semper Rex plurimum desert, & quarum donationes, ut plurimum, habent clausulas exuberantes, ut inquit Ordin. *lib. 2. tit. 45. in principio* quæ omnino videnda est. 6

Quòd si detur negligentia dominorum in administranda justitia, tunc demum poterit Rex optimo jure causas avocare, ut declarat eleganter videndus Avendan. *de exeq. mand. lib. 1. cap. 1. num. 31.*

Et vide in libro secundo senatus supplicationis, *folio 152.*

DECISIO LXXXVI.

An Senatores possint vigore privilegij, quod habent, etiamsi actores sint, ad suum judicem trahere habitantes in terris dominorum, quantumcumque habeant in causis civilibus omnimodam jurisdictionem.

SUMMÆ.

1. *Senatores Senatus supplicationis possunt vigore sui privilegij, etiamsi actores sint, trahere ad suum judicem habitantes in terris dominorum, quantumcumque habeant in causis civilibus omnimodam jurisdictionem: & sic judicatum fuit.*
2. *Clausula posita in contractu, seu privilegio, derogans generaliter omnibus privilegiis, non intelligitur de iis, quæ sunt clausa in corpore juris.*
3. *Idem, quamvis apponatur clausula*, non obstante quocumque, *seu* quibuscumque privilegiis.
4. *Idem si apponatur clausula derogatoria.*
5. *Idem licet clausula opposita sit derogatoria specialis Privilegium senatorum est concessum propter publicam utilitatem, & in remunerationem servitiorum & laborum, ac proinde transit in contractum. Ibidem.*

   Privilegium concessum subdito, quod transit in contractum revocari non potest. Ibid.
6. *Habitantes in terris dominorum possunt conveniri coram judice Regio, ratione rei sita in Regio territorio.*

   Ubi quis potest conveniri duobus locis, electio est actoris. Ibidem.
7. *Exemptus ne possit respondere nisi coram certo judice, potest conveniri ratione delicti, sive contractus,*

Etus, sive res sita, coram alio judice: secus si ad omnia sit specialiter privilegiatus.

8. *Privilegium alicui concessum, ut non teneatur quis nisi in certo loco respondere, non extenditur ad locum, ubi ex aliqua causa de jure communi conveniri potest.*

9. *Dubia verba privilegij, seu contractus, sunt interpretanda contra eum, in cujus favorem fuit contractus celebratus, aut privilegium concessum.*

In dubiis facienda est interpretatio, ut dispositiones contrahentium sint magis conformes juri communi. Ibid.

10 *Privilegia senatorum sunt antiquissima inclusa in corpore juris, in ordinationibus Regis Petri, & Joannis I.*

1 QUæstio hæc contigit in facto in senatore Senatus supplicationis, qui coram Prætore Curiali in jus vocavit civem quemdam Bracharensem super causa quadam civili cujusdam emphyteusis; cui citationi pars, & Archiepiscopus Primas Bracharensis exceptiones allegarunt, eò quod prædictus Archiepiscopus haberet omnimodam jurisdictionem in causis civilibus in prædicta civitate, & ejus territorio, ita ut nec per appellationem, nec per supplicationem (quam ordinarium gravamen vocamus) ad tribunalia Regia veniant, vigore contractus initi inter Regem Alfonsum V. & Archiepiscopum Bracharensem in permutatione quadam inter illos facta anno 1472. quæ notoria est, ob idque non poterat civis Bracharensis respondere nisi coram judicibus prædictæ civitatis, cùm reus esset, *cap. Clericus de foro compet. l. juris ordinem. Cod. de jurisdiction. omnium judicum.* quibus tamen exceptionibus rejectis per prætorem curialem, jussit, ut reus quantumcumque civis Bracharensis coràm se responderet, ab hac sententia per petitionem gravaminis supplicatum fuit ad senatum per reum, & Archiepiscopum, in quo approbata fuit sententia Prætoris. Conquestus fuit Archiepiscopus coram Rege non semel, remissa causa ad Senatores Palatij, rectè pronuntiatum per Prætorem & Senatum fuisse, decreverunt, audito priùs Prætore curiali, qui sententiam protulit.

2 Moti autem sunt Senatores rationibus sequentibus. Quamvis enim contractus initus inter Regem Alfonsum, & Archiepiscopum Bracharensem generaliter omnibus privilegiis derogaret, non intelligitur de iis, quæ sunt clausa in corpore juris, juxta Gloss. *verbo, illic. in Authent. qua in provincia. Cod. ubi de crimin. agi. oport.* & Gloss. *verbo, excusandum. in l. heres absens. D. de judiciis. & in l. 2. §. omnes. D. eodem titul.* Felin. *num. 5.* post Abb. *in cap. fin. de foro compet.* quia insertio in jure communi, alterat naturam privilegij, ut traditur *in cap. cùm ordinem de rescript.*

3 Et hoc adeò verum est, quod etiamsi in dicto contractu omnia privilegia derogata essent cum clausula, *non obstante quocumque, seu quibuscumque privilegiis.* non ob id senatorum privilegia derogatum censeri deberet. ex Paul. *in l. consensisse Paragrapho omnes numer. 4. de judic.* ubi inquit, quod clausula, *non obstante aliquo privilegio*, posita in statuto, vel rescripto, non intelligitur de privilegio inserto in corpore juris, quia ad tollendum tale privilegium non sufficit clausula generalis, *non obstante*, sed requiritur, quod de eo fiat specialis mentio, tradit Chassanæus *in Catalogo gloria mundi. 5. part. consid. 8.*

Quod procedit, etiamsi in tali contractu esset 4 clausula derogatoria, videlicet, *non obstantibus quibuscumque privilegiis, etiamsi essent talia, de quibus esset facienda specialis mentio de verbo ad verbum*; adhoc talia verba non sufficiunt, ut censeretur derogatum hujusmodi privilegio, cùm in eo adsit clausula derogatoria, ut patet ex Ordinatione *libr. 2. tit. 59. §. antepen.* & hæc est magis communis & recepta opinio, ut firmat Felin. *in cap. accedentes. colum. 4. de præscript. & in cap. nonnullis. in principio. colum. 7. de rescript.* Selu. *in tract. de benefic.* ubi latè *in 3. part. quæstion. 14. num. 7.* & Thom. Grammat. *decis. 20.*

Imò verò etiamsi in tali contracto esset clausula 5 specialis & derogatoria, non sufficeret, ut privilegium senatorum intelligeretur sublatum, quod planè probat d. Ordin. *lib. 2. tit. 59. §. antepenult.* cujus verba sunt, *E posto que alguns tragão mandado nosso que seja contra este privilegio, não lhe guardem por muito special que seja, porque nossa vontade he de em todo lhes ser guardado este privilegio.* Nec mirum, quia hujusmodi privilegium est concessum propter publicam utilitatem in remunerationem servitiorum, & laborum, quos ipsi senatores patiuntur, ut inquit Ordin. *ille titul. 59. §. 13. in fin.* ibi, *E terem mais trabalho per nosso serviço.* ac proinde tale privilegium transivit in vim contractus, adeò quod revocari non potest, ut in terminis, multis comprobat fundamentis Romanus *consil. 436.* & idem voluit Rolandus à Valle *consil. 76. numer. 14. volum. 1.* ubi inquit, quòd privilegia creditoribus concessa in remunerationem laborum, quos patiuntur pro utilitate Reipublicæ, efficiuntur irrevocabilia: & hoc regulare est, quod privilegium concessum subdito, quod transivit in contractum revocari non potest, *leg. quod semel.* ubi Bart. *D. de decret. ab ord. faciend.* Et dicitur illud transire in contractum, quando conceditur aliquid commensuratum ob aliquod factum vel aliquam obligationem præteritam, vel futuram, implendam ex parte ejus cui conceditur, & hoc voluit Bald. *in l. quis se patris. colum. 7. vers. & fetas. C. unde liberi.* Jason. *consil. 56. num. 2. volum. 1.* Socin. *consil. 4. colum. 1. vol. 3.* Roland. *d. consil. 76. num. 19. & in consil. 25. num. 37. lib. 3.*

Eò maximè, quod reus citatus fuit ratione em- 6 phyteusis suæ in territorio altero, nempe Oppidi de Barcellos; unde ratione rei sitæ in Regio territorio poterat etiamsi in civitate Bracharensi habitaret, conveniri coram judice Regio, seu Prætore curiali vigore privilegij Senatorum. text. *in cap. sane de foro compet.* & ibi Abbas & Felin. ubi tenent, quòd ratione rei convenitur quis coram judice, in cujus provincia & jurisdictione res sita est, vel ubi reus habet domicilium, juxta text. *in leg. 2. & fin. Cod. ubi in rem act.* & tradit Abbas *in cap. dilecti filij. num. 10. de foro compet.* dicens, quòd ubi quis potest conveniri duobus locis, electio est actoris, per text. & Gloss. *ibi.* & idem voluit Gloss. *in cap. statutum. §. cùm verò de rescriptis. in 6. & in d. l. fin. C. ubi in rem act.*

Et in terminis quæstionem hanc videtur dirimere

mere Summus Pontifea *in c. 1. de privilegijs. lib.6.* ubi dicitur, quòd quantumcumque quis sit exemptus, ne possit conveniri, nec teneatur respondere nisi coram certo judice, poterit nihilominus talis exemptus & privilegiatus ratione delicti alibi commissi, sive contractus alibi initi, seu rei existentis extra locum exemptum, & privilegiatum, & diœcesim, in qua habet domicilium, coram ordinarijs locorum, ubi res sita est, conveniri; nisi privilegium dicat, quòd non possit ita exemptus, & privilegiatus conveniri coram ordinarijs, ubi res sita est, sed coram certo judice, etiam pro delicto, vel contractu, aut re existente in diœcesi ordinarijs; nam tunc valerent talia privilegia, dummodo apponeretur clausula derogatoria ad illam constitutionem *dict. cap.* 1. Unde cùm privilegium Bracharense non ita sit concessum, nec ullo modo derogat senatorum privilegijs, nec dispositioni *d. cap.* 1. nec juri communi, sequitur, quòd ejusdem *cap.* 1. dispositio observanda est in casu, de quo agitur, & quòd reus respondere, tenebatur coram Prætore curiali, facit quod voluit Abbas *in cap. Tuarum, extravag. de privilegijs.*

8 Et facit quòd privilegium quando alicui est concessum, ut non teneatur, nisi in certo loco respondere, non extenditur ad locum, ubi ex aliqua causa de jure communi conveniri potest, ita text. & ibi Abbas *in dict. cap. dilectis, de foro compet.* privilegium enim jurisdictionis solùm eximit in eo, quod exprimit, & non ultra. Sed contractus, seu privilegium Bracharense non exprimit, quòd incolæ Bracharenses eximantur à jurisdictione Regia, ratione rei sitæ extra territorium Bracharense: igitur ab hac jurisdictione Regali exempti censeri non debent: nam ut dicit Geminianus *in d. cap.* 1. *de privilegijs, in 6.* privilegiatus non debet excedere metas privilegij, & privilegium quod potest in certo casu verificari, non debet universaliter operari, & exemptus à certis articulis debet in alijs esse subjectus, *cap. si Papa circa finem eodem tit.*

9 Et dato, & non concesso, quòd essent dubia verba privilegij, seu contractus Bracharensis, facienda erat interpretatio contra reum, & contra Archiepiscopum, volentes ex illo contractu juvari, ex text. *in leg. veteribus. D. de pactis. & l. quidquid astringenda. D. de verborum obligat.* tum etiam quia in dubijs facienda est interpretatio, ut dispositiones contrahentium sint magis conformes juri communi, quàm fieri possit, *leg. si ita stipulatus, in princip. de usur. cap. cùm causam de rescript.* Alexand. *cons. 2, in principio. volum.* 3.

10 Et in confirmationem dictorum facit, quòd privilegia senatorum sunt antiquissima inclusa in corpore juris, ut in ordinationibus Regis Petri, & Joannis Primi, *fol.* 10. Et sic ante contractum Bracharensem: & quamvis posteà in nova legum recopilatione facta tempore Regis Emanuëlis sint posita, non desinunt esse antiqua ex dictis *in 1. p. nostrarum decisionum decis. 2. & decis.* 213. sic decisum fuit anno 1576.

DECISIO LXXXVII.

De militibus.

SUMMÆ.

1. *Milites tenentur obedire Duci.*
2. *Et inobedientes capite puniuntur, etiamsi rem benè gerant, quod intellige ut num.* 4.
Aliud est contemnere, aliud verò non parere. Ibid.
3. *Regis mandato non parens extra ordinem punitur; illi verò qui præceptum Regis contemnit, capitis pœna imponenda est, quod intellige ut num.* 4.
4. *Intelligitur l. 3. §. in bello. D. de re militari.*
5. *Intelligitur d. l. 3. in eodem §.* ibi, *aut mandata non servavit. & num. 6. & 7.* & ibi, *etiamsi res benè gesserit. num.* 8.

Cum ad Regem indicere bellum pertineat, (ut jam superiùs diximus) tenentur milites illi, seu ejus locum tenenti, & Duci obedire: exigit namque disciplina militaris summam obedientiam, *cap. ultim. 23. quæst.* 1. & quælibet inobedientia graviter punienda est, *cap. miles 25. quæst.* 5. Lucas de Penna *in l. tam militares. colum. 3. C. de re militar. lib* 12. Nam ut ait Valerius Maximus *lib. 2. in tit. de disciplina militari.* aspero castigationis genere militaris disciplina indiget. 1

Ideòque cujuscumque Ducis præcepto omnino parendum est, aliàs milites non obedientes capite puniuntur, etiamsi rem benè gesserint, *l. 3. §. in bello. D. de re militar.* notat Florian. *in l. sed & si loci. §. sed & si quis num. 1. in fin. D. finium regundorum.* facit exemplum illud P. Crassi relatum ab Aulo Gellio *noct. Attic. lib. 1. cap.* 13. tradit Stracha *de mercatura. titul. mandati. num. 2. fol. 146. in parva impressione.* Gigas *de crimine læsæ Majestatis 1. p. quæst.* 31. Et aliud est contemnere, aliud verò non parere, Gloss. *in cap. quis autem* 10. *distinct.* Lucas de Penna *in l. 1. colum. penult. post medium. C. de privileg. eorum qui in sacro palat. milit. lib.* 12. ne aliàs miles alius sub simili specie obedientiæ rumpendo Rempublicam periculo exponat, Felin. *in cap. causam numer. 8. in fin. de judicijs.* Canhol. *in l. 2. numer. 104. D. de regul. jur.* Et quia is etiam, qui non paruit, res domini, & causam publicam periculo exponit, ideò acriter puniendus est, Hippolyt. *in l. qui falsam, num. 57. D. de fals.* 2

Et hinc etiam est, quòd licet non parens mandato Regis extra ordinem puniatur, *l. sanctio legum. D. de pœn.* Bald. *in l. legis virtus, num. 1. D. de legibus, Authent. statuimus, num. 2. Cod. de Episcop. & clericis.* tamen si contemnatur præceptum Regis in re militari, quia agitur de mandato circa rem, in qua vertitur magnum periculum, capitis pœna ei imponenda est, *l. 1. in fin. C. de officio Præfect. Afric. dict. §. in bello.* per quæ jura ita concludit Lucas de Penna *in l. 1. ad fin. ut dignit. ordo servetur. libr.* 12. Afflict. *in proœmio constit. in princip. num.* 33. Thom. Gram. *decis. 40. num.* 2. 3

Quod tamen intelligendum est de præcepto gravi, & pertinente ad periculum totius exercitus; nam si fuerit præceptum circa rem levem, secus erit. Et ita intelligitur text. *in dict. §. in bello.* in quantum 4

MM capitis

capitis pœnam imponit tranfgredienti Ducis præceptum, Cremenl. *fingulari* 150. facit *l.* 11. *in fin. titul.* 21. *part.* 2. cujus rei multa exempla refert Guilhelm. *in cap. Raynutius, verbo, in eodem teftamento.* O. 2. *à num.* 70. Covatruv. *lib.* 1. *mifcellan. cap.* 24. *a num.* 7. Chaffan. *in Catalogo gloriæ mundi. par.* 9. *confideratione* 34. Gigas *ubi fupra,* 1. *part. quæft.* 31. *numer.* 5. quibus addenda eft Gloff. *in cap. fin.* 22. *quæft.* 2.

5 Ex quibus infertur intellectus ad *dict.* §. *in bello.* ibi, *aut mandata non fervavit.* Intelligo enim text. duos cafus comprehendere; five in hac materia, inobedientia confiftat in faciendo, de qua in primo cafu, & vide *l.* 3. *titul.* 28. *part.* 2. & ibi Gregor. five in omittendo, de qua in fecundo, & fufficit mandatum tacitum: voluntas enim fuperioris quocumque modo innotefcat, eft tacitum præceptum, S. Thom. 2. 2. *quæft.* 104. *artic.* 2. *in corpore.* ita tamen, ut intelligibiliter hoc colligatur. Navarr. *in manuali. c.* 23. *n.* 39. Nam ex Divo Thom. inobedientia pariter committitur, five faciendo contra præceptum, five omittendo facere id, quod jubetur. Unde etiamfi per negligentiam, vel aliam caufam omifit facere, quod Dux præcepit, capite punietur, Luc. de Penna *l.* 1. *ad fin. C. ut dignitat. ordo fervetur lib.* 12. & facit reg. *l. qui non facit.* 163. *D. de reg. jur.* ubi Decius: nec obftat, quòd peccatum in omittendo levius reputatur, Gloff. *l. fi mora. D. foluto matrim.* Nam refpondetur, quòd in hac materia propter rationes, de quibus fuprà, pariter puniuntur. Pinel. *in rubr. C. de bonis matern.* 1. *part. numer.* 35. Et quia hoc cafu negligentia non ftat in paribus finibus negligentiæ, quæ eft in omittendo (tranfgreditur enim præceptum non obediendo, & ita Sylveft. *verbo, inobedientia num.* 1. inobedientia verò in omittendo pertinet ad præcepta affirmativa quæ imperant opus, & in agendo, ad negativa, quæ opus vetant) fed habet admixtum factum, fcilicet contemptum fuperioris, & ideò tamquam factum punitur. *l. de ætate.* §. *qui tacuit.* cum Gloff. *D. de interrog. actor. l. non poteft dolo. D. de regul. jur.* tradit Angel. *confil.* 72. *numer.* 2. *verfic.* 3. Aymon. *confil.* 132. *num.* 2. facit *cap. contumaces* 50. *diftinct.* notabiliter Lucas *in l.* 1. *colum. penult. ad medium C. de privileg. eorum qui in facro palat. milit. libr.* 12. ita ut negligentia in his reputetur delictum. *l. omne delictum in principio. D. de re milit.* ergo & in hoc cafu, &c.

6 Intelligendo tamen de mandato, circa rem gravem & periculofam: fecus, fi circa rem levem, juxta fuprà dicta: faciunt, quæ tradit Caftro *libr.* 1. *de lege pœnali. cap.* 5. *pag.* 42. *col.* 2. & vide Navarr. *in Manuali. cap.* 25. *numer.* 54. Item difciplinæ militares jubent, ne milites negligant. *l. qui excubias. D. de re milit.* & qui negligit, par eft facienti *dict. l. omne delictum. Paragrapho fin. D. de re milit.* Angel. *ubi fuprà.*

7 Poteft etiam text. intelligi in eo milite, qui non fervavit formaliter mandatum; nam qui facit aliquid præter, vel ultra mandatum, dicitur non obfervare mandatum, & ideò locum habebit pœna hujus legis, & ita fentit Felin. *in cap. cùm dilect. numer.* 6. *verf. amplia quartò. de refcript.* Guilhelm. *in cap. Raynutius verbo, in eodem teftamento.* O 1. *num.* 71. & vide text. *in l. fin. C. de delator. lib.* 10. & ibi Plat. 2. *notab.* Gomez *in Paragrapho fuerat. inftit. de act.*

Infertur etiam intellectus ad text. *in d.* §. *in bello.* 8
ibi, *etiamfi res bene gefferit.* & ita probat, quòd non fufficit facere bonum, nifi debitus modus fervetur, Gloff. *in cap. quid ergo verbo, ab executione* 11. *quæft.* 3. Cardinal. *in Clement. Religiofis, colum.* 2. *de procuratoribus.* Et tamen hoc intelligendum eft fpecialiter procedere in hac materia propter rationes, de quibus fuprà, Felin. *in cap. caufam quæ n.* 8. *in fin. de judiciis.* & alij fuprà allegati; quinimò & in his terminis debet hoc declarari, & limitari, ut per Fel. *in cap. illud. de majorit. & obedient.*

Et cùm hæc materia lata & ampla fit, vide ad 9
eam Doctores, quos fuprà citavimus, & vide Ord. *libr.* 5. *titul.* 96. quam ex fupradictis intelliges. Et Molin. *tract. de juft. & jur. tom.* 1. *tract.* 2. *difp.* 116. *& difp.* 123. quo loco agit de compofitione facta inter bellantes, & an Principes fine confenfu fubditorum componere inter fefe poffint, circa damna, quæ fubditi pertulerunt.

DECISIO LXXXVIII.

De captis in bello.

SUMMÆ.

1. *Bello capta capientium fiunt: & etiam in foro confcientia poffunt retineri. & num.* 3.
Et non compenfantur cum debito principali n. 5.
Et qui jufte pugnat non tenetur reftituere prædam, num. 4.
2. *Quod intellige in his, quæ bello jufto capiuntur.*
Et quando dicatur bellum juftum. Ibid. remiffivè.
6. *Limita in rebus immobilibus, quia hæ publicantur, & Principi, aut Reipubl. bellum gerenti acquiruntur.*
7. *Limita etiam in rebus mobilibus, quæ dicuntur fpolia, quia hæc non fiunt capientium, nifi prius Duci tradantur, ut ea dividat inter milites juxta fingulorum merita. & num.* 8.
Et quid fervetur de jure Regni Caftellæ. Ibid.
9. *Capta à latronibus & piratis non efficiuntur capientium: & fi à noftris iterum recuperentur, priori domino reftituuntur. & num.* 11.
10. *Limita præd. reg. in rebus hoftium, quæ intra proprium territorium capiuntur: fecus in alieno.*
11. *Limita etiam folùm procedere in rebus hoftium, quæ ab ipfis erepta capiuntur: non verò in rebus quas hoftes a veris dominis eripuerunt, five fint res mobiles, five immobiles. & num.* 12.
13. *Refponfio & intellectus ad l. fi quid in bello. D. de captivis. Ibid. num.* 12.
Et hoc procedit non tantùm ubi ifta bona ab hoftibus in continenti recuperantur, fed etiam fi ex intervallo. & num. 14.
Et quando dicatur in continenti recuperare. n. 13.
15. *Amplia fupradicta non folùm in rebus, in quibus habet locum jus poftliminij; fed etiam in alijs mobilibus. & num.* 16.
17. *Et quid in mobilibus captis in alieno territorio? remiffivè.*
18. *Et quid in foro confcientiæ, fi inter Chriftianos bella gerantur. remiffivè.*

1 BEllo capta capientium fiunt. *l. hostes l. si quid in bello.* ubi Bart. *D. de captivis. l. naturalem.* §. *fin.* ubi Bartol. *D. de acquirendo rerum dominio cap. jus gentium.* 1. *distinct.* Gloss. *in cap. sicut de jurejur.* notatur *in l.* 1. *in principio.* ubi late Jason. 4. *notabili. à numero* 8. & Alciat. *à numero* 7. *D. de acquirend. possess.* tradit latè Covarruv. *in reg. peccatum* 2. *part.* §. 11. ubi *colum.* 5. plures citat idem tractantes, & Victoria *de jure belli. numer.* 5. Humada *verbo, Regis.*

2 Limita procedere in his, quæ bello justo capiuntur, per suprad icta jura secundùm Covarruv. *ubi suprà.* Jason. & Alciat. *in dict. l.* 1. *numer.* 8. *allegat. cap. sicut* 3. *de homicidio.* & ibi eleganter tractat. Alciat. quod bellum dicetur justum. Unde infertur, quòd capta à latronibus non efficiuntur capientium.

3 Amplia, quòd etiam in foro conscientiæ licitum est retinere capta in bello justo, secundùm Bald. *in cap.* 1. *colum.* 3. *de milit. vasall. qui cont. est.* sequitur Jason. *ubi suprà, num.* 8.

4 Amplia, quòd qui justè pugnat, non tenetur restituere prædam, secundùm Sylvest. *verbo, Bellum,* §. 1. *&* §. 9. quem sequitur Victoria *ubi supra.* & est text. *in cap. si de rebus* 13. *quæst.* 7.

5 Amplia, quòd capta in bello justo, non compensantur cum debito principali, secundùm Sylvest. & Victoriam *ubi suprà.* Archidiaconum *in cap. dominus noster* 23. *quæst.* 3. & Bart. *in dict. l. si quid in bello.* quod tamen limitat Sylvester, quousque sufficienter sit satisfactum de damno & injuria, sequitur & explicat benè Victoria, *ubi suprà, numer.* 51. *ad fin. & seq.*

6 Limita, non procedere in rebus immobilibus, quia hæc publicantur, id est, Reipublicæ bellum gerenti acquiruntur, cùm ex hostibus capiuntur, text. optimus *in l. si captivus* §. *expulsis. in fin. D. de captivis.* & ideò civitates, aut villæ, aut castra capta ab infidelibus non efficiuntur capientium, sed Regis, de jure Castellæ, secundùm Avendannm *de exeq. mandat. cap.* 4. *num.* 2. *&* 3. *vers. item acquisita.* ita Bart. *in d. l. si quid in bello. ad fin.* & ita non fiunt capientium, ita limitat Jason. *ubi supra, numer.* 10. ubi dicit, quòd ista immobilia spectant ad fiscum, Gloss. Ordin. *in l. divus. D. de jur. fisci.* Bart. & Alciat. *ubi suprà, numer.* 10. & acquiruntur Principi bellum indicenti, secundùm Alexandrum & Jason. *ubi suprà.* & Martinum Laudens. *in tract. de bello.* §. 4. quorum opinio communis est secundùm Covarruv. *in reg. peccatum* 2. *p.* §. 11. *num.* 6. *vers. Res autem.*

7 Limita procedere in rebus mobilibus, quæ dicuntur spolia. Sigismundus *inter consil. feudalia. consilio* 45. *num.* 29. & sunt quæ in ipso actu belli capiuntur. Innoc. *in cap. Olim. O.* 2. *de restit. spol. n.* 30. Gloss. & Bart. *in d. l. si quid in bello.* Sed tamen ista mobilia non priùs fiunt capientium, quàm per Ducem distribuantur, eni milites illa tenentur præsentare, secundùm Bart *ubi suprà*, qui prædam banc potest vel in ærarium referre, *l. si divus D. jure fisci.* vel inter eos secundùm merita dividere, *l. si quis pro redemptione. C. de donationibus.* Glossa *in cap. dicat aliquis* 23. *q.* 5. id enim militaris disciplina postulat, ne iniqua sorte præda eorum sit, qui omissis hostibus eam dumtaxat sectantur, *cap. jus militare,* 2. *distinct.* ut optimè exponit Alciat. *ubi suprà*, ubi inquit, quòd Romani prædam in ærarium referebant, *l. is qui prædam. D. ad leg. Jul. peculatus*; nisi quòd Prætores habebant facultatem donandi ex ea aliquid militibus: quandoque etiam ad excitandos eorum animos pronuntiabant prædam ipsorum fore. Nunc autem devicto prælio res omnes ad Ducem belli deferuntur, & posteà venduntur, & distribuuntur inter milites. Ita Bart. *ubi supra*, in quam rem facit etiam text. *in d. cap. jus militare ad finem.* quem notabilem dicit Jason. *ubi suprà, num.* 9. ubi inquit text. Item prædæ divisio pro personarum qualitatibus, & laboribus justa fiat; ac Principis portio, aliàs boni pugnatores; qui intendunt pugnæ, & non rapinæ, essent deterioris conditionis, quàm illi qui solùm pugnant cum mortuis, & eos spoliant, ut equos & arma lucrentur; & adde alias concordantias, quas allegat Aleand. *in d. l.* 1. *D. de acquirend. possess.*

Ex quibus concluditur, quòd res mobiles justo bello captæ fiunt capientium: ita tamen, ut Duci priùs tradantur, ut eas dividat inter milites juxta singulorum merita, *d. cap. jus militare d. l. si quis pro redemptione.* Bart. Alex. Jason. & Alciat. *in d. l.* 1. *D. de acquirenda possess.* quos sequitur Covarruv. *in reg. peccatum,* 2. *p.* §. 11. *num.* 6. *ad fin.* ubi citat leges Castellæ, in quibus aliquando eorum, quæ in bello capiuntur, quinta pars, aliquando dimidia, quandoque etiam tertia tantùm Regi; aut Principi debetur; reliqua verò inter milites dividuntur: & denique censet, semper in hoc esse diligenter observanda ea, quæ legibus, aut edictis, ac decretis Principum, Ducúmve legitimè statuta extiterint, aut etiam præscripta, & diuturna consuetudine obtinuerint. Et vide Bart. *in l. divus in principio. D. de jure fisci.* qui loquitur de mobilibus quæ secum ducit captivus ad bellum. 8

Ad illud autem, quod suprà diximus, capta bello justo effici capientium; adde, quòd inde infertur, capta à latronibus, & piratis, quos non esse justos hostes, veteres censebant, non effici capientium. *l. hostes. l. Latrones. l. postliminium* §. *à piratis. D. de captivis l. qui à latronibus D. de testament.* Quo fit, ut si res quæ per latrones captæ fuerunt, à nostris militibus recipiantur, latronibus fugatis, aut devictis, priori domino jure Romanorum restituendæ sint, cùm eas numquam prior dominus amiserit, *d. l. Latrones.* & est evidens ratio, quia numquam hæ res hostium capientium, propriè effectæ fuerunt, ut eaponit pulchrè Covarruv. *ubi suprà d.* §. 11. *num.* 7. *vers. ipse denique.* 9

Limita iterum prædictam regulam procedere in rebus, quæ capiuntur intra proprium territorium; secus si in alieno: de quo dic, ut pulchrè per Alciat. *in dict. l.* 1. *numero* 11. *D. de acquirend. possess.* 10

Limita iterùm prædictam regulam procedere in rebus hostium, quæ ab ipsis erepta capiuntur, non verò in rebus, quæ hostes à veris dominis eripuerunt, & posteà contraria vi nostri milites recuperarunt, quia tunc restituuntur prioribus dominis, non autem fiunt capientium: quod in rebus immobilibus probat text. insignis *in leg. si captivus* §. *expulsis hostibus D. de captivis. l. Pomponius. D. de acquirend. rerum domini.* notat optimè Ripa *in l.* 1. *numer.* 5. & 11

& ibi Alciat. *numer.* 10. *D. de acquirend. possess.* tradit in pulchro casu Soares *allegat.* 8. *colum.* 4. *vers. Imò & ante.* & allegat text. *in Paragrapho possessiones de pace Constantiæ.* Unde infert, si Episcopatus, aut Parochia occupetur ab infidelibus, & recuperetur à fidelibus, debet talis diœcesis, seu Parochia redire ad Episcopum, cujus fuerat: ita fuit statutum in Concilio Hispalensi, cui interfuit Beatus Isidorus, ut *in cap. prim. actione* 16. *quæst.* 3. Idem est, si civitas Metropolis, aut Episcopatus ab fidelibus eripiatur; nam si per fideles recuperetur, debet restitui priori Episcopo, & ad eum redire, ut statuit Gregorius Papa *in cap. Pastoralis* 7. *quæst.* 1. & hoc voluit Joannes Papa rescribens Zachariæ Archiepiscopo *in cap. Redintegranda.* O. 2. 3. *quæst.* 1. dicens redintegranda esse omnino Episcopis ea bona Ecclesiæ, quæ captivitate, dolo, aut violentia amiserint. Hæc Soares *ubi suprà.*

12 Et amplia istam limitationem etiam procedere in rebus mobilibus, quia ista, si alicujus nostrûm sunt, & ab hostibus capiuntur, atque iterùm à nostris recuperantur, ad priores dominos revertuntur. text. elegans *in auct. l. ab hostibus* a 2. *Cod. de captivis.* per quem text. id respondit Joan. Andr. ad Specul *in rubrica de captoribus.* Alexand. *in l.* 1. *D. de acquirend. possess.* & *in l. si quod apud hostes. D. de legat.* 1. Ergo allego optimam Gloss. idem tenentem *in dict. l. si quid in bello. verbo, rediji. D. de captivis.* Nec contrarium probat text. *in dict. l. si quid in bello*, quia loquitur in re, quæ nostra non sit, sed hostium; hæc enim si rursus per hostes sit recuperata, & à me rursus capiatur, non redit ad illum, qui priùs illam ex hoste capit, sed ad me, qui illam ultimò cepi; & ideò dicitur non redire jure postliminij, sed esse in præda: nisi tamen pax fiat, quia desinit esse in præda, quia cessat bellum & deprædatio, & ideò efficitur plenè capientis, & constituitur in ejus dominio. Unde si fugit servus captus domum, pace durante, & rursus renovato bello à me capiatur, non ad me pertinet, sed ad eum, à quo priore bello captus fuerat: quod rursus procedit, nisi in conventione pacis convenerit, ut captivi redderentur, quia tunc is, qui priùs cepit illum, ex ea conventione amittit ejus dominium; ideòque si renovato bello à me capitur, non ad illum redit, qui priùs cepit, utpote quia dominus jam non est, sed ad me, qui jure belli illum capio, & eo jure fit occupantis. Iste mihi videtur verus intellectus ad illum text. *in dict. l. si quid in bello.* quo intellectu retento non probat, quòd mobilia nostra ab hostibus capta, si per nos recuperentur, non revertantur ad priores dominos, imò contrarium probat juncta Gloss. *in dict. verb. redit.* quidquid aliter illum text. inducat Covarruv. nec satis perpendat *in dict. reg. peccatum* § 11. *num.* 7. *vers. contrarium alijs videtur.*

13 Ex his infertur, hoc non tantùm procedere, ubi ista per nos in continenti ex hostibus recuperantur, quod probarunt Angel. & Salicet. *colum.* 1. *in dict. l. ab hostibus.* quasi in ea specie nondum fuerint factæ res istæ hostium, seu capientium, argum. *l.* 3. §. *cum igitur. D. de vi, & vi armat. leg. fin. C. unde vi.* refert Jason *in dict. l.* 1. *num.* 11. *ad fin.* & Covarruv. *ubi suprà, numer.* 8. ubi eumdem Angel. & Martin. Laudens. allegat idem tenentes, tametsi Jas. ab hac opinione recedat *n.* 12. *vers. adde quod.* & Covarruv. nihil affirmet, sed tandem dicat hanc quæstionem nondum certam definitionem habere: & milites existimant in continenti recuperari, quod nondum apud hostes pernoctavit, secundùm Angel. *in dict. l. ab hostibus*, ut refert Jas. *ubi supra, n.* 12. quod ipsum Philippi Vicecomitis constitutione decretum esse meminit Alciat. *in dict. l.* 1. *n.* 10. ubi inquit, ita vulgò observare militares præfectos. Sed de jure in continenti recuperari dicitur, antequam intra hostium præsidia ducatur, secundùm Angel. *in dict. l. ab hostibus.* post Gloss. *ibi*, sequitur Jas. *in dict. l.* 1. *num.* 12. & ibi Alciat. *num.* 10. Covarruv. *ubi suprà, d. num.* 8. *arg. l. postliminij. D. de captiv. & l. si quis in servitute. D. de furt.*

14 Sed ut diximus non tantùm superior limitatio procedit, si ista bona recuperantur in continenti, sed etiam si ex intervallo, quia etiam tunc ad priores dominos revertuntur, secundùm Joan. Andr. & sequaces *ubi supra*, quidquid contrarium opinentur Angel. & Salicet. *in d. l. ab hostibus.* & Mart. Laud. *ubi supra.* & Jas. *in d. l.* 1. *num.* 12. *versic. sed quando.* secutus Angel. *ubi supra*, qui allegat ita observasse David Regem 1. *Regum cap.* 30. qui prædam recuperatam divisit inter milites, & adversus ipsos, cum Joan. Andr. tenuit Alciat. *in dict. l.* 1. *num.* 10. *versic. ego etiam.* ubi pulchrè & breviter putat, quòd si ex intervallo res sit à nostris militibus recuperata, debeat priori domino restitui, si modò res sit immobilis, aut mobilis, in qua tamen jus postliminij sit, ut servus, aut res in usum belli, quæ sine dedecore amitti poterunt. *l.* 2. *D. de captivis*, aliàs dicit tales res in prædam computari, & publicari, sientque publicæ, vel capientium: ita Alciat. & allegat Bart. Angel. Salicet. Jas. & Andr. Siculum *consf.* 27. *volum.* 1. & tandem testatur hanc esse receptiorem opinionem, contra Joan Andr. & Alexandrum.

15 Sed ego puto idem etiam in alijs rebus mobilibus procedere, ex ratione *d. l. ab hostibus.* quia milites nostri defensores sunt, non domini: unde non tamquam domini recuperant sibi, sed tamquam defensores recuperant prioribus dominis: quæ ratio æquè procedit in re, quæ jus habet postliminij, in qua id probat Alciat. sicuti in alijs.

16 Unde amplientur supradicta non solùm habere locum in rebus, in quibus habet locum jus postliminij, in quibus id probat Gloss. & Bartol. *in dict. l. si quid in bello in fin.* per illum text. *vers. Paulus.* & Covarruv. *ubi suprà, dict. numer.* 8. *versic. & hac quidem.* sed etiam in alijs mobilibus per rationem *dict. l. ab hostibus.* quæ mihi magis placet, cum Joan. Andr. & Alexand. & Pyrrho *ad consult. Aurelianenses. capit. quod incipit. in l. apud hostes.* quam opinionem maximè procedere in militibus habentibus publica stipendia à Rege, vel à Republica, sentit Rip. *in dict. l.* 1. *numer.* 5. Sed quid in militibus talia stipendia non habentibus? & Rip. putat tunc servandam esse contrariam opinionem: scilicet, ut res prioribus dominis non restituantur, quem refert, nec impugnat Covarr. *d. num.* 8. super quo cogita.

17 Et quid in his mobilibus captis in alieno territorio? plerique existimant non effici capientium? sed dic, ut per Alciat. *ubi suprà, numero* 11. quem omnino vide.

Et

Et quid in foro conscientiæ si inter Christianos bella gerantur ? vide Alciat. *in d.l.1. n.11.* Victoriam *de jure belli in relect. num.50.cum seqq.* & idem Alciat. *in l.hostes. D. de verbor. signific.* ubi maximè dubitat, utrùm capta in bello, quod inter Christianos geritur, capientium fiant, & magis inclinat in partem negativam, quod ibi limitat, & declarat, tu illum vide. Et vide Gamm. *decis.384.& dec.335. num.1.* Vaz *consult.* 30. & Molinam *de just.& jur. 1.tom. tract. 2. disp.117. colum.476.*

DECISIO LXXXIX.

De venatione ad intellectum Ordinat. *libro 5. titul.91.*

SUMMÆ.

1. *Piscationem, seu venationem nemo potest prohibere in hoc Regno sine Principis licentia, etiam consentientibus illis quibus ex eo præjudicium fit.*
2. *Quod intelligitur solùm in locis publicis etiam quoad usum tantùm: non autem in locis privatis quoad proprietatem & usum, qui ita sint vallati, ut custodiri possint. & num.3.*

Et an qui venatur in loco privato, teneatur ad restitutionem. vide ibid. remissivè.

3. *Intelligitur Ordin.d.libr.5. titul.3.*
4. *Domini non possunt regulariter prohibere subditis piscari, seu venari, nisi sit ob publicam utilitatem.*
5. *Princeps supremus potest justè facere has prohibitiones causa tantùm recreationis, dummodo id moderatè faciat.*
6. *Rex in hoc regno habet has prohibitiones, & officialem, qui super illis intendit, & judicem particularem ad inquirendum de illis, qui in his locis prohibitis venantur.*
7. *Rex Philippus I. provisione emissa restrinxit has prohibitiones.*
8. *Tenor provisionis inseritur.*

1 IN hoc regno neminem posse prohibere piscationem, nec venationem sine Principis licentia, probat Ordin. *lib.5. tit.91.* Quod intelligendum est etiamsi consentiant hi, quibus ex eo præjudicium fit, nam adhuc Principis licentia necessaria est, arg. text. *in l. fin. C.de jure emphyt.* & ita tenet Afflict. *in terminis lib.1. constitut. rubr.85. num.6.*

2 An autem hoc intelligatur solùm in locis publicis, in quibus licet proprietas, sit dominorum, tamen usus est communis, an etiam intelligendum sit in locis proprijs & privatis, in quibus, & quoad proprietatem & usum sunt dominorum, quæstionis est ? Et videtur, quòd possit privatus prohibere in loco privato, ne piscatio, aut venatio fiat, *l. divus Pius. D. de servitut. rust. præd. l.3. vers. Plane. D. de acquirend. rerum dominio. §. feræ. instit. de rerum divis.* Imò & potest dominus facere proclama generale, ne quis ingrediatur eum locum causa venandi, Aret. *in l.3. §. Nerva. 5. notab. D. de acquir. possess.* Dec. *consil. 197. n.2.* Chassan. *de Burg. rubr.13. §.7. n.3.*

3 Et quamvis Avendan. *de exequend. mandat. lib.1. cap.4. n.32.* in contraria sit sententia, & contrarium in hoc regno propter istam Ord. afferat Vaz *de jure emphyt. quæst.8. n.43.* tamen probabilior est alia opinio. Hæc enim Ord. non loquitur in re privata, quoad proprietatem, & usum, in hac enim nulla ratio est, cur dominus non possit talem prohibitionem facere, & de ea disponere ad libitum voluntatis. *leg. injuriarum. §. fin. D. de injurijs*, & in specie advertit Medina *de restitut. c.12.* Sot. *lib 4. de justit. & jure. quæst.6. artic.4.* Et hanc opinionem tenuit etiam doctissimus Barbosa *in lectura l. quominus. D. de fluminibus*, quam adhuc typis non mandavit, & an teneatur ad restitutionem, qui venatur aut piscatur in re privata, seu lacu privato & stagno, quoad usum & proprietatem, quando res illa, utpote fundus seu lacus, ita est vallatus & septus, ut custodiri possit: vide Covarruv. *in reg. peccatum, §.8. à n.11. usque ad finem.* & de intellectu *l. divus.* vide omnino Coras. *in rubr. de servit. n.77. cum multis sequentibus.*

Illud autem advertendum est, quòd domini non 4 possunt prohibere subditos piscari, vel venari, cùm id jure gentium omnibus licitum sit: unde prohibitiones, quas vulgò *Coutadas* dicimus, illicitæ, & reprobatæ videntur, cùm per illas fiat injuria & violentia subditis, ut asserit Host. & Anton. *in cap. non est, de decimis.* & est recepta sententia ex Jason. *cons. 119. lib.4.* Dec. *cons.197. num.2. & cons.303. numer.19.* Grammat. *decis.67. à num.12.* Guilhelm. *in cap. Raynutius. verbo, & uxorem. decis.5. num.336.* Tiraq. *de nobilit. cap.37. num.115.* Cajet. *in summa verbo, Venatio, in fin.*

Poterit tamen propter publicam utilitatem fieri hæc prohibitio, veluti ne certis mensibus fiat venatio, & piscatio, nec cum certis instrumentis, ne aliàs pereat venatio, sed crescat, ut disponitur in Ordin. *lib.5. tit.88. per totam* tradit Medina *ubi suprà. c.12.* Afflict. *lib.3. constit. rubr.1. num.13.* eleganter Did. Covarruv. *in reg. peccatum. 2.p. § 8 n.3.*

Quæ omnia etiamsi ita se habeant, tamen Prin- 5 ceps supremus, quia caput Reipublicæ est, recreationis solius causa, poterit has prohibitiones justè facere, dum tamen id faciat moderatè, Sot. *libr.4. de just. & jur. quæst.6. art.4. colum. penult.* quod tamen dominis inferioribus non concedit, idem ante eum tenet Faber. *in §. flumina. institut. de rerum divisione*, Guido Papæ *decis.514.* & probat hæc Ordin.

In nostro Regno Rex habet has prohibitiones 6 (vulgò *coutadas*) in aliquibus locis, & officialem qui super illis intendit (quem *Monteiro mor* vocamus) seu Præfectum montium, & judicem particularem, qui inquirit de illis, qui in prædictis locis prohibitis venantur.

Rex tamen Philippus I. felicis memoriæ, illas 7 restrinxit merito, & optimo jure, quod patet ex tenore provisionis hîc insertæ:

Eu el Rey faço saber aos que esta minha provisão 8 *virẽ que sendo informado, como poras coutadas da caça que os Reys passados tinhão ordenado que ouvesse neste Reyno serem tantas, & tão grandes, hera causa de serem devassadas, & de não aver a observancia na guarda dellas que convinha, querendo nisso prover como cumpre a meu serviço, & por fazer merce a meus vassallos avida informação das pessoas de confiança & experiencia ouve por bem de mandar descoutar de toda muitas das ditas coutadas, & de algunas que ficassem cortar de maneira que não seião são largas como se qui forão & que somente as aia nos lugares termos & limites adiante declarados ficando todas as mais que se*

que forão descontadas ; & isto quanto a cassa somente, porque quanto as madeiras ficarão todas contadas, & defesas como te qui forão. Pello que ey per bem, & mando que daqui em diante não aia mais contadas minhas de caça como dito he, que as desta cidade de Lisboa & as das villas de Syntra , & Collares, Almeirim, & Salvaterra as quaes se guardarão, & serão defesas na forma & maneira adiante declarada.

A contada desta cidade sera somente da porta de S. Antão estrada direita te o lugar de Bomfiqua ; & de Bomfiqua te Agoa alua; & de Agoa alua a S. Marcos; & de S. Marcos a Oeyras; & de Oeyras direito ao mar.

Outrosy forão contadas as villas de Sintra & Collares , & duas legoas em circuito ao deredor de cada hũa das ditas villas , & assi toda a serra de Syntra pellos termos, & limites que te hora se guardou.

E as demarcacoẽs das contadas de Almeirim, & Salvaterra são as seguintes De Sancto Estacio direito pella estrada de Agoas vivas acima te as fimalhas : & da atravessando a Telha pera a ribeira de Muge, por cima da monta das Corvas : & atravessando a dita ribeira pera o Zebro, & arneiro das Cruzentes as Beserras : & dahi atravessando a ribeira de Lamarosa direito as Cortezinhas : & das Cortezinhas direito a Herra : & da Herra pella estrada de Coruche ao longo da Varzea te a dita villa de Coruche : & dahi pella mesma estrada abaixo te São Romão : & de São Romão direito a sancto Estevão atravessando a ribeira de Canha, direito pera as casas de Belmonte : & daby ao Longo das terras do Duque te a ponta da mata de payo real que parte com as lavouras : & das lavouras pella bada do Tejo, te tornar pello mesmo Tejo a santo Estacio : os quaes lugares todos assi confrontados & demarcados ey por defesos, & contatos pera que nenhũa pessoa de qualquer sorte & condição possa nelles cassar per nenhum modo, & maneira que seia sob as penas postas , & declaradas nas provisoẽs passadas sobre a defesa dos contadas , & das mais penas em quem ouver per bem, & meu serviço que sejão condemnados que neste caso daqui em diante forem culpados. E declaro que não he minha tenção prejudicar por esta provisão aos privileg os que o Duque d'Aveiro meu muito amado, & presado sobrinho. E as pessoas cuia for a quintaã de Pincas tiverem em suas contadas passados por mim, & pellos senhores Reys meus antecessores : & quero que os ditos privilegios se lhes guardẽ inteiramente , & o conteudo nesta provisão que ey por bem que valha, & tenha força de ley , & se cumpra em todo, & mando ao Presidente, & Desembargadores do Paço, & ao Regedor, & Governador das casas da supplicação, & do Porto que a fação registar nos livros do desembargo do Paço, & das Relacoẽs aas ditas casas onde as semelhantes se custumão registar , & ao Chanceller Mor que a publiq. na Chancellaria, & envie logo cartas com o treslado desta sob meu sinal , & meu sello aos Corregedores, & ouvidores das comarcas , & assi aos ouvidores das terras em que os ditos Corregedores não entrão per via de correição, aos quais Corregedores , & ouvidores mãdo que a publiquem nos lugares onde estiverem, & as fação publicar em todos os lugares de suas comarcas , & ouvidorias : & registar nos livros das camaras delles pera que , a todos seia notorio. Pero de Sexu a fez em Lisboa a 9. de Julho , de M. D XCIV.

Quæ confirmata fuit per Philippum Secundum Regem nostrum per alteram provisionem factam 4. die Aprilis de 1601. quæ registrata est in libro Senatus palatij, *fol.* 149.

Vide autem ad materiam Avendanum *ubi suprà.* Vaz *d. quæst.* 8. *n.* 43. Covarr. *in reg. peccatum.* 2. *part.* §. 8. *à n.* 1. *per totum.* Tiraquel. *de nobilitat. tit.* 37. *à num.* 140. ubi ex *num.* 129. multa in laudem venationis congerit, illum Lector videat & Molinam *de justit. & jur. tract.* 2. *disp.* 41. *seqq.*

DECISIO XC.

De Præfecto Maximo venatorum , seu montium, quem *Monteiro mor* dicimus.

SUMMA.

1. *Referuntur capitula quedã, & provisiones desumpta ex libro do Registro Regis Dionysij ad officium Præfecti Maximi venatorum valde conducentes.*

HUjus officij meminit Ord. *lib.* 3. *tit.* 5. Gam- 1
ma *decis.* 353. libet autem hic apponere capitula quædam desumpta ex libro *do Registro del Rey Dom Deniz pera os officiaes de guerra, & casa* , ad officium Præfecti Maximi venatorum pertinentia, & provisiones , quas inveni in prædicto libro, qui est in publico Regni Archivo , titulo *do Monteiro mor, & cousas que a seu officio pertencem.*

El Rey meu senhor , & padre da louvada memoria, em seu tempo fez certas ordenacoẽs a cerca de Monteiro mor, & do que a seu officio pertence , segundo se contem em certos alvaras por elle , & por hum depoimento feito per seu mandado , & per Vicente Estevens , & a esse tempo Monteiro mor da montaria de Santarem , o qual foi especialmente sobre os foros que ha de aver Monteiro mor & os monteiros de cavalo , & os moços de monte , & os nossos escudeiros que tiverem caẽs, & sobre a contada velha ter onde partia, dos quaes alvares , & depoimento assi feito por o dito Vicente Estevens são estes que se aqui ao diante seguem.

Nos el Rey fazemos saber aos que este alvara virem, que nos achamos desuario nas cartas que erão dadas aos nossos monteiros no tempo do muy virtuoso , & de muy grandes virtudes el Rey meu Senhor , & padre , cuia alma Deos aja , & por quanto em as mais antigas se era contendo que os que matassem porcos nas contadas , ou posessem fogo nas matas, ou arreaor, ou lançassem armadilhas alguas pera as ditas veacoẽs que pagasse vinte & cinco livras da moeda antiga , & fossem pera os mouros , & mais nas novas fez menção que pagassem quinhentas livras da dita moeda que serão pera nos, das quaes leva Lopo Vasques nosso Monteiro mor: & querendo nos temperar estas penas poras matas serem rasoalmente guardadas , & os que entrem na dita coima não receberem tan grande dano , mandamos que quaesquer que cairem nos ditos lugares contados em cada hum dos falimentos suso ditos, que paguem por cada coima dous mil reis desta moeda corrente , dos quaes serão mil pera o dito Lopo Vaz , & quinhentos pera o Monteiro mor da monteria , & os outros quinhentos pera os monteiros da terra , & dando por dous aquelles que os descobrir , ao dito Monteiro da monteria fique cargo de mandar as ditas coimas perante o Almoxarife da quella comarca, ao qual nos mandamos que lhe faça comprimento de direito , & se caso for de appellacao o

dito

dito Monteiro mor da dita monteria a mande a nossa corte peranto os nosso veedores da fazenda onde fique cargo ao dito nosso Monteiro mor, ou aquem for logo te ver de demandor, & seguir adomanda a té finalmente a desembargor.

Si forem algũa montaria aos servos contados, pagaem por cada hum servo, ou servato que matarem a metode desta pera a qual seia repardita pella guisa suso dita: por que nas ditas matas contamente he defeso que não cortem madeira, nem escachem, & não se declara a peoa que manda dar aos que em ello cairem: Nos mandamos que de cada carrada, ou outra algũa grossa madeira, que se a rote tire com bois, pague quatrocentos reis brancos, & por carga de lenha, ou de casca, paguem duzentos reis, as quaes mandamos que seiao repartidas pella guisa suso escrita.

Por quanto achamos que as cartas nossas vão em outro estylo desuatrado do que as antigas seiao de ser mandamos que as que se fazem daqui em diante, seiaõ fatas em aquelle estylo que se fazia ate ora do Cesar de 440. annos: & as outras que feitas saõ, que se guardem pella maneira que eraõ feitas ate quello tempo, salvo no tragimento das armas que ora novamente mandamos dar logor as quelles Monteiros que nos requerem, aos quaes mandamos que lhes guardem suas cartas, se dello expressamente faz mençãs. E mandamos que este nosso alvara seio registado em nossa Caosellaria, feito em Syntra a dous dias de Setembro. Joaõ Estevens o fez, era do nascimento do nosso Senhor JESU Christo de 1436. annos, nos mandamos dar esto alvara ao nosso Monteiro mor da monteria de Santarem.

Nos el Rey fazemos saber a vos Vicente Estevens nosso Monteiro mor das nossas matas do termo da villa de Santarem, que sobre o que nos escrevestes que vos declarasse a maneira que aveis de ter em guarda dellas, por quanto agora deramos ao coonselho da dita villa nosso alvara por que lhe devassamos algũas matas pera lenha & esso mesmo algũas veaceõs nos paẽs & vinhas: nossa merce he que todas nossas matas da quem Tejo foraõ defesas & contadas pella guisa que o forom ate gora: & da parte dalem, & da freixial somente, & as outras se logrem como he contoado no nosso alvara que ao dito consolha temos do do, do qual vos requerei aos homens bons que vos dem o treslado, & por elle vos regereis do que em ellas aveis de guardar, & defender por nosso serviço: & por esto alvara lhe mandamos que vos dem & façaõ dar o treslado, sem outro embargo nenhum: feito em avis 16. dias de Junho Ruy Piriz Godinho o fez, anno de nascimento de nosso Senhor JESU Christo de mil quatrocẽtos trinta & oyto annos.

Nos el Rey por esto alvara damos logar, & licenca a todos los moradores da villa de Santarem que daqui em diante ate hũa legoa da dita villa possaõ matar em meses de Junho, Julho, & Agosto, & Setembro em seus paẽs & vinhas quaesquer porcos, & porcas montesos, & servos que em ellas matar poderem, & esto da parte da quem Tejo, & não damos logar que os matem besteiros de monte, nem façaõ com elles montaria: & esse mesmo possaõ mandar cortar em todas contadas, & em todo o termo da dita villa aquella lenha que los comprir, com tanto que não seia na mata nossa do paul da tolla, nem a da mata do freixial: Outrosi nos praz que possoõ cortar & filhar a tranca dos pinheiros que ouverem o dito termo, & que lhe não talhem o olho, nem cortem nenhum pelle pe: & tambem lhe damos logar que possaõ matar os coelhos em toda a charneca de Almeirem tirando a nossa contada dos coelhos, & mais queremos que daqui em diante sem embargo que tenhamos a nossa ribeira do Muge contada pera as trutas des a ponte do dito lugar do Muge, pella aberta acima ate a ponte de Caroeol possaõ a ella ir pescar, quaesquer pessoas, & pescadores que quizerem.

Porem mandamos ao nosso Monteiro mor, ou contetros, & a outros quaesquer a que esto pertencer, que fazendo o elles assi os não demandem por as penas, nem lhe ponhao sobre ello embargo, nem façaõ outra nenhũa sem razão feito em a villa de Thomar a doze dias de Janeiro, anno do nascimento do nosso Senhor JESU Christo de mil & quatrocentos & trinta & nove.

Este he o depoimento que Vicente Estevens fez por mandado del Rey Dom Duarte de que faz mençao encima no comeco deste titulo.

O Monteiro mor oos mocos do monte, & os monteiras de cavalo, & os escudeiros del Rey, & mocos da camara do dito Senhor, que tivessem carõs do dito Senhor ouvessem sempre dos oleiros de Lisboa esta louca que se segue, S. hum pote, & cobertor, & hum pacaro, & hum algui dar que leve hum pote d'agoa, & hũa panella nova com seu testo, & hũa sigela com hum cobertor, & hũa infusa com hũa almotolia, & hum candeirto, & dando ao Monteiro mor todo esto dobrado, & acabado dos sobreditos singello, & esto cada vez que el Rey fosse a cidade sendo elle Vicente Estevẽs cargo de lho esto fazer dar como sempre ouverao esto em tempo del Rey Dom Joãs cuja alma Deos aia.

E depois que el Rey Dom Duarte a que Deos de sancto Parayso reinou, mandou que posto que fosse a dita cidade quatro ou cinco vezes no anno, ou mais, que não dessem a dita louca mais que hũa vez, & não indo a dita cidade em hum anno que não desse nenhũa das ditas cousas.

O Monteiro mor da as montarias das Comarcas por suas cartas assinadas por elle, & passada por ementa del Rey, & sellada do sole pendente do dito Senhor, avendo o dito Monteiro mor de cada hum dos ditos Monteiros que assi faziaõ hum marco de prata. E se algũ Monteira das comarcas era velho em idade de sesenta annos, o Monteiro mor o apouzentava, & lhe dava hũa sobre carta porque guardasse suas honras contendas em seu privilegio: & desto não pagava senão a Cancellaria ao dito Senhor.

DECISIO XCI.

De Proxenetis.

SUMMÆ.

1. Proxenete qui dicantur.
2. Electio officij Proxeneta competit Decurionibus civitatum; confirmatio verò a Rege, vel superiore petenda est.
3. Electiones potest Rex cum causa intervertere, quoties voluerit.
4. Renuntiationes officiorum non possunt fieri nisi in manibus Regis, nec ab alio acceptari. Et sic sæpè judicatum fuit.

Valet

Valet argumentum de beneficiis ad officia, & econversò. ibid.

1 PRoxenetæ dicuntur mediatores, qui inquirunt voluntatea aliquorum, ad munera, amicitias, vel contractus faciendos; de quibua meminit Ordin. *lib.3.tit.59.§.19.* quæ vocat eos officiales publicoa, ibi, *alem do juramento quo fez quando lho foi dado o officio.* altera Ord. *lib.1.tit.48.§.21.l.1. cũ aliis. D.de proxenetis, c.1.* ubi Gloss. *de testib. c. venions. O. 1. eod. tit. cap. qain circa, de privileg. l. si servitus. D. de servit. urb. prædiorum.* Gamm. *dec.32.n.1. & dec.322.n.6.*

2 Hi autem solent deputari & eligi à Decurionibus civitatum, ubi hæc officia haberi non consueverunt, ut innuit Gamm. *decis.32.* Confirmatio verò electionis peti debet à Rege, vel à superiore. Ordin. *dict. lib.1.tit.67.§.8.* Avend. *de exequend. mandat. lib.1.cap.19.num.21.*

3 Advertendum tamen est, quod electio hæc non competit hujusmodi officialibus privativè, sed cumulativè ad superiorem, ita ut Rex possit officia donare cui voluerit, ut diximus *supra dec.13.* Ratio est, quia non habent hoc ex donatione, sed ratione ordinis electivi dati à Rege, qui potest intervertere cum causa electiones, ut per Palar. *in introduct. rubrica, n.7.* qui hoc casu loquitur. Avend. *ubi suprà. cap.5. lib.1. num.12.* Et ita judicatum fuit non semel in senatu in officiis scribæ cameræ oppidi de Cernancelhe, & scribæ orphanorum oppidi de Loulee: quæ officia per electionem à Decurionibus in prædictis locis solebant provideri, quæ tamen Rex donavit, ut suprà dictum est.

4 Renuntiare autem officia nemo potest, nisi in manibua Regis. Ord. *lib.1.tit.95. in princip.* Roma singul.348. facit & Ord. *d. lib.1.tit.80.§.20.* incipit *& outrum tabellião.* ratio est, quia cui concessum est conferre beneficia, non potest recipere eorum resignationes, sive renuntiationes, nisi id specialiter & expressè ei concedatur. *cap. dudum. in principio. de præbendis. lib 6.* Staphil. *de litteris gratia. tit. de variis mod. vacat. §. modò pro declaratione. n.15. & seq.* quod etiam in officiis locum habet; valet namque argumentum de beneficiis ad officia, & econversò. Bart. *in l.2.§. datu. D. de optione leg.* Palat. *in repet. cap. in introduct. rubr. n.6.* Rebuff. *2. tom. ad l. Gall. tit. ut benefic. ante vacat. gloss.2. pag.343.* Socin. *cons.53. vol.3.* Pinel. *in rubr. de rescind. 1.p.c.1.n.31.*

Unde infertur, quod Decuriones, seu officiales cameræ civitatum non possunt acceptare renuntiationes officiorum, in quibua habent solùm potestatem eligendi, seu præsentandi; benè tamen verum est, quod post factam renuntiationem in manibus superioris possunt prædicti officiales eligere & præsentare ad officia. Staphilæus *ubi suprà*, qui allegat Rot. nov. *dec.1. de renuntiatione, & decis.4. eodem. tit.* & ibi additio, *num.5.* Rip. *respons.21.*

Et ita decretum fuit in tribunali Palatij. Et cùm quæstio hæc contigisset in facto in proxeneta quodam civitatia Portucalensis quem Decuriones prædictæ civitatis elegerunt, sic respondi Principi Alberto tunc temporis Gubernatori hujus Regni, qui super illa me consuluit, in mense Julij anni 1590.

Et vide Matth. de Afflict. *lib.3. constitut. rubr.4.* doctiss. Barbosam *in l. divortio. §. quod in uno. à numero 16. D. solut. matrim.*

DECISIO XCII.

An possit Rex taxare pretia rerum, ita ut non vendantur ultra pretium taxatum?

SUMMÆ.

1. *Cura circa annonam & victualia subditorum ad Principem spectat, vel ad officiales ad id deputatos.*
2. *Vendere res proprias nemo cogitur, in his tamen quæ ad victum sunt necessaria, justo pretio vendere cogi potest.*
3. *Taxæ in dubio semper standum est.*
4. *Princeps potest statuere quomodo, & quo tempore frumentum vendatur; & prohibere ne fiant horrea, ne sequatur caristia.*
5. *Princeps potest cogere subditos, qui habent frumentum conditum in horreis, ut id vendant, etiam viliori pretio, quàm ab eis sit comparatum.*
6. *Quod maximè procedit respectu pauperum, & publica inopia.*
7. *Tempore caristiæ potest quis arctari ad vendendas res proprias, dummodo tamen sibi remaneant necessaria.*
8. *Superveniente sterilitate possunt cogi cives contribuere pecuniam nullo obstante privilegio, ut Respubl. frumentum comparet ad tollendum civium penuriam.*

CUra circa annonam & victualia subditorum ad Principem spectat, vel ad officiales ab eo ad id deputatos, *l.1. C. de offi. to Præfect. urb. Authent. de mandat. Principum. §. Deinde. vers. si quis autem. colum.3.* & potest disponere quanto pretio, secundùm qualitatem temporis, sit annona vendenda. *cap.1.§. post mutulem.* & ibi Afflict. *in feud.* Ordin. *lib.1.tit.66.§.32. & 33.* 1

Ex quo infertur, quod licet nemo invitus rem suam vendere cogatur, *l. invitum. Cod. de contrahend. empt.* etiamsi eam publicè venalem habeat, ut contra Gloss. & Bart. *in l. non enim. D. de act. rerum amot.* probat Alber. & Jas. *in l. rogasti. in principio num.1. D. si cert. petat. & in l. nec emere. num.3. in fin. Cod. de jur. deliberandi.* & diximus *in 1.p. nostrarum decisionum. dec.105.n.1. & decis.151.n.6.* Imò nec etiam justo pretio potest quis arctari ad vendendas res proprias, quia justum est, sua cuique committere. *l. nemo exterw. C. de Judæis, d.l. non enim. D. act. rerum amoturam.* Tamen in his, quæ sunt necessaria ad victum, cogitur quis vendere justo pretio taxato à Principe, vel ab officialibus ad id ab eo potestatem habentibus. *l.1.§. cura carnis D. de officio præfect. urb. l.1. secundùm unam intellectum. C. de Episcop. aud. c.1. de empt. & vend.* ubi DD. Gloss. *in l. fin. §. item Episcopi. verbo, venalis. D. de muneribus. & honorib.* Sylvest. *verbo, emptio. numer.6.* agnoscit hanc specialitatem. Alber. *in d.l. non enim.* Dec. *in l. rogasti. in princip. D. si cert. petat.* Capel. Tholos. *quæst.446.* Afflict. *in prælud. constit. quæst.3. num.5.* Covarruv. *resolu. lib.3. cap.14. per totam.* Stracha. *de mercatura 4.p. num.51. pag.127.* 2

Et pretio taxato à Principe, vel ab officialibus ab eo deputatis in dubio standum est, quia credendum est officiales advertisse ad ea, quæ in taxa constituenda 3

stituenda debuerunt considerare, *l. annonam. D. de extraord. criminib.* quam vide Medin. *de restitut. quæst.* 36. *colum.* 3. Et postquam pretium justum taxatum est, non licet pluris vendere, nec in pretio alium decipere, Covarr. *supra num.* 1. *&* 6.

4 Potest etiam Princeps constituere quo modo, & quonam tempore vendatur frumentum, ne posteà sequatur caristia, *l.* 1. & ibi Bart. *in fin. C. de frument. urbis Constantinopolitana. libr.* 11. Avend. *lib.* 1. *de exequend. mandat. cap.* 19. *n.* 31. & probibere ne fiant horrea, ut secuta caristia cariùs vendant, *dict. l. Annonam. D. extraord. criminib.* & ibi Angel. Sylvest. *verbo, usura.* O. 1. *quæst.* 14. Nevizant. *cons.* 74. *à num.* 9. *cap. quicumque* 14. *quæst.* 4. Gabriel. *in* 4. *distinct.* 25. *quæst.* 10. *colum.* 4. *ad fin.* Covarr. *resolut. cap.* 14. *n.* 3. *lib.* 3. Modus autem hujus taxæ faciendæ ponitur *in cap.* 1. *§. post natalem.* ubi Affict. *de pace tuenda, & ejus violatoribus.*

5 Potest item Princeps cogere, ut illi, qui habent frumentum conditum in horreis, id vendant etiam viliori pretio, quàm ab eis sit comparatum. Bart. *in d. l.* 1. *§. cura carnis. D. de officio præfect. urb. allegat. l.* 2. *§. cum eodem. in fin. D. ad l. Rhodiam. de jact.* ad idem videtur teat. *in l. si pendentes. §. si quid cloacarum. D. usufruct.* & ibi notant Bald. & Angel. idem Angel. *cons.* 206 *post principium.* hanc etiam opinionem probat Panormitanus *cap.* 1. *numer.* 6. *de empt. & vendit.* & ibi Andr. Sicul. *num.* 10. Sylvest. *verbo, emptio. num.* 6. Avendan. *ubi supra* Alexand. *cons.* 190. *num.* 2. *lib.* 2. Affict. *in prejudicio constit. quæst.* 3. *num.* 6. Additio ad Capell. Tholos. *qu.* 446. Tiraq. *lib.* 1. *retract. de poenis. ut. de remedio preserv. contra pestem. à num.* 195. *pag.* 24. resolventem, quod tempore caristiæ potest judex taxare pretium, minus quàm valeat arbitrio suo; nam hoc tempore divites cogi possunt facere Eleëmosynam. Gloss. *in cap. sicut* 47. *distinct. & cap. exigunt.* 1. *quæst.* 7. à fortiori ergo, viliori pretio.

6 Nec obstat, quod regula juris est, quod numquam cogatur quia vendere injusto pretio, sed tantùm justo, ea generalitate *d. §. cura carnis, facit benè. l. non debere. D. ad municip. l. fin. D. ad l. Jul. de Anno. generalis reg. l. si venditor. §. si constat. D. communia prædiorum.* Bart. *in l. unica. n.* 7 *C. ut nemini liceat se excusare. lib.* 10. Paul. *in l.* 1. *ad fin. C. Episcopal. audientia.* & ibi Salicet. *num. penult.* Covarruv. *resolutionum lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 8. *lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 3.

Nam respondetur, quod respectu pauperum, & publicæ necessitatis procedit quod suprà dictum est: nam tempore necessitatis omnia sunt communia *d. §. cum in eadem. D. ad l. Rhodiam. de jact.* ita, ut quis possit capere propria auctoritate, *cap. de furt.* Item, quia utilitas publica præferenda est privatæ, ne habentes frumentum ditescant supra modum, & alij ad paupertatem redigantur: & ideò potest constitui pretium moderatum non habito respectu ad præsentem indigentiam, & quantum secundum eam vendi posset, ut admittit Covarr. *lib.* 2 *resolut. cap.* 3. *num.* 5. & alij suprà relati. Quinimò & aliud dicitur justum pretium quod est taxatum à superiore. Cæpol. *de simulat. contract. n.* 28. Cremens. *in l.* 2. *C. de rescind. vendit. n.* 273. & ibi Cagnol. *n.* 269. *ad fin.* Covarr. *lib.* 3. *resolut. cap.* 9. *num.* 6. *ad fin.* & in specie Medin. *de restitut. quæst.* 36.

7 Illud tamen advertendum est, quod tempore caristiæ ita demum quis cogitur vendere res suas, ut tamen sibi remaneant necessaria, argument. *l. prases. Cod. de servitut.* Paul. *in l.* 1. *ad fin. Cod. de Episcop. audientia* Felin. *in cap. numer.* 2. *de Judais.* Affict. *in prælud. constitut. quæst.* 3. *numer.* 7. *in fin. cap.* 1. *§. post natalem. de pace tenenda.* ubi Afflict. *in feud.* Avil. *pretorum. cap.* 17. *verbo, arozonables. numer.* 10. *pag.* 182.

Illud etiam notandum est, quod superveniente 8 sterilitate possunt cives compelli contribuere pecuniam, nullo obstante privilegio, ea qua Respublica frumentum comparet ad tollendam civium penuriam, *d. l. unic. C. ut nemini liceat se excusare, lib.* 10. & ibi Bart. Covarr. *ubi supra, num.* 3. Avendan. *de exequend. mandat. libr.* 1. *cap.* 19. *num.* 34.

Et vide Molin. *de justit. & jur. disp.* 365. *tract.* 2.

DECISIO XCIII.

Circa privilegia, quæ à Principe conceduntur aliqua notabilia traduntur.

SUMMÆ.

1. *Privilegia restringenda sunt cum alteri inferunt prejudicium.*
2. *Privilegium seu donatio Principis intelligitur sine prejudicio tertij.*
3. *Privilegium contra jus commune in dubio non est præsumendum.*
4. *Privilegium in dubio præsumitur personale.*
5. *Privilegium concessum inclusum in corpore juris, præsumitur non precuratum, sed motu proprio concessum.*
6. *Idem in privilegio concesso ob benemerita.*
7. *Privilegia licet strictè debeant interpretari, quia sunt stricti juris; tamen quatenus verba sonant, & proprietas verborum patitur, lata debet fieri interpretatio.*
8. *Privilegium contra jus commune strictè debet interpretari, utpote odiosum; tamen contra concedentem latè interpretari debet.*
9. *Privilegium, seu gratia non expirat morte concedentis, nisi concedatur ad ejus beneplacitum.*
10. *Privilegium amittitur per non usum per tempus immemoriale.*

Et an privilegium amittatur per non usum, remissive. Ibidem.

11. *Privilegium immunitatis amittitur, si privilegiatus rem, in qua habet privilegium, exposuerit venalem.*
12. *Derogatio privilegij generalis non valet, ubi requiritur ejus specifica mentio.*

PRinceps privilegia contra jus commune concedit, quæ tamen privilegia cùm alteri inferunt præjudicium, restringenda sunt ad hunc sanè modum, ut attentis & maturè perpensis verbis, & mente concedentis, in eo accipiantur sensu, qui minùs alterius jus lædat. teat. *in reg. ea quo. de regul. jur. l.* 6. *cum olim.* & ibi DD. *de consuet. cap. penult.* ubi Gloss. & Abb. *de privilegiis.* idem Abb. *in cap. quia circa, eod. titul.* Gloss. & Abb. *in cap. cum olim.* O. 1. *de privilegiis.* Alexand. *cons.* 229 *colum.* 6. *lib.* 2. Dec. *cons.* 113. *& cons.* 520. *colum.* 1. Jason. *in l. quis minus,* 1

minis. D. de fluminib. Feliu. *in cap. 1. n. 4. de rescript.* & *in c. super eod.* ubi Dec. *de officio deleg.* Selu. *de benefic. 3. p. quaest. 13.* Gozadinus *cons. 14. n. 18.* quos omnes citat & sequitur Covarruv. *variarum resolut. l. 1. c. 17. n. 13. col. pennlt. vers. & praeterea privilegia.*

2 Idem privilegium, & concessio, sive donatio Principis intelligitur sine praejudicio tertij, *l. 2. §. merito, & §. si quis à Principe D. ne quid in loco public.* unde fit, quod si ex privilegio speciali competat Episcopo dispensare, & posteà rescribat, ne cui liceat in dictis casibus dispensare, per hoc non fit praejudicium Episcopo. Ita Bald. post Archidiaconum *in cap. cùm ordinem. col. 3. vers. pone ergo de rescript.* sequitur Dec. *cons. 615. num. 25. & seq.* Hinc etiam est, quod si Princeps alicui concedit jura Regalia, & posteà rescripserit, & jusserit ne solvantur talia tributa, per hoc non praejudicatur habenti tale privilegium, & donationem specialem praecedentem, ut est pulchra Ordin. expressa *lib. 2. tit. 57. in princip. & §. 1.* de qua vide inferiùs Arresto 57. Idem si alicui donasset aliqua jura Regalia, & posteà alteri concessisset castrum, aut oppidum cum omnibus juribus Regalibus: per hoc enim non videtur concessisse ea jura, quae antea donaverat, ut est pulchra Ordin. *ubi supra.* & tradit Dec. *cons. 58. numero 7. cons. 588. num. 18.* & tenet Bald. *in cap. 1. de capit. qui curiam vendidit, num. 1. in principio.* secus tamen esset si non ex privilegio, sed de jure communi talia jura priori donatario competerent; quia tunc sequens Principis rescriptum illi noceret, ut declarat Covarr. *resolut. lib. 1. cap. 17. colum. fin.* dum agit de intellectu *cap. penult. de privileg.* & conciliat ibi duas opiniones dissentientes.

3 Et nota quod privilegium in dubio non est praesumendum, quia est contra jus commune; & in dubio Princeps non intelligit aliquid rescribere, vel concedere contra jus commune, sed potiùs se velle conformare juri communi, atq. *l. 2. in principio. C. de officio praefect. urb. l. rescripta. C. de precibus Imperat. offerend. l. fin. C. si contra jus.* ubi Gloss. alia jura citat, & benè facit Ordin. *lib. 2. tit. 44.* ibi, *& não he nossa tenção.* & ideò dici solet, quod talis praesumitur fuisse mens Principis, qualis de jure esse debuit, ut pulchrè dicit Bald. per illum text. *in l. ex facto. in principio. D. de vulg.* reassumit Felin. *in cap. 3. ad fin. de excep.* Dec. *cons. 11.* refert & commendat Cattelian. *in memorab. verbo. Princeps excedens.* Hinc etiam est, quod qualibet dispositio Principis ita debet interpretari, ut non intelligatur dispensare, sed potiùs sequi jus commune, ut singulariter dixerunt Innoc. & Joan. Andr. *in cap. dudum. de decimis,* commendat cum aliis. Idem Cattelian. *verbo, rescriptum impetratum.* Hinc etiam rescripta debent intelligi salva manente lege municipali, & consuetudine. Cattelianus *verbo, rescripta.*

4 Nota etiam, quod privilegium in dubio praesumitur personale, Gloss. *in cap. cum venissent. de constit.* & notatur *in cap. tua.* ubi etiam Gloss. *de his qua fiunt à prælat.*

5 Et privilegium concessum inclusum in corpore juris in dubio praesumitur non procuratum, sed motu proprio concessum, ita eleganter Jason. *in l. si quis. D. quod quisque jur. n. 8.* ubi aliqua cumulat de motu proprio. Idem tenet Rebuff. *in tract. de privilegiis scholar. privilegio 178. volum. 11. tract.*

Sic etiam privilegium ob benemerita praesumitur concessum motu proprio, secundùm eumdem Rebuff. ibidem & Jason. *in dict. l. si quis. D. quod quisque juris,* post Guilhelmum & Albericum, quos allegat. 6

Nota etiam, quod licet privilegium strictè debeat interpretari, quia est stricti juris, ut notatur *in l. quod verò. D. de legibus.* latè Chassanaeus *in consuetud. Burgund. rubrica 7. Paragrapho 10. num. 58.* Bald. *in l. 1. in principio. C. de legibus.* Joan. Andr. & alij *in cap. Olim. de verborum significat.* Oldrad. *cons. 168.* Roman. *cons. 180. in fin.* tamen in eisdem privilegiis lata debet fieri interpretatio, quatenus verba sonant, & proprietas verborum patitur, Angel. *colum. fin. versic. tertio quaero. in l. fin. D. de const. Principum.* Calder. *cons. 2. titul. de consang. & affinitate.* facit text. & ibi Aretin. *in l. cum lege. D. de testament.* Decius latè *in cap. cum accessent. colum. 8. vers. ad quod facit. de constitut.* 7

Item licet privilegium contra jus commune concessum debeat strictè interpretari, utpote odiosum, *cap. 1. & 2. de filiis Presbyterorum.* tamen contra concedentem non dicitur odiosum, Abbas *in dict. cap. quia circa. de privilegiis.* & ideò contra concedentem fit larga interpretatio, *cap. quia circa. cap. cum olim. de privilegiis. cap. dilectus. de consuetud. dict. l. fin.* ubi latè Moderni *D. constitut. Principum.* Ceterùm contra alios stricta fit interpretatio, secundùm Brunum *de augmento. conclusion. 9. numero 9.* & semper intelligitur concessum sine praejudicio tertij, ut suprà dixi. 8

Nota etiam quod privilegium, seu gratia non expirat morte concedentis, nisi concedatur ad ejus beneplacitum, ut est casus *in cap. si cui. de praebend. libro 6.* quatenus habet potestatem alicui concessam ad conferenda aliqua beneficia, nulla persona expressa, non expirare morte concedentis, quia potiùs est gratia quàm mandatum. Tradit latè Navarr. *in apolog. quaestio. 3. pag. 572. monitio 8. numero 1.* ubi extendit, quod non solùm gratia durat post mortem concedentis, sed etiam mandatum ejus executorium, per text. *in cap. si super gratia de officio deleg. libr. 6.* & vide Barbos *in l. quia tale. num. 79. D. solut. matrim. & seqq.* Idem de facultate testandi, & licentia eligendi confessarium, & de indulgentia, & de licentia non residendi, licet aliud sit in mandato, & sententia, & praecepto sine cognitione lato, ubi vide quae notabiliter agit. Et idem in licentia, quam Rex concedit alicui nominandi alium in officio suo per obitum suum. Nam etsi talis nominatio & vacantia officij facta sit post obitum Regis concedentis, tamen valet, & tenetur, ut pulchrè per plura confirmat Capic. *decis. 121. a numer. 7.* quem vide. Idem in licentia, quam Rex concedit alicui ad instituendum majoratum, ut est expressa lex Castellae 44. *in legibus Tauri.* ubi omnino vide Anton. Gomez. Molinam *de primog. lib. 2. cap. 7. per totum.* 9

Item nota, quod privilegium immunitatis amittitur, si privilegiatus rem exposuerit venalem, in qua habet privilegium. Abb. *in cap. 1.* per illum text. *de empt. & vendit.* Covarr. *resolut. lib. 3. cap. 14. n. 1.* & facit benè Ordin. *lib. 2. tit. 58. in princ.* ibi, *salvo se as trouxerem a ganho.* 10

Privi-

11 Privilegium etiam amittitur per uon usum tempore immemoriali, juxta *l. 1. D. de nundin.* per quem text. ita post Guilhelm. de Cun. *in l. imperium. D. de jurisdict. omnium judic.* consuluit Bart. *cons. 189. colum. ultim.* quem sequuntur Alex. *cons. 16. num. 23. vol. 5.* Aretin. *cons. 153. col. ult.* & comprobat Balb. *de praescript. 2. p. 5. principal. q. 1. num. 6.* & an privilegium amittatur per non usum; vide Menchac. *controversiarum frequent. cap. 2. num. 5.*

12 Ultimò nota, quod in privileglis derogatio generalis non valet, ubi requiritur ejus specifica mentio. ita Felin. *in cap. ad audientiam. & in d. cap. cum ordinem.* per illum text. *de rescript.* ubi Bald. & Decius. Ordin. *lib. 2. tit. 59. §. 14.*

DECISIO XCIV.

Per quas clausulas Princeps privilegiis deroget.

SUMMÆ.

1. *Clausula,* non obstantibus privilegiis, *non derogat privilegiis insertis in corpore juris.*
   Nec iis, quae sunt concessa propter publicam utilitatem, nec illi privilegio, cui Princeps verisimiliter in specie esset derogaturus. Ibid.
   Clausula praedicta non tollit privilegia concessa miserationis gratia, vel favore piae causae.
   Et alios plures casus, quibus praedicta clausula non derogat. remissive. Ibid.
2. *Secus si apponatur clausula,* non obstantibus aliis privilegiis, in contrarium facientibus.
   Vel si secundum privilegium emanavit motu proprio. Ibidem.
3. *Vel si revocatio, seu derogatio privilegij fiat per Principem constituentem legem generalem.*

1 CLausula, *non obstantibus privilegiis,* non derogat privilegiis insertis in corpore juris, nec iis, quae sunt concessa gratia publicae utilitatis. *l. decurionibus. C. de silentiarus. lib. 12.* Nec illi privilegio cui verisimiliter Princeps in specie esset derogaturus, secundùm Felin. *in cap. nonnullè. n. 26. de rescrips.* Nec tollit privilegia concessa miseratiouis causa, puta, pro immunitate hospitalium, pauperum. Dec. *cons. 165. num. 6.* vel concessa favore piae causae, puta ad fabricam, vel reparationem locorum piorum, text. notabilis *in c. si propter. vers. intentionis. de rescriptis, lib. 6.* secundùm Felin. *ubi sup. n. 19.* & alios plures casus, quibus illa clausula non derogat, nec tollit privilegia aliis concessa, vide per Stephanum *de interpret. juris. 2. p. principal. num 25* Hugonem *tract. de clausul. num. 44.* Dec. *d. cons. 165. & cons. 10.*

2 Sufficit tamen si dicatur, *non obstantibus aliis privilegiis aut provisionibus in contrarium facientibus,* ex Bart *in l. fin. C. si contra jus, & in Extravag. ad reprimendum. vers. non obstantib.* quem sequitur Abb. *in c. nonnullis. de rescript.* Paul. *cons. 228.* Dec. *d. cons. 10. n. 9.* Sufficit etiam, ubi secundùm privilegium, aut provisio emanavit motu proprio, quia tunc per clausulam generalem, *non obstantibus,* positam in secundo privilegio, tollitur primum: secus si secundum fuit concessum ad postulationem alicujus; quia tunc est necessaria specialis derogatio. Ita tenet Roman. *cons. 27.* post Angel. *in l. & si quis §. quaesitum D. si quis caut.* sequitur Dec. *d. cons. 165. n. 2. & 3.* Stephanus *ubi supra num. 26.* & allegat solum Cynum *in l. 1. C. de precibus. Imper. offerend.*

Et hinc est; quod ubi revocatio fit per jus com- 3
mune, id est, per Principem constituentem jus commune, aut legem, tunc sufficiunt clausulae generales; quia statuit Princeps legem ex causa, & motu proprio: secus in revocatione, quae fit per aliud privilegium, quia tunc specislis derogatio requiritur, eò quod illud censetur impetratum ad postulationem, secundùm Calderinum *cons. 11. tit. de privilegiis.* Joan. Andr. *in c. 1. de excessib. praelatorum, lib. 6.* Paul. *cons. 51.* & sequitur, & citat Dec. *d. cons. 165.*

DECISIO XCV.

An Principum donationes latè interpretati debeant?

SUMMÆ.

1. *Donatio Principis, praesertim facta personae benemerita latissimè est interpretanda.*
2. *Donatio intelligitur fieri secundùm consuetudinem.*
3. *Donatio posterior quantumcumque generalis non intelligitur derogare priori donationi speciali.*
4. *Donatio, seu confirmatio Regis intelligitur facta, prout ipse Rex de jure possidet.*
5. *Donatio alicujus rei a Principe facta intelligitur prout eam Rex habebat cum onere resolutionis.*
   Donare non intelligitur Princeps nisi ea, quae tempore donationis habet. Ibid.
6. *Donationis instrumentum non probat dominium esse illius personae cui donatur, nisi id constet de praecisa voluntate Principis.*
7. *Donationis verba ita interpretanda sunt, ne donatio invicem contradicat, ac repugnet.*
8. *Donatio, aut venditio alicujus terrae à Principe facta cum quibusdam juribus Regalibus expressis, licet postea adjiciatur clausula generalis,* cum reliquis omnibus juribus Regalibus, *non ideò veniunt in donatione alia jura majora expressis.*
9. *Donatio, seu privilegiam concessum per relationem ad aliud, si illud ad quod refertur ex eo non constet, non valet, nisi id ad quod fit relatio, declaretur per aliud ad quod refertur.*
10. *Et quando relatio facta in donatione vel privilegio inducat conditionem, & requirat relationis probationem & existentiam. remissivè.*
11. *Et si in donatione fiat relatio antiquioris donationis, debet omnino donatio antiquior ostendi.*
12. *Donationis perfecta non potest Rex posteà adjicere onus, aut conditionem.*
13. *Nec etiam eam revocare in praejudicium sequentium successorum.*
14. *Donationem perfectam non potest Princeps ex post facto revocare in totum vel in partem, maximè si fuerit facta ex causa onerosa.*

DOnatio & concessio Principis liberalis ac 1
munifici, praesertim facta personae benemeritae, 2 latissimè est interpretanda, *l. beneficium. D. de constitut.*

constitut. Principum, cap. dilecti. de donat. Et ideò si concedit castrum simpliciter, videtur concedere jurisdictionem, & munitiones, quæ intus sunt, ut de jure communi Bald. *in cap. 1. §. si quis de manso. colum. 3. C. si de invest.* Platea *in l. si quando. in fin. C. de bon. vacant. lib. 10.* Et si concedit, ut non solvantur decimæ de prædiis alicujus, extenditur concessio etiam ad noviter acquisita, virtute latissimæ interpretationis. *cap. quia circa. de privilegiis.* Et si concedit civitatem, videtur concedere molendina, & alia bona propria ipsius civitatis, si talia bona sunt in dominio concedentis. Bald. *in cap. 1. de capit. qui curiam vend.* Etsi concedit domum, videtur concedere alia adjacentia, & supellectilia. *d. l. si quando. C. de bon. vacant. libr. 10.* ubi Bart. & Alexand. *in addit. ejusdem.*

2 Intelligitur autem donatio fieri secundùm consuetudinem, *cap. cum dilectus. de consuetud. l. si de interpretatione D. de legibus.* Alexand. *conf. 124. num. 3. volum. 5.* arg. text. *in l. si prius. §. rectè placuit. D. de aqua pluv. arcend. l. semper in stipulationibus. D. de regul. jur. l. quod si nolit. §. qui assidua. D. de edilit. edict.* Anton. Gabriel. *de consuetud. libr. 6. conclus. 1.* Bertrandus *consil. 290. volum. 3.* & idem dicit esse in concessione feudi Parisius *cons. 15 volum. 1.* facit etiam quod interpretatio est facienda, secundùm quod consuetum est fieri. Bald. *in l. fin. colum 1. D. de fidejussor.* Afflict. *decis. 307. numer. 21.* Felin. *in cap. ex litteris. num. 12. de fide instrumentorum.*

3 Donatio posterior quantumcumque generalis, non intelligitur derogare priori donationi speciali, quia generi per speciem derogatur. *c. 2. de decimis. lib 6.* Roman. *consil. 298.* Alexand. *cons. 3. lib. 5. & cons. 23. eod. lib.* Dec. *cons. 580. num. 7. & cons. 581. num. 18.* Ordin. *lib. 2. tit. 57.*

4 Donatio, seu confirmatio Regis habet quamdam tacitam conditionem, nempe quod donat prout de jure possidet, ut pulchrè Paul. *cons. 457. colum. 2. vers. præterea. lib. 1.*

5 Et hinc fit, quod quando Rex donat aliquam rem, videtur donata talis res, prout eam Rex habebat cum onere resolutionis, ut notabiliter per Dec. *cons. 157. pro tenus. colum. 2. vers. & ista conclusio.* & hinc est quod Princeps, vel ejus fiscus non intelligitur donare, nisi ea quæ tempore donationis habet, secundùm Andr. de Isern. *in titul. de vasallo decrep. ætat. colum. fin. ad finem.*

6 Donationis etiam instrumentum factæ à Principe de bonis Coronæ, vel concessionis emphyteuticæ, vel feudalis, non probat dominium esse illius personæ, cui hujusmodi concessio, seu donatio facta fuerit, nisi constet de præcisa voluntate Principis, quod voluerit ex ipso solo titulo dominium transferri. Ita probat Alvar. Vaz. *de emphyteus. quæst. 9. num. 30.* cum Alciat. Jacob. Decio & Covarruv. & Bossio, quos citat: neque ibi distinguit contractum Principis à privilegio, & ita conciliat opiniones illorum, qui dicunt simpliciter ex donatione Principis, dominiũ sine traditione transferri, cum opinione illorum, qui id simpliciter negant, quos refert Covarr. *lib. 1. resolut. cap. 19. num. 3.* cum aliis, quos latè congerit Tiraq. *de nobilit. c. 27. num. 57.* quia omnia Vaz benè notanda commendat ad emphyteuticas concessiones bonorum Coronæ, & armamentarij Regni.

7 Donationis etiam, seu dispositionis cujuscumque verba ita accipienda & interpretanda in dubio sunt, ne donatio invicem contradicat, ac repugnet. Unde clausula in fine posita, licet regulariter referatur ad præcedentia, fallit, nisi ex relatione resultet in disponente contrarietas, quia non præsumitur variare, eò quod in eadem scriptura sit sibi contrarius, secundùm Abb. *in cap. dilecti. in fin. de donat.* & Dec. *in cap. secundò requirit. de appellat.*

8 Donatio, aut venditio si fiat à Rege, in qua donet aut vendat aliquam terram cum quibusdam juribus Regalibus expressis, si tamen posteà adjiciat clausulam generalem, nempe, *quòd donat, aut vendit cum reliquis omnibus juribus Regalibus*, non tamen veniunt alia jura Regalia majora expressis, ut concludit Rom. *cons. 271. vis tota. in principio*, quem refert & sequitur Jal. *in l. si convenerit. colum. penult. num. 45. vers. secundò moveor. D. de jurisdict. omnium judic.* quos legito.

9 Donatio, vel privilegium, quod conceditur per relationem ad aliud, per verbum *juxta*, & *sicut*, vel *prout*, & similia, si illud in quo fit relatio ex eo non constet, tunc non valet, nisi illa relatio declaretur per illud ad quod refertur, puta si dicatur, Dono tibi quidquid juris habeo in tali loco. Ita est casus expressus *in l. si sic. Paragrapho 1.* & ibi Dyn. & Bart. *D. de legat. 1.* per Dec. *cons. 320. colum. 4. in principio.* latiùs per Felin. *in cap. ex parte O. 2. numero 11. vers. aliquando verò. de rescript.* post Aretinum, quem citat *cons. 96.* Secus tamen, si idipsum constat ex scriptura referente, per *reg. l. ait prætor. Paragrapho si judex.* & ibi latè Alexand. *D. de jurisdict. omnium judic.* Bartol. *in d. l. 1. D. de legat. 1.*

10 Et quando relatio facta in donatione seu privilegio inducat conditionem, & requirat relationis probationem, vel existentiam, vide per Felin. *ubi suprà. in d. cap. 2. de rescript. col. 5. à n. 10. cum seqq. vers. scias etiam.* Quod tene mente, quia frequenter contingit in Regalibus donationis.

11 Et adde, quod si in aliqua donatione fiat mentio alicujus antiquioris donationis, & ad illam fiat relatio, debet omnino illa donatio antiquior ostendi, ut per Alexand. *cons. 182. volum. 7.*

12 Donationi perfectæ non potest Rex posteà adjicere aliquod onus, aut conditionem. Bald. *consil. 327. Prodæ consului. col. 1. & 2. lib. 2.* ubi multas notabiles rationes adducit, usque ad *num. 4.* & allegat text. notabilem *in l. fin. C. de locat. præd. civil. libr. 11.* ubi probatur, quod si res per contractum Principis fuit alicui concessa, non potest ab eo mutari, ad idem est text. *in l. 3. Cod. de fund. patrimonial. lib. 11.* Est sicut Princeps non potest tollere jus successori quæsitum ex contractu; ita nec mutare, aut alterare in præjudicium illius, ut est text. notab. *in cap. 1. in princip. de alienat. feudi paterni.* juncta Glossa *verbo, In filiam.* ubi si Rex confirmat renuntiationem feudi factam per vasallum in filiam suam, agnatis non consentientibus, qui habebant jus succedendi in feudo, non valet talis renuntiatio, nisi in vita vasalli, ut ibi dicit Glossa; & est ratio, quia esset alterare concessionem.

13 Et in terminis etiam hoc tenet Andr. de Isernia *in c. 1. §. fin. de capit. qui curiam vend.* ubi inquit, quod sicut Princeps non potest concessionem revocare

in

in præjudicium sequentium successorum ; ita non potest perfectæ donationi onus seu conditionem apponere, allegat text. vulgarem *in l. perfecta don. C. de don. quæ sub modo.* cum alijs juribus : quæ lex multò magis locum habet in Regibus , & Principibus, ut per Bald. *d. conf. 327.* Abb. *conf. 31, lib. 2. colum. pen.* Palat. *in rubr. §. 13.* cum multis alijs per Salonem Burgens. *conf. 25. & conf. 26. num. 3.*

14 Et ita Princeps ex post facto non potest revocare in totum, vel in partem gratiam , sive donationem à se factam , ut per Bald. *in l. nupta in prima lect. D. de senatorib.* idem *conf. 327. volum. 1.* Isernia *cap. 1. §. fin. de capit. qui curiam vend.* tradit Salon. *conf. 25. num. 46.* & hoc maximè quando donatio est facta ex causa onerosa , ut est causa dotis, *l. fin. §. si à socero. D. quæ in fraudem credit.* tunc enim multò minùs potest revocari, juxta doctrinam Bart. *l. qui se patris. Cod. unde liberi.* Socin. *conf. 156. n. 6. lib. 2.* Afflict. *lib. 1. Constitut. rubr. 47. colum. 2.*

DECISIO XCVI.

An privatus possit prohibere , ne bona delinquentis veniant ad fiscum.

SUMMÆ.

1. *Bona delinquentis filij non veniunt in fiscum , si à patre cum causa exheredatus est.*
   Et quid si filius sit exheredatus sub conditione, si deliquerit, remissivè Ibidem.
   Et an pater possit prohibere ne bona veniant ad fiscum. Ibidem.
2. *Bona donata sub conditione , ut invalidetur donatio, commisso delicto, non veniunt in fiscum.*
   Et quid si dicatur, Dono tibi rem, si contigerit illam publicari. *Ibidem.*
3. *Si pater post filium purè institutum , ita dixerit ,* Si contingeret, quòd filius meus institutus committat delictum, vel cogitet committere, ex quo veniat publicatio bonorum, substituo alium, vel in alium transferatur hereditas ; *bona non veniunt in fiscum.*
   Et an in casu supradicto cetera bona filij, puta legitima, debeant confiscari? Ibidem.
   Et quid si filius fuerit verè exheredatus post commissum delictum. Ibidem.
4. *Bona prohibita alienari expressè , non veniunt in publicationem bonorum : secus si relinquantur per simplex fideicommissum restituendum post mortem.*
   Et an hoc casu verificetur conditio fideicommissi per mortem civilem. Ibidem.

1 SI pater in testamento exheredet filium cum causa , puta si venisset contra patriam , an ideò bona filij postea delinquentis veniant in fiscum? Dic , quòd non venient , secundùm Bossium *de bonis publicat. numer. 30. vers. sed contra dictam cautelam.* Et ibi etiam agit , an bona delinquentis transeant in fiscum , si delinquens fuit priùs exheredatus à patre , sub conditione, si deliquerit ? Et an pater possit prohibere , ne bona transeant in fiscum ? & tenet, quòd sic , nisi id faciat in ejusdem fisci fraudem.

Bona an transeant in fiscum, si fuerint donata sub 2
ea conditione, ut evanesceret donatio commisso delicto? vide eumdem Bossium *ibidem num. 31. vers. sed si tibi donarem.* ubi habet , quòd non veniunt in fiscum : secus si donator dicat , *Dono tibi bona, ubi contingat illa publicari* ; quia tunc ipse videtur cogitasse de delicto committendo , secundùm Bossium *ibid. d. num. 3. vers. unde etiam.*

Si pater in testamento ita loquatur , postquam 3
purè instituerit filium heredem , *Si contingat, quòd filius meus institutus committat delictum , vel cogitet committere, ex quo veniat publicatio bonorum, substituo alium , vel in alium transferatur hereditas* ; & sic in pœna heredis vult , ut perveniat in alium : & habet quòd sic idem Boss. *dict. num. 32. vers. sed in casu nostro.* dicens esse materiam , *l. unica. C. de his quæ pæn. nomin.* & quòd filius desinit in effectu esse heres , quia tenebitur in eo casu jure fideicommissi restituere hereditatem secundo. Et ita dicit declarare Bart. *in l. paterfamilias testamento. D. de hered. instituend.* & ibi Bart. & DD. *in l. uxorem. §. heres. de legat. 3.* & Jas. *in d. l. unica.* Unde infert , quòd cùm hoc sit fideicommissum , & consequenter gravamen , *l. coheredi. §. cùm filia. D. de vulgari.* cetera bona confiscabuntur , & legitima confiscabitur ; quia in ea non potuit apponi illud gravamen. Bossius *d. num. 32.* ubi ait secus esse , si esset vera exheredatio , prout esset , si delictum jam commissum fuisset tempore testamenti patris , & ob eam causam pater eum exheredasset , quia tunc alius est heres directè & à se ipso , & bona hujusmodi non veniunt in confiscationem , quia filius numquam fuit eorum dominus , & meritò à patre exheredatus , eorum successione privatur.

Bona expressè prohibita alienari ex causa, puta 4
ut conserventur in hac natione & familia , non veniunt in publicatione bonorum, quia talis prohibitio impedit, ne in fiscum transeant. *l. Imperator. D. de fideicommissar. libertat.* & ibi Bart. Alexand *consil. 23. vol. 1.* Jason. *in l. fin. §. sed nostra Cod. commun. de legat.* Boss. *ubi suprà , num. 34.* Bart. *in l. post contractum. D. de donat.* Quòd tamen limitat procedere, ubi esset expressa prohibitio : secus si esset simplex fideicommissum , nempe de restituendo post mortem ; quia tunc alienatio, via delicti in fiscum, valeret , sicuti etiam valeret via contractus , nempe dum vivit ipse delinquens , vel donec veniat dies fideicommissi restituendi , per text. quem allegat Gloss. *fin. §. sin autem. Cod. communia de legat.* & tradunt Alexand. & Jason. *ubi suprà.* Et ideò eveniente postea conditione , fiscus tenebitur postea restituere fideicommissariam hereditatem , aut bona per fideicommissum relicta , sequitur Boss. *ubi supr. num. 34. vers. in primis quòd si non esset.* quia , ut inquit , non verificatur conditio fideicommissi per mortem civilem , scilicet per bannum , sed per mortem naturalem , de quo dicit esse casum *in l. Statius. §. Cornelio Felici. D. de jure fisci.* & *in l. ex facto §. ex facto D. ad Trebel.* Bald, *consil. 280. vol. 1. & conf. 287. eodem volumine.* Et vide Molinam *de primog. libro quarto , capite tertio. à numero 13. cum sequentibus.*

DECISIO XCVII.

De intellectu Ordin. *libro 3. titulo 82. in principio.*

SUMMÆ.

1. *Proponitur casus hujus decisionis.*
2. *Instantia non transit nisi in heredem, aut successorem universalem.*
3. *Instantia transit in successorem particularem, quando succedit in jure testatoris, aut ab eo causam habet.*
4. *Instantia transit in prælatum successorem, quando prædecessor conventus fuit super toto beneficio principaliter: secus si tantùm conveniatur super aliqua re ad eum spectante.*
5. *Instantia activè & passivè transit in Prælatum successorem, quando actum est nomine dignitatis.*
6. *Idem in successore majoratus.*
7. *Instantia transit in successorem, si res, vel actio in eumdem transeat de necessitate.*
8. *Res, quæ transit in superiorem jure devoluto, transit cum suo onere, & cum causa, suisq; vitijs.*
9. *Beneficium, quod primus conferens regularibus conferre tenebatur, eisdem conferri debet per secundùm conferentem.*
10. *Superior, cui potestas præsentandi ob negligentiam patroni fuit devoluta, non potest aliter conferre, nisi prout natura beneficij requirit.*
11. *Episcopus, cui devolutio facta fuit exequendi testamentum ob negligentiam executoris, tenetur servare formam à testatore traditam circa bona distribuenda ad pias causas.*
12. *Quid dicendum in casu hujus decisionis.*
13. *Adsistens videtur quodammodo actor in jus vocatus ad reum defendendum.*
   Et non potest declinare judicium, in quo reus cœpit conveniri, nisi causa ad fiscum pertineat. Ibidem.
   Nec potest mutare, aut innovare actionem, invito actore principali. Ibid.
14. *Adsistens est quodammodo consors litis, & assumit causam in eodem statu in quo est, cùm ipse ad illum accedit.*
   Et potest probare & allegare omnia, quæ principalis actor non probavit, nec allegavit. Ibid.
15. *Adsistens non potest allegare, nec probare ea, quæ principalis jam non potest, etiamsi tempus probationis, eo ignorante, sit elapsum.*
   Fallit hoc, nisi adsistens minor fuerit. Ibid.
   Fallit etiam in fisco, qui jure minoris fungitur. Ibidem.

1 SUbjungam hîc quæstionem quamdam maximè utilem, quæ in facto contigit, circa validitatem donationis cujusdam bonorum Regiæ Coronæ, & jurium Regalium, & conducit ad Intellectum Ordin. *lib. 2. titul. 82. in principio.* in illis verbis, *passara a instancia ao fe to a seus herdeiros.* casus fuit; quòd donatarius bonorum Regiæ Coronæ in judicium vocavit alium donatarium, prætendens actor donationem, quam habebat cujusdam oppidi cum suis terminis & oppidulis, quos *Aldeas*, seu *Julgados* vocamus, meliorem esse, & validiorem: is actor mortuus est, & transijt instantia, seu causa ad filium suum, & heredem absque nova Regia provisione, sed solùm facta est nova citatio. Cùm causa procederet, reus petijt à Rege, oblata petitione, seu supplicatione, ut procurator Regius ei adsisteret, & impetravit, & obtinuit provisionem adsistentiæ; & tandem processus datus est actori, & ejus advocato, ut allegationes finales proponeret qui id fecit; & reus, & Procurator Regius etiam finaliter allegarunt de jure: tandem in hoc statu, reus vita functus est, nullo relicto filio masculo, nec descendente aliquo, ob quæ, secundùm legem mentalem, & Ordin. *lib. 2. titul. 35.* prædictum oppidum, quod possidebat, vacavit, & iterùm ad Coronam Regiam redijt, & pro parte Regis capta prædicti oppidi possessio est. Voluit actor causam prosequi; dubitatum fuit, an necessarium ei erat impetrare novam provisionem ad de novo citandum Regium Procuratorem, justa Ordin. *libr. 1. titul. 12. & titul. 13. §. 1.* aut solùm necessaria erat provisio ad prosequendam illammet causam jam cœptam.

Et videbatur ex una parte, quòd necessarium 2
actori erat impetrare novam provisionem ad citandum de novo Regium procuratorem, & de novo incipere causam, ex eo quia instantia non solet transire, nisi in heredem, aut successorem universalem, argum. Ordin. *libr. 3. titul. 82. in princip. & dict. lib. 3. titul. 27. §. 2. l. quicumque. & Authent. nunc si heres. Cod. de litigiosis.* successor enim universalis succedit in jure litis, & causæ; at in præsenti casu, Rex nec heres est, nec successor universalis: Ergo.

Item quia tunc demum transit instantia in suc- 3
cessorem particularem, quando is succedit in jus ipsius, aut ab eo causam habet, reg. *is qui in jus. de regul. jur. libro sexto.* Et præsenti casu Rex non successit in jus donatarij, quia ejus morte expiravit omne jus quod habebat, & causa vacavit, & devoluta est ad Coronam Regiam; & successit Rex jure devoluto, non autem jure successionis, aut nominationis, aut simili: Ergo.

Pro parte Regij Procuratoris allegabatur, quòd 4
videbatur sufficere successisse Regem in prædictis bonis jure devoluto, ut ad eum seu ejus Procuratorem instantia transiret, & cum illo causam prosequi, quia quando quis convenitur ut Prælatus, & super toto beneficio principaliter, non tantùm super aliqua re ad illud spectante, in prælatum successorem transit instantia, quia in effectu convenitur nomen dignitatis, quasi non jure eam detineat, aut possideat; & quando actum est nomine digni-
tatis, instantia activè & passivè transit in Prælatum 5
successorem, secundùm Abb. *in cap. quia V. de re jud. col. pen. vers. tertius casus.* sequitur ibi Dec. *n. 8.* qui notabiliter dicunt, quòd tunc in effectu magis videtur durare instantia contra dignitatem, quàm transire in successorem facit decisio Rot. *decis. 1. ut lite pendent. in antiquis.*

Facit etiam, quòd ea ratione instantia transit 6
etiam passivè in successorem majoratus, secundùm Molin. *de primogen. lib. 4. cap. 8. num. 6.* Joachimus *in suu decis. Centur. 1. dec. 85,* nempe quis defunctus

conve-

conveniebatur nomine majoratus , qui ab eo vendicabatur , & est dignitas, & cùm Rex successit in majoratu isto Coronæ, ideò in illum debet transire instantia.

7 Facit , quia si res vel actio transit de necessitate, tunc instantia transit, secundùm Bart. *in l. si cùm hominem in fin. D. de fidejuss.* alleg. Jacob. de Aren. *in l. inter quos. §. 1. D. de damno infecto.* Cùm ergo in præsenti casu hoc oppidum vacaverit , & de necessitate in Regem transierit , & ad Coronam Regiam reversum fuerit, secundùm legem mentalem , & Ord. *dict. lib. 2. tit. 35. §. 14. & 15.* instantia ad Regem transire debet, & ad ejus procuratorem.

8 Item quia quando res transit ad superiorem jure devoluto, transit cum suo onere, & causa, & cum sua qualitate, ut multis comprobat Rebuff. *de nominat. quæst. 8. num. 11. & sequentibus,* tum quia res transit cum suo onere , *l. alienatio. D. de contrahenda empt.* & cum sua causa, suisque vitijs , *l. Pomponius. §. cum quis.* & ibi Joan. Crot. plenè. *notabil. primo. D. de acquirend. possession.*

9 Unde si beneficium erat conferendum regularibus per primum conferentem , etiam regularibus & religiosis conferri debebit per secundum , ad quem de jure devoluta est potestas conferendi. text. elegans *in Clem. unica, de supplen. neglig. prælat.* tenet Gloss. *in §. si quis. verbo*, *similiter de collat. in pragmat. sanction.* Rebuff. *ubi supra , num. 11.*

10 Item , si patronus per negligentiam perdat potestatem præsentandi, tamen superior, ad quem devoluta est præsentandi potestas, non potest aliter conferre, quàm natura beneficij requirit ; utpote si Sacerdos debeat præsentari per patronum ; Episcopus etiam Sacerdoti conferre debebit. Joan. Selu. *de benef. in 3. parte. quæst. 49.* Et idem si patronus tenebatur præsentare aliquem de familia fundatoris. Rebuff. *ubi suprà, num. 16. & 17.*

11 Item, quia si testator dederit formam distribuendi bona sua ad causas pias, & executore negligente devolutio fuerit facta ad Episcopum , is debet exequi secundùm formam à testatore traditam ; quia licet à persona sit recessum , non tamen à forma, ut expressè tenet Bald. *in l. si puella. Cod. si mancip. ita fuerit alienat.* Rebuff. *ubi supra. num. 17.* qui alios refert DD. faciunt multa quæ adducit Felin. *in cap. 1. vers. declarat. num. 9. de rescript.*

12 Sic etiam pari modo, cùm in præsenti casu donatarius mortuus sit, qui rem litigiosam possidebat, & controversiæ subjectam , ita ad Regem transit instantia, & eademmet causa cum eodem vitio & onere litis, ita ut quemadmodum donatarius tenebatur litem prosequi usque ad definitivam sententiam, ita Rex seu ejus procurator obligatus remanet sequendo formam & statutum, in quo ipsa causa erat, & eam accepit , quia licet recessum sit à persona donatarij , non tamen à forma & statu litis & causæ.

13 Adde quòd adsistens videtur quodammodo actor in judicium vocatus ad reum defendendum; & ideò non potest declinare judicium , in quo reus cœpit conveniri , nisi causa ad fiscum pertineat , Ordin. *lib. 3. tit. 45. §. ultimo.* nec potest innovare aut mutare actionem, & in se in totum transferre , invito actore principali. Ordin. *dict. lib. 3. tit. 45. §. 6.* de quo per Bart. *in l. solutionem. D. de solut. in l. 1. Cod. ubi in rem actio.* Et ideò videtur , quòd si decedat reus, & actor velit prosequi litem cum ipso vocato ad defendendum , quòd vocatus teneatur illam continuare in eodem statu.

Item adsistens est quodammodo consors ejus- 14
dem litis, & assumit causam in eo statu , in quo est , cùm ipse ad illam accedit sive ultrò sive vocatus , ut est Ord. expressa *tit. 20. §. 32.* quæ videtur desumpta ex text. *in cap. ultimo ut lit. pendente. lib. 6.* de quo latè Covarr. *pract. cap. 13. à n. 1.* Idque etiam si adsistentis intererit causæ defensio, secundùm allegata à Covarr. *ibidem.* & ideò potest allegare , & probare omnia, quæ principalis non allegavit , nec probavit. Gloss. communiter recepta *in l. si suspecta. D. de inoffic. testam.* ubi Angel. Perus. *colum. 2.* Covarruv. *ubi suprà, colum. 3. vers. primum ex his.*

Infertur etiam ex supradictis, quòd iste adsistens 15
non poterit allegare , nec probare, quæ principalis eo tempore jam non potest ; & ideò non potest testes producere in judicio post publicationem attestationum , ac denique eo tempore, quo non possit reus ipse principalis , etiamsi adsistens ignoravit causam agi , aut testes produci , ex Covarruv. *ubi supra, colum 3. versicul. secundo hinc apparet. num. 2.* cum Innocent. & Anton. *in cap. cum super. de re judic.* & alijs , quos refert , & sequitur contra Bartol. Abb. Felinum & alios , ex eo quia debet assumere causam in eodem statu , ut pars, & litis consors, cui præjudicium imminet , si reus ipse sit victus, & per sententiam condemnetur. Et ibi denique tenet , & vehementer asseverat , non licere adsistenti allegare quæ principali de jure non licent , eo tempore quo assumit causam. Quod tamen fallit, nisi adsistens sit minor, quia per restitutionem licebit illi ea allegare , & probare, quæ principalis non potest , cui quidem ad hoc proderit ipsius minoris impetrata restitutio , secundùm Covarr. *quæst. 14. col. 8. vers. Cæterùm in hoc* ex Gloss. recepta *l. si parentes. verbo, ex persona. C. de evict.* & alijs, quos ibi refert & sequitur. Et idem erit in fisco , qui fungitur jure minoris, secundùm Aretin. *cons. 20. col. ult.* tradit Afflict. *decis. 15.* Burg. *cons. 18. num. 13. per totum.* Et vide quæ diximus *in prima parte nostrarum decisionum, decis. 198.*

DECISIO XCVIII.

De officio Conestabilis.

SUMMA.

Conestabilis officium est magnæ dignitatis , & præeminentiæ , & deservit militiæ.

Conveniens mihi visum fuit inserere hîc aliqua officia principaliora regni, quorum creatio ad Regem pertinet, & militiæ deserviunt : prius est officium magni Conestabilis, quem (*Condestabre*) vocamus, seu (*Condestable*) Hispanico vocabulo, quod officium magnæ est præeminentiæ , & magnæ dignitatis , ut per Chassanæum *in catalogo gloriæ mundi. 6. part. consid. 7. & 8. & 9. per consid. 13.* Libet autem hîc transcribere illud, quod invenimus in libro *dos regimentos del Rey Dom Dinis pera os officiaes de guerra , & casa.*

Tit. do Condestabre , & o que pertence a seu officio.

O Candestabre he o major officio, & do major honra, & estado que ha na Oste, tirando aquelle que he senhor della, porque segundo he geral, & antiga usança de guerra a elle pertence ir na Vanguarda, & ter o regimento della se outro senhor de major estado hi não for, & ainda a elle pertence a governação nas majores, & mais affinadas cousas que na Oste avano de ser feitas.

Reliqua quæ sequuntur non sunt præsentis loci; & de hac dignitate vide Ord. *lib.* 1. *tit.* 2. §. 12. Capicium *decis.* 27. *num.* 4. qui de hac dignitate loquitur, ultra Doctores superiùs allegatos.

DECISIO XCIX.
De Almiraldo.

SUMMA.

Almiraldi officium est magnæ dignitatis post Conestabilem, & habet jurisdictionem in mari.

Post Conestabilem magna dignitas est Almiraldi officium, quem *Almirante* dicimus; & habet jurisdictionem in mari, ut per Chassanæum in *Catalogo gloria mundi* 9. *part. consid.* 16. & vide Ord. *lib.* 1. *tit.* 2. §. 12. *l. unica. Cod. de Classicis. lib. x.*

Tit. do Almirante & do que pertence a seu officio,

Maravilhosas cousas saõ os feitos, & assinadamente aquelles que se fazem em o mar, em maneira de andar sobre elle por mestria, assi como em naos, & gales, & em todos os outros navios mais pequenos: & porem antigamente os Emperadores, & os Reys que avião guerra por o mar quando armavão naos pera guerrearem seus imigos punhão Cabdes sobre ellas, a que chamão em este tempo Almirante, o qual he assi chamado porque elle he & deve ser Caudel, ou Guiador de todos aquelles que vão em Gales, ou em navios pera fazerem guerra sobre mar, & ha tão grande poder, & afronta, como se el Rey ahi fosse de presente: & todos aquelles que sob seu poderio forem, devem de trabalhar de quatro cousas, a primeira que sejaõ sabedores de conhecer o mar, & os ventos, & a segunda que tenhaõ navios, & taes, & assi guisados, & tão aviinhados de homens, & armas, & outras cousas que ouverem mister, segundo convem ao feito que querem fazer: a terceira he que nao se dê a tardanca nem a preguisa as cousas que devem, ca bem assi como o mar não he vagaroso em seus feitos azinha, & depressa, bem assi os que em elle querem andar devem ser aguçosos, & aprossados nas cousas que ouverem de fazer, & por tal que em quanto bom tempo ouverem o nao percaõ, & mais aiudense delle em seu proveito: a quarta he que sejaõ muito bem mandados aquelles que teverem cargo de os mandar, & que assi os da terra assi o devem fazer que bem podẽ ir por seus pes, ou em suas bestas a qualquer parte que lhe aprouver, & quando quizerem, quanto mais o devem assi fazer os do mar, cujo ir ou estar nao he em seu poder, ou querer, como aquelles que tem por cavalgaduras os navios que saõ de madeira, & os ventos por freos, os quaes nao podem mandar, nem ter cada vez que quizerem, poste que sejaõ em perigo de morte: & por todas estas razoẽs deve de ser o guiamento desto do Almirante, & do seu avizamento, em tal maneira que cada hũ daquelles que com elle forem, saiba o que ha de fazer ao tempo do mester, & nao esperem que o ajaõ de dizer, ou requerer por muitas vezes. Ex eodem libro *del Rey Dom Dinis.* vide etiam in regimento *da fazenda*, *cap.* 232. §. 1. ibi, *Almirantado*, cujus mentionem facit Ordin. *in antiquis lib.* 1. *titul.* 56. §. 22.

DECISIO C.
De Mariscali.

SUMMA.

Mariscalis officium est etiam magna dignitatis.

Post hos, magna est dignitas Mariscalis. Chassanæus in *Catalog. glor. mund.* 9. *part. consid.* 17. Ordin. *lib.* 1. *titul.* 2. §. 12.

Titulo do Marichal, & cousas que a seu officio pertencem.

Depois do Condestabre o major, & mais honrado officio da Oste pareco ser do Marichal, & porque a elle pertence fazer muitas cousas que tanguem a governança da Oste, segundo se dira ao diante, & bem assi das que pertencem a governança da justiça, porque todo o querelose se pode querelar a elle, em falta de justiça, assi como ao Condestabre, & elle lhe pode dar, ou mandar a seu ouvidor, que lhe de provimento com direito, segundo ao diante sera declarado, &c. Ex eodem libro *del Rey Dom Dinis.*

DECISIO CI.
De Duce, seu Capitaneo majori maris.

SUMMA.

Ducem seu Capitaneum majorem maris creare, ad Regem pertinet, & est Regalis superioritatis.

Ducem in mari creare Regalis est superioritatis. Ordin. *lib.* 2. *tit.* 26. *in principio.* & in nostro regno officium hoc Ducis maris creatum etiam fuit, ut patet ex eodem libro Regis Dionysij.

Tit. do Capitão mor do mar.

Pera nos sermos em verdadeiro conhecimento do poderio que antigamente foi dado por os Reys nossos antecessores aos Capitaes mores do mar, em estes reynos, mandamos perante nos ver a carta do officio de capitania que por el Rey Dom Joaõ meu avo foi dada a Alvaro Vasques d' Almada rico homem, & do nosso conselho, que agora he em nossos Reynos nosso Capitão mor: & bem assi a carta da confirmacao del Rey meu Senhor & Padre, cujas almas Deos aia: das quaes o theor se ao diante segue.

Dom Duarte pella graça de Deos Rey de Portugal, & do Algarve, senhor de Ceita: a quantos esta carta virem fazemos saber que Alvaro Vaz d' Almada nosso Capitão mor, & do nosso conselho nos mostrou hũa carta do muy virtuoso, & vitorioso, & de grandes virtudes el Rey Dom Joaõ meu senhor, & meu padre da muy gloriosa memoria, cuja alma Deos aia, da qual o theor he esto que se segue:

Dom João pella graça de Deos Rey de Portugal, & do Algarve, & senhor de Ceita: a quantos esta carta virem, fazemos saber, que nos querendo fazer graça, & merce a Alvaro Vaz d' Almada Cavaleiro nosso vasallo por serviços que delle recebemos, & entendemos receber ao diante, temos por bẽ, & damolo por nosso Capitão mor

mor da nossa frota per a guisa que o era Gonçalo tenreiro., em tempo del Rey Dom Fernãdo nosso irmão que Deos perdoe & por a guisa que foi Afonso furtado em nosso tempo, & porem mandamos aos patrões, & Alcaides, & Arrazes, percentaes, & Comitres, besteiros, & galiotes, mareantes, & marinheiros, & todos os outros aque esta carta for mostrada que o aião por nosso Capitão mor, como dito he, & lhe obedecão, & facão todas as cousas que lhes elle mandar fazer per nosso serviço assi como farião a nos se nos por pessoa presente estivessemos.

A qual carta del Rey meu Senhor, & Padre, & bem assi del Rey meu avo, mandamos que lhe sejão compridas & guardadas como em ellas he contendo: & per nos são declaradas ao diante: & poderse ser duvida se o poder dado ao dito Alvaro Vaz na dita carta, & bem assi aos outros Capitaẽs que pellos tempos adiante forem que as semelhantes cartas ouverem, deve ser entendido assi no tempo que o dito Capitão estiver de sosego na terra, como no tempo que andar na frota, ou armada sobre o mar, por tolher a dita duvida declaramos, & dizemos que o dito poder deve ser entendido no tempo que elle por nosso serviço andar em frota, ou armada sobre o mar, porque achamos que os Capitaẽs que te gora forão em estes Reynos, estando na terra de asosego usavão do dito poderio em algũas partes quando cumpria mandarem fazer algũas cousas per nosso serviço aos ditos marinheiros, o que nos pareceo que devia de ser declarado, & limitado no dito tempo da sosego: & porem mandamos que estando elle assi na terra de asosego seia mister que algũs navios, caravellas, barcas, ou batẽs, ou geralmente quaesquer navios assi grandes como pequenos aião de ir a algũa parte por nosso serviço, elle os possa constranger pera ello, & bem assi quaesquer mareantes de qualquer estado & condicaõ que sejaõ pera irem, virem, & estarem nos ditos navios, caravellas, barcas, bateis, & fazer o quel lhes por nosso serviço for mandado: & se alguns forem reveis, & negligentes a fazer seu mandado como dito he, mandamos que elle os possa mandar prender, & penar, segundo a culpa que cada hum commetter: & pero se elle a penar alguns em pena de corpo pella dita rezão, não fara execucaõ pella dita sentença, ou mandado, senão dando appellacaõ ou aggravo pera nos e pero se o elle a penar em pena de dinheiro, em tal caso podera executar seus mandados & sentenças, sim outra appellacão ate contia de dez coroas douro, & dahi pera cima dara appellacão, & aggravo a parte que delle quizer appellar ou agravar: & em outra guiza não fara execucão por suas sentenças, & mandados.

Inveni etiam in archivo publico Regni:

No livro do registro da Chancellaria do anno de 1539. a carta que foi passada a Dom Fernando d'Almada Capitão mor do Reyno, na qual esta inserta a carta que do dito officio passou el Rey Dom Afonso V. a Dom Fernando d'Almada filho do Conde d'Abranches com todos os poderes, jurisdicoẽs, honras, & liberdades, & com todolos privilegios, & interesses, que ao dito officio pertencem, & como he contendo nas ordenacoẽs, & manda aos Corregedores, juizes, & justiças, & a quaesquer outras pessoas que o aiaõ por Capitaõ mor: & nao declara mais jurisdicão.

DECISIO CII.

De Antesignano majori, quem *Alferes mor* dicimus.

SUMMÆ.

1. *Antesignani majoris officium creare, ad Regem pertinet.*
Antesignani minores qui dicantur. Ibid.
2. *Qui auctores egerint de officijs domus Regiæ, justitia & alijs, vide remissive.*

Officij Antesignani majoris creatio in nostro 1
Regno, ad Regem pertinet: alij autem antesignani, qui primipili etiam dicuntur, & præfecti legionis, ut *in rubrica, & l.1.C. de primipilo. lib. 12.* minores dicuntur: patet ex eodem libro Regis Dionysij in hæc verba:

Titulo do Alferes mor del Rey.

Os Gregos, & Romãos foraõ homens que usaraõ muito de guerra: em quanto o fizeraõ com siso, & entendimento vencerão, & acabaraõ o que quizeraõ: & elles foraõ os primeiros que fizerão como fossem conhecidos os grandes Senhores nas cortes dos Principes, & nas batalhas, & nos outros feitos de guerra, & facanhas.

Consirando elles como em semelhantes feitos as gentes, & povos se acaudelassem bem, por guardarem principalmente os serviços de seus Senhores, tendo muito por honra assinada chamaraõ os que trazem as sinas principaes dos Emperadores & dos Reys, signifer, que quer tanto dizer como official que leva a primeira signa, do principal Senhor da Oste.

Chamarão ainda Preposito, que quer tanto dizer como adiantado sobre as outras companhias da Oste: & esto porque em aquelle tempo, elle lhe julgava os grandes feitos que acontecião em ellas. Estes nomes usaraõ em Hespanha ate que se perdeo a terra, & a tomaraõ os imigos mouros, & depois que a alcançaraõ os Christiãos, chamaraño a este officio, Alferes, & asse o ha hoie nome.

Alia officia sunt domus Regiæ, & justitiæ, de quibus hîc non agimus, & videndus est de illis, & alijs 2
Boër. de auctoritate magni Concilij, *à n. 102. cum seqq.* Martinus de Laude *in tract. de offic. Dynnasta. §. 118.* Guilhelmus *in cap. Raynutius. fol. 96. de testament.* latè Chassan. *in catalogo gloria mundi. 6. p. consid. 6. cum pluribus sequentibus, & in legibus partit. 2. part. tit. 9. & in multis alijs legibus sequentis tituli.* Gamma *decis. 353.* doctissimus Barbosa *in l. quia tale. à num. 81. cum seqq. D. solut. matrimon.*

DECISIO CIII.

De officio Tribuni celerum, quem *Capitão dos Ginetes* vocamus.

SUMMÆ.

1. *Officium Tribuni celerum creatum fuit à Romulo primo Rege Romanorum.*
Tribunus celerum unde dicatur. Ibid.
2. *Junius Brutus Auctor Romanæ libertatis fuit ultimus Tribunus celerum ante ejectos Reges.*
3. *Magistri equitum officium creatum fuit post ejectos Reges, loco Tribuni celerum.*

Et fuit primus Spurius Cassius. Ibid.

4. *Praefectus Praetorio posteà Imperatorum temporibus creatus fuit, loco magistri equitum.*
5. *Officium hoc in nostro regno creatum fuit, tempore Alfonsi V. ad instar antiqui officij Tribuni celerum, quoad fuerat in Romana Republica.*

Et quis fuit primus. Ibid.

6. *Capitaneus* dos Ginetes *, habet jurisdictionem super equitibus omnibus, qui in bello Regem comitantur.*
7. *Officium Capitanei equitum custodia Regij corporis est aliud separatum ab officio Tribuni celerum: & solùm habet jurisdictionem super equitibus custodia Regij corporis.*
8. *Ponitur tenor provisionum horum officiorum.*

1 OFficium hoc, ut rem altiùs repetamus, creatum fuisse à Romulo primo Rege Romanorum, multi testantur auctores, tam ad defensionem & custodiam corporis sui in bello, & in pace, quàm ad occurrentes necessitates Reipublicae: erat autem Tribunus celerum, qui tercentorum militum equitibus praeerat, quos Romulus ex triginta curijs elegit ad custodiam corporis sui, *l. 2. D. de origine juris. in §. quod magistratus.* Dicti autem sunt celeres, seu à celeritate & promptitudine, ut Pomponio Laeto placet, seu ab eorum primo Duce, cui Celer nomen fuit. Ita Pomponius Laetus de Magistratibus Romanorum. *c. 2.* Fenestella *in eodem lib. cap. etiam* 2. ante eos Titus Livius *decada 1. Romana Historia lib. 1.* Lucius Florus *lib. 1.* verba autem Fenestellae circa nomen Ducis, hic poenam (sunt, quià Celere quodam, hic primus ijs ordinibus praefectus fuit, Remi interfectore, hoc nomen inditum esse opinentur) quod & comprobatur testimonio Poëtae Ovidij, *lib. 4. Fastorum.* his carminibus:

Hoc Celer urget opus, quem Romulus ipse vocarat,
Sintq; Celer cura, dixerat, ista tua.

2 Ultimus autem Tribunus celerum, ante ejectos Reges, fuit Junius Brutus Auctor Romanae libertatis, & qui Tarquinium Superbum ultimum Romanorum Regem regno privavit; quo electo ipse Junius, & Colatinus, Lucretiae maritus, Consules creati sunt in urbe Romana, *l. 2. D. de origine jur.* tradunt Fenestella & Pomponius Laetus *ubi supr.*

3 Post ejectos autem Reges creatus fuit Magister equitum Tribuni celerum loco, & fuit primus Spurius Cassius. Fenestella *ubi supra, cap. 9.* DD. *in dict. leg. 2.* Titus Livius *prima decada. lib. 2.*

4 Posteà temporibus Imperatorum, loco Magistri equitum, creatus fuit Praefectus Praetorio. Pomponius Laetus *ubi supra, cap. 8.* Fenestella *libr. 2. cap. 2.* & diximus latè *in 1. part. nostrarum decisionum decis. 1.*

Est ergo officium hoc Ducis, seu Capitanei equitum Celerum *(dos Ginetes)* antiquissimum, utpote creatum nascente Romana Republica, & ab origine illius, ut ex superiùs dictis constat.

5 In nostro autem Regno, tempore Alfonsi V. Regis Lusitaniae iterùm creatum fuit & renovatum ad instar antiqui officij Tribuni celerum, quod in Romana Republica fuerat, patet ex illius Chronica: & fuit quidam Gondiçalus Rodericus de Sousa, cui successit in eodem officio Vasco Martins de Sousa, Chichoiro, & posteà alij, tempore Regis Joannis II. Emanuëlis Primi, & Joannis III. & Sebastiani Primi, usque ad haec nostra tempora.

Quam autem jurisdictionem dignitas haec habeat, non inveni in libro aliquo in publico archivio, nec in illo, Regis Dionysij superiùs saepè allegato. Constat tamen ex tenore Regij diplomatis inferiùs positi, Capitaneum *dos Ginetes*, jurisdictionem habere super equitibus omnibus, qui in bello Regem comitantur, quando Rex personaliter ad bellum aliquod, & expeditionem proficiscitur, ad custodiam & defensionem corporis Regis, idque mihi clarè ex verbis dicti diplomatis constat, ibi, *do officio de nosso Capitão dos Ginetes*, & ibi, *& na sua capitania forem ordenadas, & debaixo della nos servirem.* ibi, *& mando ao Condestabre, Marischal, &c.* cùm enim hi sint officiales militiae, illis praecipitur, ut recognoscant Capitaneum *dos Ginetes* officialem etiam militiae equitum celerum, & ita nunc teneo benè ponderatis verbis praedicti Regij diplomatis. 6

Aliud est officium Capitanei equitum custodiae Regij corporis separatum, & hoc jurisdictionem habet super equitibus custodiae Regij corporis solùm, quando Rex est in pace; & quia ex verbis provisionum horum officiorum hoc clarè constat, tenorem earum hîc ponam. 7

Dom João, &c. a quantos esta nossa carta virem fazemos saber que el Rey meu senhor & padre, que sancta gloria aja, fez merce a Lopo Soares do nosso conselho por seus muytos serviços, & merecimentos, do officio de nosso Capitão dos Ginetes do que tinha seu alvara, & no concerto, & contrato do casamento dantre Dom Afonso filho do Conde de Penela meu muito amado sobrinho com Dona Guiomar filha do dito Lopo Soares, elle renunciou o dito officio para o aver o dito Dom Afonso seu genro, & prouve a el Rey meu senhor, & padre lhe fazer delle merce, segundo que compridamente he declarado em hũ seu alvara que o dito Conde por parte do dito Dom Alfonso seu filho nos apresentou: pedindo nos por merce que lhe mandassemos fazer do dito officio sua carta em forma. E visto per nos o dito alvara, & por folgarmos de fazer merce ao dito Dom Afonso polla razaõ que pera isso temos, & por esperarmos que no dito officio nos servirá bem, & como quẽ elle he: temos por bem & lhe damos, & fazemos merce do officio de nosso capitão dos gineses, com aquella tença, poder, honras, preeminencias, & liberdades, privilegios que saõ dados, & ordenados aos Capitaẽs de ginetes dos Reys destes Reynos, & de que elles sempre usaraõ, & de direito lhe pertencem. Porem o notificamos assi & mãdamos a todos os fidalgos, cavaleiros, escudeiros, & todas, & quaesquer outras pessoas que na sua capitania forem ordenadas, & que debaixo della nos servirem, recebedor, & escrivaõ da paga delles, & a todos, & quaesquer officiaes, & pessoas a que esta nossa carta for mostrada, & o conhecimento della pertencer, que daqui em diante o ajaõ por nosso capitão dos Ginetes, & o leixem servir, & usar em todo, & por todo do dito officio, & lhe obedeçam & catem, & cumpraõ seus mandados em todo o que per bem de seu officio por nosso serviço lhe mandar, assi como a nosso Capitão dos Ginetes o devem fazer, & como de direito lhe pertence & sempre de todo usaraõ os Capitaẽs dos Ginetes dos Reys deste Reyno, como dito he, sem duvida nem embargo que a ello seja posto, porque assi he nossa merce. 8

E

E por esta carta sem mais ser tirada outra autboridade nossa, nem de official nosso, o avemos per mettido em posse dito officio pera o servir, & delle usar, como dito he: o qual Dom Afonso jurou em nossa Chancellaria aos Sanctos Evangelhos, que bem, & verdadeiramente obre, & use do dito officio, guardando interramente em todo nosso servico, & o que deve, & as partes seu direito. Dada em a nossa muy nobre, & sempre leal cidade de Lisboa a xxiv. dias de Dezembro: Jorge Rodrigues a fez. anno de nosso Senhor JESU Christo de mil & quinhentes, & vinte hum.

E por quanto na carta per que el Rey Dom João o segundo meu tio, que sancta gloria aia, fez merce a Dom Fernao Martins Mascarenhas do officio de seu Capitão dos Ginetes, diz que da por Capitão de todolos seus Ginetes, & o faz Capitão mor delles, o que isso mesmo diz na carta per que el Rey meu senhor & padre, que S. gloria aia, fez merce do dito officio a Dom João Mascarenhas filho do dito Dom Fernão Martins: a mim me praz & ey por bem de fazer, & per este presente faco ao dito Dom Afonso de Meneses Capitão mor de todos os meus Ginetes, assi, & da maneira que o foraõ os ditos Dom Fernaõ Martins, & Dom Joaõ seu filho dos ditos Reys Jorge da Costa o fez em Lisboa a xxi. dias do mez de Marco, de M.D.LVII. Manoel da Costa a fez escrever.

Et sunt in archivo publico Regni registratæ hæ provisiones.

No livro do anno de 1572. esta o registo da carta que foi passada per el Rey Dom Sebastião a Dom Fernão Martins Mascarenhas de Capitão des Ginetes, & Capitão mor delles, como o foi Dom Afonso de Meneses por cujo falescimento o dito officio vagou, & o forão Dõ João Mascarenhas seu pay, & os outros Capitaẽs dos Ginetes dos Reys destes Reynos, com aquella tenca, poder, honras, preeminencias, liberdades, proes, & percalcos, & interesses que saõ dados & outorgados ao dito officio: & manda ao condestabre de seus Reynos, & ao Marichal delles, & a todos os Capitaẽs, fidalgos, & cavaleiros, & escudeiros que em todo o tempo da guerra, ou paz, quando elle ouver de servir, & excitar o dito officio, lho cumprão, & guardem, & facaõ cumprir, & guardar todo o que a elle pertencer, assi & da maneira que sempre se guardou aos Capitaẽs mores dos Ginetes dos Reys passados: & manda aos moradores de sua casa que assi o cumpraõ, & jurou perante el Rey, & prometeo de servir, &c. El Rey o meteo em posse.

No an. de 1581. passou el Rey hum alvara pello qual declara que pellos muytos respeitos de Dom Francisco Mascarenhas do seu conselho, & seu Capitão mor dos Ginetes, que hora manda por Visorey, as partes da India, ha por bem delhe fazer merce de officio de Capitão dos Cavaleiros, Escudeiros, & criados seus que hora ha, & ao diante ouver, & o servirem na sua guarda, o qual officio elle servira assi, & da maneira que o servio Dom Fernaõ Meniz Mascarenhas seu irmaõ, & o Capitaõ Dom Joaõ Mascarenhas seu pai, & conforme ao regimento que delle tinhão, ou ao que novamente ouvar por bem de lhe mandar dar: & manda aos cavaleiros, escudeiros, & criados seus que hora o servem, & ao diante servirem na sua guarda, que lhe obedecam inteiramente como a seu Capitaõ, & cumpraõ & facaõ todo o que por elle lhe for mandado nas cousas que ao dito officio, & a seu servico tocarem, & pertencerem.

Hæc ultima provisio loquitur in officio Capitanei custodiæ corporis Regij, quod diversum est ab alio officio Capitanei equitum celerum, ut ex superiùs dictis constat.

DECISIO CIV.

De Baronibus.

SUMMÆ.

1. *Baro quis sit.*
2. *Baro quid significet.*
3. *Barones hodie qui dicantur.*
4. *Baronum dignitas est proxima post Comitatum; & præfertur omnibus aliis nobilibus: & quid, si Baro sit filius Regis. Ibid.*
5. *Baronia bona non sunt magis indivisibilia, quàm alia bona feudalia, seu Regiæ Coronæ.*

Secus in bonis Ducatus, aut Comitatus. Ibid.

QUia sit Baro, declarat Lucas de Penna *in l. ult. Cod. de mancipiis, & colonis, libr.* 10. ubi dicit, quòd cùm Reges plures filios haberent, nec omnes possent Reges facere, eò quod regnum sectionem non patitur, ut per Innocentium, & alios, *in cap. licet. de voto.* & uni regni administratio est committenda, Archidiacon. *in cap.* 1. *§. idem* 2. *quæst.* 7. donabant eis ampla castella cum jurisdictione & imperio, & inde vocabantur Barones, id est, filij, aliis excelsiores; secundùm eumdem Lucam de Penna, *ubi suprà.* & pro hoc est bonus text. *in cap. Imperialem. vers. Ducatus, Marchia, Comitatus. de prohibit. feud. alien.* 1

Nomen autem, Baro, Græcum est, ut per eumdem Lucam de Penna, & Latinè idem significat, quòd fortis in laboribus: vel nomen Hebraicum, quod Latinè significat filius, & hoc certius est, unde dicimus, cùm filium masculum significare volumus, filium Baronem, & corruptio vocabulo, idiomate nostro, *varaõ.* 2

Sed licet hæc forsan fuerit Baronum origo; Barones hodie dicuntur, qui habentes feuda, habent sub se alios feuda habentes, ita ut licet quis habeat multa feuda, non priùs dicitur Baro, quam aliquod feudum ex Regia concessione alteri concedat, ac ita sub se habeat alium feudatarium, Andr. de Isern. *cap.* 1. *num.* 21. *de Capitan. qui curiam vend.* qui tamen addit, quòd & sine hoc quis dicetur Baro, si Rex ex certa scientia eum Baronem fecit, quia tunc erit Baro ex Regia donatione, etiamsi sub se alium feudatarium non habeat, sequitur ibi Afflict. *§. similiter. ex num.* 104. & Præpos. *in cap.* 1 *num.* 4. *qui feud. dare possunt.* & vide Alciat. *libr.* 5. *parergon. cap.* 16. & Chassanæum *in catalogo gloriæ mundi, part.* 8. *considerat.* 39 3

Quæ autem sit Baronum dignitas controversum est, sed tamen vera, & communis traditio est, quod sit dignitas proxima post Comitatum, ita ut licet Baro sit inferior Comite, tamen præferatur omnibus aliis nobilibus, qui non sunt Comites, ut colligitur *ex cap. fundamenta. ad fin. de elect. in* 6. resolvit Dominic. *cons.* 90. *n.* 1. Andr. Sycul. *consil.* 57. *Præclare. num.* 5. *lib.* 2. & Curt. Jun. *tract. feudorum.* 2. *p. titul. de feud. laicorum ex num.* 3. Boër. *tract. de ord. graduum utriusque fori.* 2. *part. num.* 8. *volum* 14. 4

Quod intelligendum est, nisi sint filij Regum,

Chaſſanæus *in catalogo gloriæ mund. 8. part. conſiderat. 15. ad fin.*

5 Bona tamen Baroniæ non ſunt magis indiviſibilia, quàm alia bona feudalia, ſive Regiæ Coronæ, quia hæc major indiviſibilitas tantùm reperitur in Ducatu, vel Comitatu. Ceterùm bona Baroniæ cùm non ſint Ducatus, nec Comitatus, quoad hoc ſequuntur naturam aliorum feudorum, ut colligitur ex *cap. 1. § Præterea Ducatus. de prohibita. feud. alien. per Frid.* tenet in terminis Andr. de Iſern. *in cap. 1. num. 22. de capit. qui curiam vend.* Præpoſ. *in cap. 1. num. 4 qui feud. dare poſſunt.* & vide Boſſium *in tit. de Principe, & privilegiis ejus. num. 2. 4. & 5.* ubi multos refert. In noſtro Regno habemus Baroniam Alviti.

DECISIO CV.

De Vice-Comite.

SUMMÆ.

1. *Vice-Comes, dignitas eſt poſt Comitem.*
2. *Dux & Comes unde dicantur.*
   Marchio quis dicatur. Ibid.
3. *De præcedentia harum dignitatum, vide remiſſivè.*

1 VIce-Comes (ſic enim vocatur, & non bis Comes) dignitas eſt poſt Comitem, *in 2. part. titul. 1. in l. incipit, Principes y Duques.*

2 Comes autem dicitur à comitando, eò quod Regem comitabatur ad bellum cum gente armata, ei ſerviendo: & hæc dignitas Comitis fuit in Hiſpania prima dignitas, & quæ multo tempore duravit, uſque ad Reges Hiſpaniæ: alias dignitates Ducum & Marchionum crearunt, tempore Joannis primi Regis Caſtellæ, tradit Doctor Godiel *in libro Genealogia Ducum Oſuna. cap. 1.* poſt alios auctores: ita ut regnum hoc Luſitaniæ titul. Comitatus ab Alfonſo VI. Caſtellæ Rege, dotis nomine Henrico datum fuerit. Quod cum ita ſit, non tam facilè dignitat hæc, adeò antiqua donari per Regem debet: quod enim rarò conceditur, pluris æſtimatur, & in pretio habetur: econtrà verò, quod facilè donatur, contemnitur, & vileſcit. Dicitur autem Dux Latinè, idioma re noſtro *Capitão*, ſeu *Candilho*, *ou Guiador de Hoſte:* Marchio autem dicitur dominus alicujus terræ, quæ eſt in confinibus Regni, facit *rubrica, & cap. 1. de feudo Marchiæ, Ducatus, & Comitatus.* Et vide de his dignitatibus Chaſſanæum *in catalogo gloriæ mundi. in 9. part. conſid. 16. cum ſeq.*

In noſtro regno habemus unum Vice-Comitem de Villa nova de Cerveira.

3 Et vide præcedentia harum dignitatum Ordin. *lib. 1. tit. 56. §. 22. in antiquis. & in nov. recopil. dict. libr. 1. titul. 90. §. 24. & lib. 5. tit. 104. §. 3. & alibi.* multum enim facit ordo litteræ ad has præcedentias, Gloſſ. & DD. *in l. 2. verſ. actor. Cod. de jur. calumn. & in cap. mandato. de reſcriptis libr. 6.* Carolus de Graſſaliis *de jurib. regalib. Regni Franciæ. libr. 1. fol. 3.* Quamvis alij contrarium teneant, cùm hoc fiat gratia exempli, ut in ſimili per Marantam *in ſpeculo 3. part. in princ. num. 113.*

DECISIO CVI.

Quid ſit Vaſallus.

SUMMÆ.

1. *Vaſalli Regis antiquis temporibus qui dicebantur. Verbum,* Cavaleiro, *antiquitus idem ſonabat, quod hodie,* fidalgo Cavaleiro *Ibid.*
2. *Vaſalli tempore Regis Alfonſi V. illi vocabantur, qui à Rege habebant aliquod ſtipendium, ut ei ſervirent tempore belli, ſeu quando Rex juberet.*
3. *Vaſalli alij erant, qui nullum ſtipendium à Rege habebant, &* Acõtiados *dicebantur.*
   Et hi acõtiados em cavalo, *non reputabantur pedones.*
4. *Tenor proviſionis ponitur loquens de vaſallis, qui à Rege ſtipendium habebant.*
5. *Ponitur regimentum* dos acõtiados.

NOn eſt facilis cognitionis, qui vocentur va- 1
ſalli in Hiſpania, & in noſtro regno Luſitaniæ: & quamvis omnes Regum vaſalli ſint; tamen antiquis temporibus vaſalli Regis peculiari nomine vocabantur viri illuſtres, qui à Rege caſtra, & oppida obtinebant; quod probatur ex *l. 1. tit. 25. part. 4. & l. 2. titul. 26. eadem partit.* Et ita in Regiis proviſionibus, & epiſtolis, vaſalli Regis, antiquis temporibus illi vocabantur, qui oppida, & caſtra cum juriſdictione poſſidebant, ut obſervavimus in multis privilegiis & donationibus antiquis, tam in regno Caſtellæ, quàm in hoc regno Luſitaniæ: nam cùm privilegia conceſſa à Regibus, antiquis illis temporibus ſolerent confirmari à magnatibus Regni, multi ex iis, qui confirmabant, vaſalli Regis nuncupantur, & colliges hoc clarè ex proviſione inſerta *ſupra deciſ. 101.* ibi, *Alvaro Vaz d'Almada Cavaleiro noſſo vaſalle* & notandum obiter eſt, quòd verbum, *Cavaleiro*, ibi, idem eo tempore ſonabat, quod hodie, *fidalgo Cavaleiro, quo he o acreſentado.* & quod in Hiſpania dicitur, *Cavallero*, ne in hoc aliqui decipiantur exiſtimantes, *Cavaleiro*, eſſe id, quod modo verbum ſonat, *Cavaleiros confirmados, ou da caſa del Rey;* longè enim aliud eſt, *Cavaleiro*, illorum temporum antiquorum, & facit Ordin. *in antiquis lib. 1. titul. 56. §. 22.* ibi, *Cavaleiro de grande eſtado, & poder*, & ex multis antiquis donationibus, & privilegiis hoc liquidò conſtabit. De vaſallis igitur, ut ad rem redeamus, loquitur lex *de los vaſallos, titul. 25. part. 4.* tradit videndus Molina *de primogenius. lib. 1. cap. 13. num. 48.* Garcia *de expenſis cap. 12. num. 41.*

Hoc antiquis temporibus ita erat, recentioribus 2
verò, nempe tempore Alfonſi V. Regis Luſitaniæ, vaſalli vocabantur illi, qui à Rege habebant aliquod ſtipendium, quod *(contia)* dicitur, ut Regi ſervirent tempore bellorum, ſeu quando Rex juberet; colligitur hoc ex Ordin. antiqua *lib. 4. tit. 35.* & ex Ordin. *lib. 2. tit. 39. §. ult.* qui *pedones, ſeu piaës,* non reputabantur, Ordin. *lib. 4. tit. 71. §. pen.*

Alij erant vaſalli, qui ſolùm erant, *acontiados em*
cavalo & armas, ou em cavalo ſomente, ou em armas 3
ſomente, & ainda em algum genero de certas armas, verbis gratia, *acontiados em arnezes, ou em beſta da garrucha, ou lança & dardo,* ut colligitur ex Ordin.

antiqua

antiqua *lib.3.tit.71.§. Ebem assi mandamos.* & isti ita contiadi nullum aliud stipendium habebant, nec quantitatem pecuniæ, quam contiam dicimus, & in hoc ab aliis vasallis distinguebantur, & vocabantur *acontiades, porque lho lancavaõ estas armas segundo a quontidade, ou quantia de sua fazenda que tinhaõ*, ut inferiùs patebit.

Et hi *acontiados de cavalo*, seu qui equitea *de estada*, ut dicitur, habebant, non reputabantur pedones, d.Ord. *lib.4.tit.71.§.pen.& d.tit.71.lib.3.§. Ebem assi mandamos.* De iis vasallis, qui stipendium habebant, constabit ex tenore provisionis hîc insertæ:

4 *A quantos este alvara virem N. fidalgo da caso del Rey nosso Senhor, escrivaõ dos seus moradores, faco saber, que o dito Senhor tomou ora novamente por seu vasallo a N. com tanto que elle tenha continuadamente todas suas armas pera seu service, & pos lhe de contia quatro mil, & quinhentas livras, a qual signa assentada no livro pera aver sua carta della no tempo que as ouverem os outros vasallos. E porque esto creades, lhe des este alvara assinado per mim, feito em a villa de Benavente a xij. dias do mez de Dezembro, João Alvares Baequela o fez, anno do nosso Senhor JESU Christo, de mil & quatrocentos & sesenta & seis.*

Quod notandum maximè est ad intelligentiam legum nostri regni, privilegiorum, & donationum, & videnda est Ordinat. in antiquis *libr.2.titul.16. §.20.& alibi.*

Libet autem hîc ponere regimentum quoddam *dos acontiados*, quod invenimus in libro publici archivi, ex quo constabit de aliis vasallis contiatis ex quantitate patrimonij, quod est hujusmodi.

Cap. primeiro das Contias aque hão de ser lancados cavalos, & armas em todos nossos Reynos.

5 *Na cidade de Lisboa, & em toda a comarca da estremadura aos que tiverem bens que valhão quarenta marcos de prata avaliados segundo nos mandamos, ou mandarmos que valha, terão cavalos recebondos, & estas armas que se seguem.*

Bacinete de Camal, ou de Babeira, & ceta com condel, ou pratas, ou folhas, & avambracos, & se tiverem condel seia daquelle pano & enchimento que prouver a seu dono, & posto que lhe e dito avaliamento faleca hum marco de prata, de guiza que não sejão mais de trinta & nove, não leixem de lancar o dito cavalo, & armas: & posto que lhe faleca meo marco da dita contia, não lho leixarão de lho lancar, & os que tiverem vinte & quatro marcos de prata terão besta de garrucha, folhas & Bacinete de Camal, ou de Barbeira qual ante quizer, & hũ cento de viratoẽs, & posto que desta quantia lhe fallecão duas oncas não deixarão de lhe lancar as ditas armas: & se aquelle que assi for acontiado em besta de garrucha, diser que antesquer ter hum cavalo raso que a dita besta & armas, constrangelão que o tenha, & não a dita besta & armas: & posto que se depois arrependa, & requerer que o tornem a dita besta, & armas, não lho farão. E o que ouver contia de dezaseis marcos de prata, constrangelão que tenha besta de pole com sua pele com cinquenta viratoẽs sem outras armas: os que forem de mais pequena contia desto, & não tiverem per si casa serão constrangidos que tenhão lanca, & dardo: & no reyno de Algarve, & entre Tejo, & Odiana terão cavalos & armas da metade das contias de que he escrito que tenha na estremadura. Assi onde declara que na estremadura tenhão cavalos & armas de valor de quarenta marcos de prata, telos hão nas ditas comarcas de vinte: & assi nos outros avaliamentos: & esto mandamos assi per quanto as ditas terras estão mais acerca do estremo, & he compridoura serem as gentes melhor percebidos de armas, & cavalos: & na comarca da Beira se terá esta maneira do Algarve, entre Tejo & Odiana, salvo em Lamego & em todo seu termo em que hão de lãcar cavalos, & armas de contia de vinte & sete marcos de prata, & os que ouverem contia de vinte & dous tenhão cavalo sem armas: & os que tiverem dezasete marcos terão besta de garrucha & armas: & os que tiverem doze marcos terão besta de pole: & os que tiverem menos desto terão lanca & dardo: & na comarca de Tralos montes terão a maneira da estremadura, & na comarca dantre Douro & Minho serão a maneira que se tem na estremadura, salvo no Porto, que não serão constrangidos pera terem cavalos, mas terão cada hum em seu lugo dous arneses compridos. E posto que esta nossa ordenação assi seia geral, se por ventura algũas cidades, ou villas dos Reynos tiverem algũs privilegios nossos, ou dos Reys que forão ante nos, confirmados por nos, per que em outra maneira devão ser avaliados, nos praz que lhes sejão guardados os ditos privilegios, & se a alguem nas ditas comarcas seja achado mor quantia per seus bens do que aqui declaramos de que tenhão cavalos, & armas, não serão por mais constrangidos do que dito he: Se alguns homens velhos forem de idade de sesenta annos, ou mais posto que sejão pousados por nossas cartas, ouverẽ as contias do bravos do que encimo faz mencão que tenhão cavalos, não serão decidos delles, posto que a dita idade aião.

Cap. Segundo das pessoas que haõ de ser acontiados.

Os moradores de nossos reynos que por si mantiverem caza, assi os casados como os solteiros ou clerigo de ordens menores, a fora clerigos beneficiados, como os solteiros, ou clerigo de ordens sacras, ou Religiosos, Cavalleiros, escudeiros nossos vasallos, ou outros escudeiros que posto que não seião vasallos seião homens fidalgos de padre, & madre, & por nossas cartas seião avidos por fidalgos, & besteiros do cavalo, que taes como estes mandamos que não seião avaliados, & mandamos que não seião feitos besteiros de cavalo, os que tiverem bens porque possão ter bestas de garrucha, nem dali pera riba. E os besteiros do conto que tambem não seião feitos das ditas contias, & se alguns besteiros de cavalo tem ia seus privilegios posto que aião as ditas contias mandamos que lhes guardem: mas se os ouverem daqui em diante tendo as ditas contias primeiro que as ouvessem, nos queremos que lhe seião guardados: & si os Condeis acharem que em suas coudelarias ha alguns besteiros do conto, que tem bens per que merecão de ter bestas de garrucha, & dali por diante, requeirão aos juizes que ponhão outros besteiros do conto, ou que em seus lugares, estes constranião que tenhão besta de garrucha, ou porq́ seus bens merecem de ter: Alem desto os pescadores & mareantes que não tiverem contias pera ter besta de garrucha não seião constrangidos pera terem outras armas, nem parecão em alardo, & os que tiverem contias pera terem cavalos, & armas constrangelos ão em que tenhão dous arneses compridos: pero se estes pescadores, ou mareantes tiverem bens de raiz, que seião de tão grande contia perque merecão de ter cavalos constrangelo ão que os tenhão. Todos os outros que assi mantiverem casa terão cavalos, & armas que tiverem as cõtias que são declaradas no capitulo ante deste. E desto não serão

ferao escusados os nossos contadores, nem scrivaēs, nem moradores, nem outros officiaes, a fora as pessoas que no começo deste capitulo faz mencaō, salvo se tiverem alguns privilegios geraes, ou especiaes, nossos, ou dos Reys que foraō ante nos, & confirmados por nos, porque esses desto avemos por escusados. Pero quando ouverem de fazer alardos aos nossos moedeiros fazelo haō saber ao thesoureiro, & Alcaide da moeda, que seraō hi com elle de presente, & fazer lhe ao o dito alardo apartadamente, & naō mesturados com outra gente.

Cap. Terceiro das liberdades que hão de ter os que forem acontiados.

Aquaesquer que forem acontiados em cavalos, & os tiverem, mandamos que não sejaō constrangidos pera serventias que nos mandarmos fazer: pero serviraō em obras do conselho, assi como em fontes, & pontes, & caminhos, & muros, & ir com os presos, & com dinheiros, & nos encarregos que ao dito conselho pertencem: & mandamos que lhe naō seja filhada palha que tiverem empalheirada pera seus cavalos, posto que nos, ea nossos filhos ou irmaōs sejamos nas ditas comarcas onde elle viverem, nem lhe sejaō dadas suas casas de morada, nem cavalaricas, nem filhadas suas roupas de camas salvo quando nos, ou nossos filhos, & irmaōs formos aos lugares onde elles viverem, ou quando per ahi vier alguum outro senhor, ou senhores, & fidalgos que naō acharem outras pousadas onde pousar: & tambem lhe defendemos que naō lhe filhem suas cevadas, nem galinhas, nem cabritos, nem outras cousas do seu contra sua vontade, salvo per nosso mandado especial.

An autem vasallus vasalli, (id est, illius qui vasallos ex Regis donatione habet, qui propriè, ut diximus, vasalli dicebantur, & erant ex Regni magnatibus) subsit immediatè directo domino & sit illius vasallus? vide per Menocbium, qui alios refert, *de recup. possess. remed.* 10. *num.* 73. Et diximus *superiùs decis.* 40. *num.* 2. & 3.

DECISIO CVII.

Qui sint Infancones, seu Infancoēs.

SUMMÆ.

1. *Infancones erant domini terrarum, qui non habebant magnum dominium, aut jurisdictionem, & magis generis splendore, quam potentia florebant. Infancones apud Italos vocantur Capitanei, seu Valvasores. Ibid.*
2. *Referuntur verba privilegij antiqui, Regis Alfonsi Regni Castellæ.*
3. *Referuntur verba alterius privilegij Alfonsi quinti Regis Lusitaniæ.*
4. *Infancones per abusum dicti fuerunt nepotes Regum.*

1 INfancones erant domini terrarum, qui non habebant magnum dominium, aut jurisdictionem, & qui magis generis splendore, vel sanguinis antiquitate, quàm potentia florebant: & hi apud Italos vocantur Capitanei, seu Valvalores, tradit Remigius *de immunitat. Ecclesiarum pag.* 94. & *seqq.* Otalora *de nobilitate cap. fin. num.* 9. Chassanæus *in catalogo gloriæ mundi.* 8. *part. consid.* 15. Gutier, *in pract. quæst. lib.* 3. *q.* 17. *n.* 245. omnino videndus: ultra D. Thomam, quem ipse allegat *de regim. Princ. l.* 3. *cap. fin.*

2 Quod probatur ex multis antiquis privilegiis, & unum hic referam:

Fuero del glorioso Rey Dom Alfonso.

Todos los pobladores ayam fuero en una Colena, y si Cundes, Potestades, Cavalleros, o Infanzones vivieren apoblar a Baeca, &c. tradit Frater Prudentius de Sandoval in Chronica Regis Alfonsi Imperatoris Hispaniæ, *cap.* 51. ex quibus verbis benè colligitur. Infancones inter alios, nempe Comites, Potestates, & Cavalleros connumerari; imò si ad ordinem litteræ respiciamus, ut superiùs *decis.* 105. notavimus, minores aliis sunt, & vide *in* 2. *partit. tit.* 1. *in l. incipit. Catanos.* ubi Gregorius Lopes.

Inveni etiam in quodam privilegio Regis Alfonsi IV. hujus regni, dato æra de 1365. hæc verba, *(falando na Abbadeca de Roio sinse) Que a dita Abbadeca de, ou faca dar aos Ricos homēs, trinta reis, & aos Infancoēs quinze reis, & aos Cavaleiros dez reis.* igitur major dignitas erat *de Ricos homens*, quàm *de Infancoēs.* 3

Non sunt igitur audiendi, qui existimant Infancones, esse nepotes Regum, filios majorum Infantum, post Principem: hoc enim à veritate maximè alienum est, quamvis sententia quadam, quæ est in curia civitatis Olyssipponensis, hoc sit pronuntiatum, ratione privilegiorum, quibus utuntur cives hujus civitatis; (habent namque privilegia Infanconum) & in ea refertur, quòd facta magna diligentia super hac re, hoc fuerat inventum: est enim hoc, ut diximus, à vero valdè alienum, & Infancones erant illi, quos superiùs diximus, de quibus agit Anton. à Gamma *dec.* 522. *num. fin.* quod comprobatur auctoritate Divi Thomæ loco superiùs citato, & aliorum Doctorum, quos retulimus suprà. 4

DECISIO CVIII.

Qui sint Ricos homens, & Ricas Donas?

SUMMÆ.

1. Ricos homens, *qui sint, & quare ita dicantur.*
2. Ricos homens, *quæ insignia olim habebant.*
3. Rico homem, *est dignitas in Hispania, sicut Comitis, aut Baronis.*
4. Ricas Donas, *quæ sint?*

DE iis agit Ordin. nostra antiqua *lib.* 1. *tit.* 56. §. 22. & *lib.* 3. *tit.* 5. §. 5. quæ in nova recopilatione sunt abrogatæ, Gamma *decis.* 1. *numer.* 25. Erant autem olim *Ricos homens, os fidalgos de nobre geracāo, & bondade, & porque saō ricos nestas duas cousas, se chamāo ricos homens, & saō os conselho del Rey, in* 2. *part. titul.* 9. *in l. incipit. Cabeca del Reyno.* 1

Habebant autem insignia, *de pendon, y Caldera. l.* 1. *titul.* 25. *part* 4. tradit Doctor Gudiel. *in Historia Ducum Oluna cap.* 2. Argote de Molina *in libro nobilitatis Andaluzia libr.* 2. *cap.* 205. Anton. de Quesada *quæstionum juris, cap.* 31. *numer.* 5. Gutier. *in pract. quæstion. libro* 3. *quæst.* 15. & *quæst.* 16. & *sequentibus*, ubi latè. Qui tamen dicunt, *Rico homem*, esse in Hispania dignitatem, sicut Comitis, aut Baronis. 2 3

De *Ricas Donas*, mentionem facit etiam Ord. illa antiqua *d. l.* 3. *tit.* 5. §. 5. erant autem *Ricas Donas*, vel uxores eorum, qui erant *ricos homens*, sicut uxor Comitis Comitissa est, vel filia, quæ non extante masculo, 4

culo, succedebat in illa dignitate, de *Rice homem*, & ratione sexus vocabatur *Rica Dona*, seu Hispanico vocabulo, *Rica Hombra*.

DECISIO CIX.

Utrùm qui jura Regalia ex donatione habet, possit ultra contenta in forali exigere.

SUMMÆ.

1. *Possessio immemorialis an prosit donatario ad exigenda jura Regalia, ultra contenta en forali.*
2. *Quod fit gratis, non debet ad necessitatem deduci.*
3. *Qui actum gerit causa libera facultatis, & familiaritatis, nullum jus tribuit adversario.*
4. *Dominus terra non potest exigere ultra contenta in forali, nec praescribere etiam possessione immemoriali, cùm penes se forale habeat.*
5. *Responsio & intellectus ad Ordin. lib. 2. titul. 27. §.1. & §. ultimo.*
6. *Ad probandam possessionem immemorialem requiritur, quòd testes deponant de scientia, visu, & auditu.*
7. *Praescriptio immemorialis ut admittatur, requiritur quod interpelletur is, contra quem praescribitur, & postea quiescat tempore ad praescriptionem necessario.*

1 DE hoc habemus expressam Ordin. regni *libro 2. titulo 45. §. 34. & §. 55. & titul. 27. §. 3. 4. & 5.*

Accidit in facto, quod cuidam domino terrae, & jurium Regalium, quae habebat ex donatione, certa die vasalli sui offerebant quosdam arietes voluntariè, tamquam donativum, idque multo temporis spatio fecerunt: posteà filij, seu nepotes istorum poenitendo noluerunt praedictos arietes offerre, quaerebatur, an ex hac gratuita oblatione, dominus terrae possessionem acquisiverit, & possit praedictos arietes à vasallis exigere: cùm in forali non continerentur?

Et pro parte domini allegabatur possessio immemorialis, juxta Ordin. *lib. 2. tit. 27. §. 1. in fin. & §. ultimo.* Valasc. *de jur. emphyteut. quaest. 8. num. 36.* Salon. *consf. 15.*

2 Nihilominus tamen contrarium visum fuit, per ea quae tradit Gofredus, & post eum Bart. *in quaest. de rustico offerente par caponum, in l. cum de in rem verso. numer. 9. D. de usuris.* & ante Bartol. Gloss. *in l. solet. D. de officio Proconsul.* ubi inquit, quòd id quod fit gratis, non debet ad necessitatem deduci. similis Gloss. *in l. litibus. Cod. de agricol. & censit. l. 11.* notant DD. *in l. si certis annis. Cod. de pact.* Avendan. *de exequend. mandat. libro 2. cap. 4. numer. 17.* latè Menoch. *de arbitrariis. libro 2. casu 160. per totum.*

3 Ratio hujus rei est, quia qui actum gerit causa liberae facultatis, & familiaritatis, nullum tribuit jus adversario, cùm possessio eo casu considerari non possit, *l. qui jure. 41. D. de acquirend. possess.* Paul. Castrens. *consf. 179. libr. 1.* Socin. *consf. 130. libr. 1.* Balb. *de praescript. 4. part. 5. principalis quaest. 5.* Doctores, ubi Abb. & Rip. *in capit. Ecclesia Sutrina de causa possess. & propriet.* Maximè eo casu, quo rusticus quotannis offerebat par caponum domino, pro certa aliqua remuneratione, quam ei dabat; tunc enim cessante remuneratione, potest rusticus cessare in praedicta oblatione, seu servitio. Avendanus *ubi suprà, n. 19.* ut in hoc casu contigit: probabatur enim, quod dominus terrae, saepè pro arietibus ublatis, vasallis remunerationem in tritico dabat, quod cùm ita fuerit, & voluntariè hanc oblationem facerent, jus nullum, neque possessionem acquirere poterat, ad exigendos hos arietes. Abb. Panormitan. *consf. 57. num. 5. lib. 2.*

Eodem etiam modo, ille, qui multo tempore solitus est ire coquere ad furnum, seu macinare ad molendinum jure familiaritatis, non tribuit, nec dat jus domino molendini, seu furni ad in posterum coquendum in suo furno seu macinandum in suo molendino; immò si divertat, non dicitur dominum furni, seu molendini spoliare, Menoch. *ubi supra, num. 8.* qui plures Doctores refert.

Facit etiam contra dominum terrae, Ordin. *dict. libro 2. titulo 27. Paragrapho 3.* qua dispositum est, neminem posse exigere ultra contenta in forali, nec praescribere etiam possessione immemoriali, cùm penes se forale habeat. quae Ordinat. deducitur ex dictis per Panormitanum *consf. 19. ad fin. libr. 2.* & facit reg. text *in l. non est ferendus, D. de transact.* Felin. *in cap. si diligenti. colum. 3. ad finem. de praescript.* Dec. *consf. 267. ad finem.* Et in terminis Balb. *de praescription. 2. part. 3. principalis. quaest. 10. numero vigesimo sexto.* & facit Ordinat. *dict. libro 2. titul. 45. §. 34. & 45. & libro 1. titulo 66. §. 14.* ubi jubet judicibus & decurionibus, ne permittant dominos terrarum jura Regalia exigere contra forale. 4

Nec obstat illa Ord. *suprà allegata*, & Extravag. *d. 5. p. tit. 7. l. 1.* quae nunc est Ordin. *d. lib. 2. tit. 27. §. primo.* quae admittunt praescriptionem immemorialem contra forale. Respondetur enim duobus modis: Primò, quod id intelligitur in rebus contentis in altero forali simili, ut est in originali, ex quo illa Ordinatio antiqua facta fuit, tempore Regis Emanuëlis; est enim antiquior provisio illa, cujus meminit extravagans, Ordinatione; fuit enim facta tempore, quo ejusdem Regis jussu foralia facta fuerunt per totum regnum. 5

Secundò respondetur, quòd Ordin. illa *dict. §. 1.* loquitur in illis personis, quae tempore, quo foralia facta fuerunt, erant in illa possessione immemoriali, ut ibi, *perque os que te então não levavão.* & ibi, *se per e dito tempo immemoria estavão em posse.* & ita voluit Ordin. quòd solùm juvarentur hac possessione immemoriali, qui eam habebant illo tempore, quo illa determinatio foralium facta fuit, & ita non sequitur ex eo quod alij deinceps possint juvari praedicta possessione, resistente jure, & probibente, ne contra forale plus exigatur.

Nec hoc casu possessio immemorialis juridicè probatur, etiam si eam admitteremus: non enim testes dicebant, quod arietes illi gratis offerebantur, nec quod id sciebant, & viderant, ut est requisitum in probanda possessione immemoriali, & est doctrina singularis Lapi *in cap. 1.* post Gloss. ibi, *de praescript. lib. 6.* quam ibi sequuntur Dominicus, & 6

& Perusinus, refert plures Covarr. *reg. possessor. a. p. §. 3. vers. testes verò*, ubi allegat. *leg. Castella Tauri* 41.

7 Et ut præscriptio talis admittatur, requiritur quod illi, qui solvunt, interpellati & requisiti contradicant, & posteà quiescant, tempore ad præscriptionem necessario, Menoch. *ubi suprà, num.* 10. & 11. 23. *die Maij, anno* 1591.

DECISIO CX.

An successor in bonis Regiæ Coronæ teneatur ad debita prædecessoris? circa Ordin. *lib.* 4. *titul.* 101. *in principio.*

SUMMÆ.

1. *Successor in bonis Regiæ Coronæ regulariter non tenetur ad debita prædecessoris.*
2. *Ord. nostra obligat successorem ad debita contracta in alimentis filiorum, vel pro dote filiarum. Alimenta & dos à pari procedunt. Ibid.*
3. *Debita ad quæ successor in majoratu tenetur, quomodo & intra quod tempus sint solvenda.*
4. *Successor in majoratu perpetuò tenetur ad debita contracta à prædecessore in utilitatem majoratus.*
5. *Successor in majoratu utrùm teneatur ad debita prædecessoris, etiam si nolit acceptare hæreditatem, nec esse hæres.*
6. *Successor in majoratu, & in bonis patrimonialibus insimul, indistinctè tenetur ad debita prædecessoris, nisi faciat inventarium.*
7. *Rex an teneatur ad debita Regis prædecessoris, remissivè.*

Et an uti possit beneficio inventarij? remissivè. Ibid.

1 HÆc Ordin. sentit, regulariter successorem in majoratu non teneri solvere debita prædecessoris, quod etiam probat *cap.* 1. *an agnat. vel filius defunct. l. providendum. Cod. de decurionibus lib.* 10. Lucas de Penna *in l.* 2. *colum.* 3. & *sequent. Cod. de fund. rei privat.* & *salt. lib.* 11. Gom. *l. Tauri* 40. *num.* 72. Padilha *in l. unum ex familia. §.* 1. *num.* 7. *D. de legat.* 2.

2 Dum autem ista Ordin. obligat successorem bonorum Regiæ Coronæ solvere debita contracta in alimentis filiorum controversiam Doctorum tollit; nam Antonius de Padilha *ubi suprà*, tenebat successorem omnino teneri hujusmodi debita solvere, ex notatis per Panormitan. *in cap. præsentium. n.* 5. *de pignorib.* contrarium tamen tenuit Peralta *in l.* 3. *§. fin. à numer.* 31. *D. de hæredibus instituend.* Molin. *lib.* 1. *de primog. cap.* 10. *num.* 32. Hæc autem Ordin. medium inter has duas opiniones elegit, quæ ampliaunda est in debitis contractis pro dote filiarum, cùm alimenta & dos à pari procedant, notatur ad *l.* 1. *D. solut. matrimon.* non autem procedet in debitis contractis ratione arrarum promissarum, vel dotis uxoris prædecessoris, quia hoc non exprimitur in ista Ordinatione, quæ cùm exorbitans sit, non est extendenda, *l. quod verò, D. de legibus.* & ita in specie tenet Gregor. Lopez *l.* 4. *titul.* 5. *part.* 2. *Gloss. jus dendas colum.* 2. *ad finem.*

3 Jubet autem hæc Ordin. ut debita hæc, ad quæ obligat successorem, intra duos annos solvantur ex reditibus majoratus, ut in illa continetur, quæ dispositio est in hoc nova, & numquam jure civili introducta, sed lex hæc rem hanc ex bono & æquo temperavit, ut optimè advertit Cost. *de successione Regni, pag.* 192. quem vide.

Limitanda autem hæc Ordin. in hoc est, nisi debita fuerint contracta pro utilitate majoratus; tunc 4
enim successor perpetuò tenebitur ad prædicta debita solvenda, *cap.* 1. *de solutionibus.* Gomez. *ubi suprà, num.* 72. Peralta in *l.* 3. *§. ultim. num.* 130. *D. de hæredibus instituend.* & colligitur ex Ordin. *lib.* 4. *titul.* 95. *§.* 1.

In quantum autem Ordin. hæc disponit, quod successur teneatur ad debita in illa contenta, licet 5
hæreditatem nolit acceptare, nec esse hæres, contrarium erat de jure communi in feudis, *cap.* 1. *an agnat. vel fil.* adjuncto communi intellectu, de quo per Vaz *de emphyteus. q.* 94. *num.* 4. & ita advertit Cost. *de success. Regni. pag.* 43. quæ tamen limitanda est, si majoratus horum bonorum concedatur cum clausula, *pro se* & *hæredibus*; nec enim tunc posset filius repudiare hæreditatem patris, & majoratum hunc obtinere: nam licet hujusmodi concessio restringatur ad descendentes ex Ordin. *lib.* 2. *titul.* 35. *§.* 1. tamen (ut in terminis tradit Aymon. *consil.* 197. *num.* 5) satis lex illa operatur in tollendo efficaciam verborum prægnantium, & universalium; non autem intelligenda est quod operetur, corrigendo jus commune, descendentes enim debere esse hæredes: jure enim communi receptissimum est, quod ubi feudum conceditur, pro se, & hæredibus, licet verba restringantur ad descendentes tamen requiritur quod sint hæredes, non tamen requiritur quòd sint hæredes ultimi possessoris immediatè, sed satis est quòd sint mediatè illius, cui facta sit concessio, ut quia sunt hæredes alicujus, qui ei in aliquo successit, juxta reg. *l. fin. Cod. de hæred. instituend.* & ita Dec. *consil.* 28. *num.* 13. Sylvan. *consil.* 30. *num.* 20. Pinellus *in l.* 1. *Cod. de bon. matern.* 3. *part. n.* 91. *vers. ad prædictu.* Valasc. *ubi supr. n.* 19. & vide de hac Ordin. etiam Dominicum *consil.* 3. *ad finem.* Boër. *decis.* 204. *num.* 48. Jason. *in l. filiusfamilias. §. Divi. lect.* 2. *num.* 22. *D. de legat.* Soar. *in l. quoniam in prioribus. fol.* 78. *cum sequentibus. Cod. de inofficios. testam.* Gomez. *in l. Taur.* 40. *numer.* 72. Molin. *de primogen. libro primo, cap.* 10. & vide Ordin. *lib.* 3. *tit.* 93. *in principio* Palat. *in repet. rubrica. §.* 16. *numer.* 15. Padilh. *in unum ex familia. §.* 1. *num.* 7. *D. de legat.* 2.

Si autem successor in majoratu succedat etiam in 6
bonis patrimonialibus prædecessoris, indistinctè tenebitur ejus debita solvere, tamquam hæres, juxta regul. *l.* 1. *Cod. si cert. petat.* Afflict. *decis.* 240. *n.* 10. Peralt. *in l.* 3. *§. fin. num.* 129. *D. de hæred. instituend.* Molin. *ubi suprà, numer.* 28. Quod intelligendum est, nisi hic successor faciat inventarium; tunc enim non tenebitur ultra vires hæreditarias, *l. fin. §. in computatione. Cod. de jur. deliberand.* Andr. de Isern. *in cap.* 1. *colum. ultim.* Afflict. *decis.* 26. Curt. Junior. *cons.* 1. *num.* 12.

An autem Rex teneatur ad debita Regis prædecessoris? vide *l.* 4 *tit.* 15. *p.* 2. Cost. *de success. Regni. pag.* 114. & ante eos Oldrad. *consil.* 94. *numer.* 22. Baldum *cons.* 159. *numero quarto. libr.* 3. & an possit uti beneficio inventarij, vide Oldrad. *dict. cons.* 94. *num.* 22. 7

*num.*22. & vide in prima parte nostrarum decisionum *decisione* 125. *& decis.*149.

DECISIO CXI.

An uxor, filij, aut heredes ultimi possessoris bonorum Regiæ Coronæ possint repetere pretium meliorationum, quas prædictus donatarius in his bonis fecit?

SUMMÆ.

1. *Donatarius, qui succedit ultimo possessori in bonis Regia Corona, potest petere pretium meliorationum, quas ultimus possessor utiliter impendit in prædictis bonis. Et ita judicatum fuit. num.*4.
2. *Idem dicendum est etiam in eo casu, quo bona Regia Corona ad illam revertantur, quod declarandum est, ut num.*5 6. *&* 7.
3. *Et quid servetur in hoc, de jure regni Castella.*

*Fiscus de jure remanet obligatus pro negotio utiliter gesto, sicut quilibet privatus. num.*2.

*Possessor majoratus tenetur conservare, & meliorare bona illius. num.*5.

Impensa modica qua dicatur? remissivè. Ibid.

7. *Melioramentis semel solutis, ampliùs repeti non potest pretium eorum à sequentibus successoribus.*

Infinitas est vitanda. Ibid.

Quod servari etiam debet in æstimatione meliorationum, quæ fit in partitionibus circa emphyteusim assignatam uni ex heredibus. Ibid.

Et quæ servari debeant in abrasione meliorationum? remissivè. Ibid.

Et quid in bombardis, & alijs instrumentis necessarijs ad defensionem castrorum, positis per donatarios? Ibid. remissivè.

8. *Uxor & heredes donatarij cui donata fuerunt Insulæ desertæ, ut ad culturam redigerentur, an possint repetere pretium meliorationum, quas fecit donatarius. remissivè.*

Et quid in armentis boum, animalibus, feris in illis pascentibus. Ibidem. remissivè.

IN hac quæstione duo sunt considerandi casus: primus est, quando in bonis Coronæ succedit aliquis donatarius ultimo possessori: Alius & secundus casus est, quando bona Regiæ Coronæ ad illam revertuntur, eò quòd ad vitam donata erant, seu ad vitas, & sunt finitæ, seu (*de juro & herdade*) ut dicimus, & deficientibus filijs masculis, reversa fuerunt ad Coronam Regiam juxta regulam legis mentalis, & declarationes illius positas in Ordin. *lib.*2. *titul.*35. *à principio.*

1 Primo casu dicendum est, uxorem, filios, heredes possessoris vita functi posse petere pretium meliorationum, quas utiliter impendit in bonis Regiæ Coronæ, apud nos est expressa Ordin. *lib.*4. *tit.*95. §.1. ibi, *ate lhe ser dada a parte que na valia, ou preço, ou bemfeitorias deve aver.* facit reg generalis text. *in l. domus. D. de leg.*1. ubi scribentes tradunt DD. Hispani, ubi Gom. *in l.*46. *Tauri*, facit & Ordinat. nostra *lib.*4. *tit.*97. §.22. esseque usu receptum asserit Pinel. *in l.*1. 2. *part. n.*71. *C. de bon. matern.* Valasc. *de jure emphyt. quæst.*25. *n.*27. plures refert doctissimus Barbosa *in l. divortio.* §. *fin.* 1. *part. numero* 112. *vers. ulteriùs.* cujus allegatione contenti sumus.

In secundo casu idem similiter dicendum est, ex 2
generalitate dictæ legis Regiæ. *l.*1. *titul.*95. §.5. ibi, *tevessem alguns bens da Corea do Reyno.* Nec enim Corona Regia in hoc aliquod privilegium habet: & de jure fiscus obligatur, pro negotio utiliter gesto, sicut quilibet privatus, *l. mulier.* §. *cum.* *D. de captivis.* Bald. & Afflict. *in cap.*1. *notab.*5. *num* 8. *sub. titul. hîc finitur lex in feudis.* Marcus Anton. Peregrinus *de jure fisco, libr.*6. *titul.*5. *numer.* 26. qui alios refert.

Quamvis autem in regno Castellæ, per legem 3
46. *Taur.* contrarium dispositum sit, tamen ex nostra Ordinat. *d. libr.*4. *tit.*95. §.1. quæ generaliter loquitur, dicendum est, meliorationes factas in rebus majoratus, etiamsi sit de bonis Regiæ Coronæ, pertinere ad heredes meliorantis, quod & probat *dict. cap.*1. §. *si vasallus hîc finitur lex.* & prædictam legem Castellæ injustam esse tenet Palat. *in repetit. rubrice.* §.62. *num.*16. Menchac. *de success. creat.* §.5. *colum. penult. ad fin.* Covarruv. *de sponsal.* 2 *part. cap.*7. §.1. *num.* 11. Lusitanus Gamma *decis.* 308. *num.*7. quamvis alij Doctores Hispani, inter quos est Gomez *d. l.*46. *Taur.* Molin. *de primogen. lib.*1. *cap.*26. *num.*14. Garc. Gallecus. *de express. cap.*13. eamdem legem justissimam esse defendant, de qua latissimè agit doctissimus Barbosa *ubi suprà. n.* 114. *cum multis sequentibus.* quem Lector omnino videre poterit, ubi etiam *num.*123. *vers. ex his intelliges.* nostræ Ordin. *libr.*4. *tit.*95. §.5. rationem affert, & alterius Ordin. *libr.*4. *titul.*97. §.22. superius allegatæ.

Et sic judicatum fuit in hoc regno, quòd nempe 4
pretium meliorationum solveretur heredibus meliorantis in majoratu bonorum Regiæ Coronæ, in processu *de Conde de Vigueira, sobre as partilhas do Conde Dom Francisco da Gamma, Escrivaõ Sebastiaõ Alvares.* & in processu de *Donna Brites de Tavora, com o Conde de Sancta Cruz*, & cum Procuratore Regiæ Coronæ, *Escrivaõ Manoel Alvares Falcaõ*, in quo sententia lata fuit, anno 1600. in mense Januarij.

Declarandum tamen hoc est, aliquibus modis, 5
primò ut non procedat in melioramentis modicis; hæc enim restituenda non sunt, nec pretium illorum: possessor namque majoratus bona illius meliorare, & conservare tenetur, *l. hactenus. D. de usufruct. l. omnino. D. de impens.* text. *in* §. *adeò. Instit. de locat.* tradunt Gloss. & scribentes *in dict.* §. *si vasallus.* facit Ordin. *dict. libr.*4. *titul.*97. §.22. tradit Valasc. *dict. quæst.*25. *num.*12. Quæ autem dicatur modica impensa, vide apud eumdem Valasc. *ubi proximè. num.*13. *& quæst.*26. *eodem tract. de jure emphyteut. num.*6.

Secundò declarandum est, ut superiùs dicta non 6
procedant in melioramentis factis ex natura majoratus, vel ex obligatione institutionis, aut donationis in bonis Regiæ Coronæ, ut in simili tradit Valasc. *ubi suprà. num.*34. qui multos refert.

Tertiò declarandum est, ut semel solutis melio- 7
ramentis ampliùs à sequentibus pretium eorum repeti non possit, ne detur infinitas, ut in simili tradit

tradit Molina *ubi suprà. cap.26. numer.14.* ex text. *in l. fideicommissa. Paragrapho qui decem. D. de legat.2.* tradit Garcia *de expens. cap.13. numera 44.* qui enim immediatè succedit in majoratu meliorato, tenetur eam obligationem dissolvere, *cap.1. de solut.* cùm ergo fecerit id, ad quod tenebatur, non potest iterùm pretium meliorationum repeti à sequentibus. *l. penult. D. de impens.* ut optimè advertit doctissimus Barbosa *ubi supra. numer.115.* Et sic judicatum fuit in illo processu do Coude da Vidiguiera superiùs allegato. Quod maximè conducit ad pretium emphyteusis, seu meliorationum illius, quod solvitur in partitionibus per unum heredem alijs, juxta Ordinat. *titul.97. Paragrapho 22. lib.4.* quamvis enim hoc variè judicatum audivimus, superiùs dictum tenendum videtur, juxta ea, quæ refert doctissimus Barbosa *ubi proximè.* apud quem Lector videre poterit de abrasione meliorationum facienda, quibus casibus id possit fieri: quod tempus attendendum sit circa æstimationem illarum, de bombardis & alijs instrumentis necessarijs ad defensionem castrorum, seu murorum, & Valasc. *dict. quæstio. 25. per totam.* qui optimè loquitur, ne hic ab illis eleganter tradita iterùm repetamus.

8 Quando autem Insulæ desertæ, per Regem donantur, ut ad culturam redigantur, si iterùm revertantur ad Coronam, an pretium meliorationum, quas donatarius in illis fecit, debeatur uxori & heredibus? vide in eodem processu de Donna Brites de Tavora, cum Comite de Sancta Crux, Scriba Manoel Alvarez Falcão, ubi hæc quæstio ventilata fuit, & judicatum deberi, ut suprà diximus; & alia de armentis boum, animalibus, feris, jam tunc pascentibus in illis: apud illum Lector hæc omnia videre poterit; diffusiùs namque ibi tractata sunt.

DECISIO CXII.

De agris desertis.

SUMMÆ.

1. *Agri deserti pertinent ad fiscum, si Princeps eos sibi fecit vectigales.*
2. *Fundi inculti & deserti pertinent ad Rempublicam, quando Princeps eos sibi non reservavit, & præsumuntur esse in dominio illius civitatis, sub cujus limitibus reperiuntur.*
3. *Domini terrarum, Magistri ordinum militarium, nec alij nobiles, seu commendatarij, possunt agros hos sibi proprios facere.*
4. *Agri hi, etiamsi sint in terris Ordinum, pertinent ad Rempublicam, & communem utilitatem vicinorum. Et non possunt emphyteuticari, sed dari tantùm de sesmaria. & num.5.*
6. *Rex non habet magisteria Ordinum, tamquam Rex, sed tamquam administrator Ordinum militarium à Sede Apostolica constitutus.*

1 AGri deserti sunt, quos vulgò vocamus, *moitos maninhos, ou matas, que são terras bravias que nunca forão lauradas, nem aproveitadas.* Hi ergo vocantur agri deserti, seu inculti, & pertinent ad Principis fiscum, si is illos sibi fecit vectigales, ut *in rubrica. Cod. de omni agro deserto. libro 10. & Cod. de fund. patrim. eodem lib.10.* sicuti pertinet totum territorium, cùm illud sibi fecit vectigale. *l.1. D. si ager vect.* Ordinat. *lib.4. titul.43. § 9.* ibi, *os quaes não forão contados. & §.11. & §. penult.* probat text. *in l.1. vers. urbem. D. de officio Præf. urb.* Paul. *in l.1. D. de acquirend. possess.* Jason. *in l. rem quæ nobis. numer.32. D. eod.* Socin. *cons.86. numer.6 libro 1.* Curt. Jun. *cons.41. numer.9.* Alciat. *in d. l.1. verba, ejus sunt. numer. 15.* idem Alciat. *in l. silva cædua. Paragrapho novalis. D. de verborum significat.* Chassanæus *in consuet. Burgund. rubric.11. Paragrapho 4. numer.4.* latè Avendan. *de exequend. mandat. lib.1. cap.4. per totum.* Vaz *de jur. emphyt. quæst.8. num.38, cum seqq.*

Alioqui tales fundi solent ad Rempublicam pertinere, ut *in dict. Ordin. §.9.* quia res omnes aut privatorum sunt, aut Reipublicæ: & ejus intentio videtur fundata regulariter, argum. *cap. fin. quemadmodum feud. amittat.* ubi Bald. & *in cap. cùm Bertoldus. de re judic. vers. universit.* nisi quatenus reperiatur à privatis acquisitum, argum. *l. in agris. D. de acquirend. rerum dominio.* Alciat. *ubi suprà. d. n.15. ad finem*, aut à Principe sibi reservatum, per hanc Ordin. *dict. §.9. in princip. & d. l.1. D. si ager vectig.* & Alciatum *d. num.15. post principium.* Vaz. *ubi suprà, num.37.* aliter fundi isti inculti præsumuntur esse in dominio illius civitatis, sub cujus limitibus reperiuntur, secundùm Socinum, quem refert & sequitur Gomez *l.40. Tauri. num.2.* Chassan. *ubi suprà. rubr.9. §.4. num.2.* Avend. & Vaz. *ubi suprà.* qui alios referunt. 2

Ex quo fit, quòd nullus dominus terrarum, nec Magistri Ordinum, nec alij nobiles, seu commendatarij, possunt sibi agros hos proprios facere, Ordin. *dict. titul.42. §.15.* ibi, *os não tomem, nem apropriem pera si*, & ibi, *nem tomem isso mesmo os maninhos, &c. & §. ultimo.* sed dari debent de sesmaria, quando id utilius fuerit ad culturam, juxta dispositionem dict. Ordin. §.5. & absque aliqua pensione, justa Ordin. *ubi suprà. §.13.* 3

Ex quo maximè advertendum est, quòd in terris Ordinum militarium, agri hi qui pertinent ad Rempublicam, non sunt bona Ordinum, etiam si sint in terris Ordinum, nec emphyteuticari possunt, ut aliqui opinantur, in quo valdè errant: pertinent enim agri hi ad Rempublicam, & ad communem utilitatem vicinorum, Ordin. *ubi suprà. §.9.* & solùm possunt dari de sesmaria per præfectos agrorum, *sesmeiros* vocamus, sine pensione, ut diximus tradit Avendan. *ubi sup.* Vaz *d. quæst.81. n.39.* & est expressa Ord. *d. tit.43. §.14.* eò maximè quòd bona omnia à Regibus, Ordinibus militaribus, & eorum Magistris donata fuerunt. Cùm autem hæc non essent Regia, sed civitatum, & oppidorum ad publicum usum vicinorum, in donatione non includebantur, juxta reg. *l. nemo plus juris. D. de reg. jur.* Sic similiter in terris Provinciæ Brasiliæ, quæ pertinet ad Ordinem Militiæ Christi, terræ per Capitaneos de sesmaria dantur, absque aliqua pensione, & in donationibus jubetur per Regem, & decimæ fructuum pertinent ad Regem, tamquam Magistrum prædicti Ordinis Christi. Imò nec per Decuriones oppidorum, aut civitatum, in cujus termi- 4

terminis sunt prædicti agri deserti, possunt emphyteuticari, cùm non sint bona propria prædictarum civitatum, nec oppidorum, sed publica ad communem civium & vicinorum usum, & solùm possunt dari de sesmaria, ut dictum est juxta d. Ordin. *libro* 4. *titul.* 43.

5 Nec obstat si quis dicat, quòd Magisteria Ordinum fuerunt unita Regiæ Coronæ, & ob id agros hos debere censeri bona Regis: nam respondemus, quòd non sequitur: imò tunc majori ratione ad Rempublicam pertinent, cui Rex in omnibus maximè consulere vult, & ipse Rex *in d. Ord.* §. 15. jubet Magistris Ordinum, ut ita se gerant in his agris desertis, qui ad Respublicas pertinent, ut ipse Rex facit, quæ Ordin. omnino est videnda.

6 Secundò respondetur, quòd etsi Magisteria Ordinum sint unita Regiæ Coronæ, non sunt unita, ut Rex illa habeat tamquam Rex, sed tamquam administrator Ordinum Militarium constitutus à Sede Apostolica, Navarr. *in propugnaculo Apologia. numer.* 14. & ita in una persona Regis considerari debet duplex dignitas, Regalis, & altera Magistri, ut tamquam Magister ad omnia teneatur, ad quæ Magister tenebatur, & dispositio in Magistro, in Rege Ordinum militarium administratore locum habeant, tradit doctissimus Barbosa *in l. quia tale. num.* 95. *& sequent. D. soluto matrimon.* quod maximè notandum est. Et vide in prima parte nostrarum decisionum, *decis.* 61. & in arrestis, *arresto* 46. & Gammam *decis.* 230.

DECISIO CXIII.

De tributorum, collectarum, & gabellarum augmento.

SUMMÆ.

1. *Tributorum, collectarum, seu gabellarum augmentum, an pertineat ad conductorem, an ad ipsum Regem qui locavit.*
2. *Gabellarum exemptio, qua aliquibus competit ex pacto inite cum conductore, si unus ex exemptis moriatur, & ejus loco plures alij sint superadditi, an exemptio competat illis etiam superadditis.*
   Venditor fundi reservans lapidicinas intelligitur de præsentibus, & apparentibus, non autem de futuris. Ibidem.
3. *Exemptio collecta debita alicui civitati, si à Principe alicui concedatur, potest Respublica diminutionem illam imputare in censu annuo, quem Principi præstat.*
   Idem dicendum, si Rex personas aliquas exemerit ab incapitatione gabella. Ibidem.
4. *Collecta si indicatur pro reparatione alicujus loci, an ibi habitantes teneantur contribuere pro possessionibus, quas ibi habent? remissivè.*
5. *Gabella regulariter debet solvi in loco venditionis, aliquando tamen solvitur in loco, ubi res traditur.*
6. *Gabellam emptor & venditor, unusquisque pro sua parte solvere tenetur: secus erat de jure communi.*
7. *Gabella non solvitur de venditione reditus annui, quem dicimus* Juro.
8. *De origine gabellarum, quas sisas vocamus, in hoc regno.*

Tributum, collectam, vel gabellam, si Rex duplicavit, postquam illas locavit, aut vendidit alicui mercatori, puta quando uxorem dedit filio, utrùm tale augmentum pertineat ad mercatorem, an ad ipsum Regem, vide Baldum; & Angel. *in l. at ubi. D. de petit. heredit.* tenentes quòd tale augmentum gabellæ, tamquam rem respiciens, non personam, erit emptoris, & vide etiam Decium *consil.* 4. Et pro tenui. ubi dicit; quòd augmentum gabellæ ea reformatione statuti antiqui proveniens in admittendo pannos forenses contra illud statutum, pertinet ad emptorem. 1

Sed tu dic id in totum conjecturandum esse ex qualitate pretij & augmenti posteà superadditi, ut tradit notabiliter Brunus *de augmento. conclus.* 19. *num* 5. *versic. quinto pradicta. & num. seq.* ubi notabiliter tenet prædicta non procedere, ubi gabella esset vendita sub certa forma, puta quòd emptores pro qualibet salma grani debeant recipere unum ducatum: tunc enim augmentum gabellæ non pertinebit ad emptores, secundùm Angel. *ubi suprà*, quem sequitur Brunus *dict. num.* 6. Et vide in arrestis inferiùs, *arrest.* 23.

Pone tamen, quòd conductor gabellæ Bononiensis convenit cum collegio dominorum sexdecim, cum pacto quòd ipsis sexdecim exemptio observetur, ut uno eorum mortuo, plures extranumerarij in ipsius locum sint superadditi: quæritur utrùm illis superadditis competat exemptio: & Alexand. *consil.* 178. *volum.* 2. tenet quòd sic, sequitur Bertachin. *de Gabellis* 3 *part. octav. à principal. in fin.* sed Brunus *in d. tract. de augmento. conclus.* 10. *num.* 16. tenet contrarium, intelligendo quòd illud augmentum fuit ex causa voluntaria, & tunc indubitatum esse dicit, quòd onus non extendatur ad augmentum, secundùm Alexand. *ubi suprà*. qui ibi præsupponit fuisse ex causa necessaria, quo casu magis dubitatur, sed Brunus in puncto juris putat esse tutius tenere contra Alexand. arg. text. *in l. si in lege. D. de contrah. empt.* ubi venditor fundi reservans lapidicinas, intelligit de præsentibus & apparentibus, non autem de futuris, & per alia jura & argumenta, quæ allegat; & ita alij posteà in locum demortui suffecti non potientur exemptione, sed solvent gabellam ejus conductori. 2

Et adde, quòd si Princeps concedat alicui immunitatem à præstatione collectæ, vel talliæ debitæ civitati, civitas potest illam diminutionem imputare in censu annuo quem Principi præstat, ut per Bartol. & DD. *in l. ab omnibus. D. de legat.* 1. Felin. post alios *in cap. accedentes. col. antepen. de præscriptionib.* Jason. *in l. avus. D. pact.* sequitur, & confirmat Brunus *de diminutione*, *consil.* 12 *num.* 66. Et ita si Rex exemerit personas aliquas de incapitatione gabellæ (vocamus, *encabeçamento*) quæ ei solvitur annuatim in aliqua civitate, seu oppido, quantitas gabellæ, quæ erat solvenda per personas exemptas, diminuetur ab illa tota, quæ Regi solvitur in illa civitate seu oppido: confirmat hoc Bruhus *d. n.* 66. ex eo quòd dicitur de diminutione valoris pecuniæ, ut cedat in damnum Principis qui illam diminutionem induxit, quoad censum illi præstandum, 3

secun-

tradit Molina *ubi suprà. cap.26. numer.14.* ex text. *in l. fideicommissa. Paragrapho qui decem. D. de legat.2.* tradit Garcia *de expens. cap.13. numero 44.* qui enim immediatè succedit in majoratu meliorato, tenetur eam obligationem dissolvere, *cap.1. de solut.* cùm ergo fecerit id, ad quod tenebatur, non potest iterùm pretium meliorationum repeti à sequentibus. *l. penult. D. de impens.* ut optimè advertit doctissimus Barbosa *ubi supra. numer. 135.* Et sic judicatum fuit in illo processu do Conde da Vidiguiera superiùs allegato. Quod maximè conducit ad pretium emphyteusis, seu meliorationum illius, quod solvitur in partitionibus per unum heredem alijs, juxta Ordinat. *titul.97. Paragrapho 22. lib.4.* quamvis enim hoc variè judicatum audivimus, superiùs dictum tenendum videtur, juxta ea, quæ refert doctissimus Barbosa *ubi proximè.* apud quem Lector videre poterit de abrasione meliorationum facienda, quibus casibus id possit fieri: quod tempus attendendum sit circa æstimationem illarum, de bombardis & alijs instrumentis necessarijs ad defensionem castrorum, seu murorum, & Valasc. *dict. quæstio. 25. per totam.* qui optimè loquitur, ne hîc ab illis eleganter tradita iterùm repetamus.

8 Quando autem Insulæ desertæ, per Regem donantur, ut ad culturam redigantur, si iterùm revertantur ad Coronam, an pretium meliorationum, quas donatarius in illis fecit, debeatur uxori & heredibus? vide in eodem processu de Donna Brites de Tavora, cum Comite de Sancta Cruz, Scriba Manoel Alvarez Falcão, ubi hæc quæstio ventilata fuit, & judicatum deberi, ut suprà diximus; & alia de armentis boum, animalibus, feris, jam tunc pascentibus in illis: apud illum Lector hæc omnia videre poterit; diffusiùs namque ibi tractata sunt.

DECISIO CXII.

De agris desertis.

SUMMÆ.

1. *Agri deserti pertinent ad fiscum, si Princeps eos sibi fecit vectigales.*
2. *Fundi inculti & deserti pertinent ad Rempublicam, quando Princeps eos sibi non reservavit, & præsumuntur esse in dominio illius civitatis, sub cujus limitibus reperiuntur.*
3. *Domini terrarum, Magistri ordinum militarium, nec alij nobiles, seu commendatarij, possunt agros hos sibi proprios facere.*
4. *Agri hi, etiamsi sint in terris Ordinum, pertinent ad Rempublicam, & communem utilitatem vicinorum. Et non possunt emphyteuticari, sed dari tantùm de sesmaria. & num. 5.*
6. *Rex non habet magisteria Ordinum, tamquam Rex, sed tamquam administrator Ordinum militarium à Sede Apostolica constitutus.*

1 AGri deserti sunt, quos vulgò vocamus, *maninhos, ou matas, que são terras bravias que nunca forão lavradas, nem aproveitadas.* Hi ergo vocantur agri deserti, seu inculti, & pertinent ad Principis fiscum, si is illos sibi fecit vectigales, ut *in rubrica. Cod. de omni agro deserto. libro 10. & Cod. de fund. patrim. eodem lib. 10.* sicuti pertinet totum territorium, cùm illud sibi fecit vectigale. *l. 1. D. si ager vect.* Ordinat. *lib.4. titul.43. § 9.* ibi, *os quaes nao forão contados. & §. 11. & §. penult.* probat text. *in l. 1. vers. urbem. D. de officio Præf. urb.* Paul. *in l. 1. D. de acquirend. possess.* Jason. *in l. rem quæ nobis. numer. 32. D eod.* Socin. *cons. 86. numer. 6 libro 1.* Curt. Jun. *cons. 41. numer. 9.* Alciat. *in d. l. 1. verbo, ejus fiunt. numer. 15.* idem Alciat. *in l. silva cædua. Paragrapho novalis. D. de verborum significat.* Chassanæus *in consuet. Burgund. rubric. 11. Paragrapho 4. numer. 4.* latè Avendan. *de exequend. mandat. lib. 1. cap. 4. per totum.* Vaz *de jur. emphyt. quæst. 8. num. 38. cum seqq.*

2 Alioqui tales fundi solent ad Rempublicam pertinere, ut *in dict. Ordin. §. 9.* quia res omnes aut privatorum sunt, aut Reipublicæ: & ejus intentio videtur fundata regulariter, argum. *cap. fin. quemadmodum feud. amittat.* ubi Bald. & *in cap. cùm Bertoldus. de re judic. vers. universit.* nisi quatenus reperiatur à privatis acquisitum, argum. *l. in agris. D. de acquirend. rerum dominio.* Alciat. *ubi suprà. d. n. 15. ad finem*, aut à Principe sibi reservatum, per hanc Ordin. *dict. §. 9. in princip. & d. l. 1. D. si ager vectig.* & Alciatum *d. num. 15. post principium.* Vaz. *ubi suprà, num. 37.* aliter fundi isti inculti præsumuntur esse in dominio illius civitatis, sub cujus limitibus reperiuntur, secundùm Socinum, quem refert & sequitur Gomez *l. 40. Tauri. num. 2.* Chassan. *ubi supra. rubr. 9. §. 4. num. 2.* Avend. & Vaz. *ubi suprà.* qui alios referunt.

3 Ex quo fit, quòd nullus dominus terrarum, nec Magistri Ordinum, nec alij nobiles, seu commendatarij, possunt sibi agros hos proprios facere, Ordin. *dict. titul. 42. §. 15.* ibi, *os nao tomem, nem apropriem pera si,* & ibi, *nem tomem isso mesmo os maninhos, &c. & §. ultimo.* sed dari debent de sesmaria, quando id utilius fuerit ad culturam, juxta dispositionem dict. Ordin. §. 5. & absque aliqua pensione, juxta Ordin. *ubi suprà. §. 13.*

4 Ex quo maximè advertendum est, quòd in terris Ordinum militarium, agri hi qui pertinent ad Rempublicam, non sunt bona Ordinum, etiam si sint in terris Ordinum, nec emphyteuticari possunt, ut aliqui opinantur, in quo valdè errant: pertinent enim agri hi ad Rempublicam, & ad communem utilitatem vicinorum, Ordin. *ubi suprà. §. 9.* & solùm possunt dari de sesmaria per præfectos agrorum, *sesmeiros* vocamus, sine pensione, ut diximus tradit Avendan. *ubi sup.* Vaz *d. quæst. 81. n. 39.* & est expressa Ord. *d. tit. 43. §. 14.* eò maximè quòd bona omnia à Regibus, Ordinibus militaribus, & eorum Magistris donata fuerunt. Cùm autem hæc non essent Regis, sed civitatum, & oppidorum ad publicum usum vicinorum, in donatione non includebantur, juxta reg. *l. nemo plus juris. D. de reg. jur.* Sic similiter in terris Provinciæ Brasiliæ, quæ pertinet ad Ordinem Militiæ Christi, terræ per Capitaneos de sesmaria dantur, absque aliqua pensione, & in donationibus jubetur per Regem, & decimæ fructuum pertinent ad Regem, tamquam Magistrum prædicti Ordinis Christi. Imò nec per Decuriones oppidorum, aut civitatum, in cujus termi-

terminis sunt prædicti agri deserti, possunt emphyteuticari, cùm non sint bona propria prædictarum civitatum, nec oppidorum, sed publica ad communem civium & vicinorum usum, & solùm possunt dari de sesmaria, ut dictum est juxta d. Ordin. *libro* 4. *titul.* 43.

5 Nec obstat si quis dicat, quòd Magisteria Ordinum fuerunt unita Regiæ Coronæ, & ob id agros hos debere censeri bona Regis: nam respondemus, quòd non sequitur: imò tunc majori ratione ad Rempublicam pertinent, cui Rex in omnibus maximè consulere vult, & ipse Rex *in d. Ord.* §. 15. jubet Magistris Ordinum, ut ita se gerant in his agris desertis, qui ad Respublicas pertinent, ut ipse Rex facit, quæ Ordin. omnino est videnda.

6 Secundò respondetur, quòd etsi Magisteria Ordinum sint unita Regiæ Coronæ, non sunt unita, ut Rex illa habeat tamquam Rex, sed tamquam administrator Ordinum Militarium constitutus à Sede Apostolica, Navarr. *in propugnaculo Apologia. numer.* 14. & ita in una persona Regis considerari debet duplex dignitas, Regalis, & altera Magistri, ut tamquam Magister ad omnia teneatur, ad quæ Magister tenebatur, & dispolita in Magistro, in Rege Ordinum militarium administratore locum habeant, tradit doctissimus Barbosa *in l. quia talo. num.* 95. *& sequent. D. soluto matrimon.* quod maximè notandum est. Et vide in prima parte nostrarum decisionum, *decis.* 61. & in arrestis, *arresto* 46. & Gammam *decis.* 230.

DECISIO CXIII.

De tributorum, collectarum, & gabellarum augmento.

SUMMÆ.

1. *Tributorum, collectarum, seu gabellarum augmentum, an pertineat ad conductorem, an ad ipsum Regem qui locavit.*
2. *Gabellarum exemptio, quæ aliquibus competit ex pacto inito cum conductore, si unus ex exemptis moriatur, & ejus loco plures alij sint superadditi, an exemptio competat illis etiam superadditis.*
   Venditor fundi reservans lapidicinas intelligitur de præsentibus, & apparentibus, non autem de futuris. Ibidem.
3. *Exemptio collectæ debita alicui civitati, si à Principe alicui concedatur, potest Respublica diminutionem illam imputare in censu annuo, quem Principi præstat.*
   Idem dicendum, si Rex personas aliquas exemerit ab encapitatione gabellæ. Ibidem.
4. *Collecta si indicatur pro reparatione alicujus loci, an ibi habitantes teneantur contribuere pro possessionibus, quas ibi habent? remissivè.*
5. *Gabella regulariter debet solvi in loco venditionis, aliquando tamen solvitur in loco, ubi res traditur.*
6. *Gabellam emptor & venditor, unusquisque pro sua parte solvere tenetur: secus erat de jure communi.*
7. *Gabella non solvitur de venditione reditus annui, quem dicimus* Juro.
8. *De origine gabellarum, quas sisas vocamus, in hoc regno.*

Tributum, collectam, vel gabellam, si Rex duplicavit, postquam illas locavit, aut vendidit alicui mercatori, puta quando uxorem dedit filio, utrùm tale augmentum pertineat ad mercatorem, an ad ipsum Regem, vide Baldum; & Angel. *in l. at ubi. D. de petit. heredit.* tenentes quòd tale augmentum gabellæ, tamquam tem respiciens, non personam, erit emptoris, & vide etiam Decium *consil.* 4. Et pro tenui. ubi dicit, quòd augmentum gabellæ ex reformatione statuti antiqui proveniens in admittendo pannos forenses contra illud statutum, pertinet ad emptorem. 1

Sed tu dic id in totum conjecturandum esse ex qualitate pretij & augmenti posteà superadditi, ut tradit notabiliter Brunus *de augmento. conclus.* 19. *num.* 5. *versic. quinto prædicta. & num. seq.* ubi notabiliter tenet prædicta non procedere, ubi gabella esset vendita sub certa forma, puta quòd emptores pro qualibet salma grani debeant recipere unum ducatum: tunc enim augmentum gabellæ non pertinebit ad emptores, secundùm Angel. *ubi suprà*, quem sequitur Brunus *dict. num.* 6. Et vide in arrestis inferiùs, *arrest.* 23.

Pone tamen, quòd conductor gabellæ Bononiensis convenit cum collegio dominorum sexdecim, cum pacto quòd ipsis sexdecim exemptio observetur, ut uno eorum mortuo, plures extranumerarij in ipsius locum sint superadditi: quæritur utrùm illis superadditis competat exemptio: & Alexand. *consil.* 178. *volum.* 2. tenet quòd sic, sequitur Bertachin. *de Gabellis* 3. *part. octav. a principal. in fin.* sed Brunus *in d. tract. de augmento. conclus.* 10. *num.* 16. tenet contrarium, intelligendo quòd illud augmentum fuit ex causa voluntaria, & tunc indubitatum esse dicit, quòd onus non extendatur ad augmentum, secundùm Alexand. *ubi suprà.* qui ibi præsupponit fuisse ex causa necessaria, quo casu magis dubitatur, sed Brunus in puncto juris putat esse tutius tenere contra Alexand. arg. text. *in l. si in lege. D. de contrah. empt.* ubi venditor fundi reservans lapidicinas, intelligit de præsentibus & apparentibus, non autem de futuris, & per alia jura & argumenta, quæ allegat; & ita alij posteà in locum demortui suffecti non potientur exemptione, sed solvent gabellam ejus conductori. 2

Et adde, quòd si Princeps concedat alicui immunitatem à præstatione collectæ, vel talliæ debitæ civitati, civitas potest illam diminutionem imputare in censu annuo quem Principi præstat, ut per Bartol. & DD. *in l. ab omnibus. D. de legat.* 1. Felin. post alios *in cap. accedentes. col. antepen. de præscriptionib.* Jason. *in l. avus. D. de pact.* sequitur, & confirmat Brunus *de diminutione, consil.* 12. *num.* 66. Et ita si Rex exemerit personas aliquas ab encapitatione gabellæ (vocamus, *encabeçamento*) quæ ei solvitur annuatim in aliqua civitate, seu oppido, quantitas gabellæ, quæ erat solvenda per personas exemptas, diminuetur ab illa tota, quæ Regi solvitur in illa civitate seu oppido: confirmat hoc Brunus *d. n.* 66. ex eo quòd dicitur de diminutione valoris pecuniæ, ut cedat in damnum Principis qui illam diminutionem induxit, quoad censum illi præstandum, 3

secundùm Brunum *ibid. & in tract. de augmento monetæ, limitat. 7.*

4 Adverte etiam, quòd si collecta indicitur in aliquo loco pro ejus reparatione, & fortificatione, an ibi non habitantes teneantur contribuere pro possessionibus, quas ibi habent: vide Guidonem *decis. 7. & remissiv. decis. 5.* ubi etiam ponit remissivè, qui sint exempti à contributione subsidiorum, & ubi se remittit ad *decis. 376. n. 18. & seq.* & vide Avendan. *de exequend. mand. 2. p. cap. 14. n. 21. & in 1. p. nostrarum decisionum, decis. 91.*

5 De gabella autem, quæ solvitur ex venditione, seu permutatione (quam *sisam* dicimus) vide Ignatium de Lacarte Hispanum *in suo tractat. de decima vendit.* debet autem solvi in loco venditionis, Baldus *in l. 1. C. de contrahend. empt.* Felinus *in cap. ult. num. 14. de foro compet.* notant Decius *in l. si convenerit. D. de jurisdict. omnium judic.* & DD. *in l. 2. D. de evict. & in c. 4. in articulis gabellarum §. 1.* aliquando tamen gabella solvitur in loco, ubi res traditur, Baldus, qui in hoc dicitur fuisse sibi contrarius, *in l. multum interest num. 10. C. si quis alteri, vel sibi, &c.* Bertachin. *de gabellis 6. porc. num. 4.*

6 Notandum autem est, quòd in cap. 1. in articulis gabellarum in principio statuitur, quòd emptor & venditor, unusquisque pro sua parte gabellam solvat: contrarium namque erat de jure communi, quo attento gabellam in solidum solvebat emptor, *l. debet. D. de adilitio edict.* ex qua id collegit Bald. *in l. prædium. numer. 6. C. de adilitijs act.* Roman. *singul. 582.* Jas. *in l. ultim. num. 41. C. de jure emphyt.* Gozad. *cons. 65. num. 1.* & vide Cæpollam *in d. l. debet. num. 2.* Pinel. *in l. 2. C. de rescindend. vendit. pag. 144. num. 45. in fine.*

Libet autem hìc adjungere certitudinem quamdam ad materiam valdè conducentem: cùm enim essem Cancellarius Senatus Supplicationis, in sententia quadam addictionis reditus annui (quem dicimus *juro*) cùm gabella soluta non esset, dubitavi, an eam signare deberem; & facta diligentia præsentata mihi fuit certitudo hæc, cui acquievi.

7 *Certefico eu Thomas Ribeiro de fonte, Escrivão nas tres casas desta cidade de Lisboa, que dos juros, & tenças que se comprão, ou vendem senão paga sisa dos que se comprão a el Rey, ou se vendem os mesmos, & este uso, & custume se tem na arrecadação dos bens de raiz, nem nunca se pagou sisa dos taes juros & tenças que seião da Coroa real, & isto de vinte annos que ha que sirvo o dito cargo & assim se usou no tempo antes que servisse pello ouvir a meu pay cujo o dito officio foi, que assim se usava & tinha por custume E por me ser pedida esta certidão por virtude do despacho nella atras contendo a passei, em Lisboa aos 13. d'Agosto de 1598. annos, & declaro que se alguas pessoas vendem os juros, ou tenças que tenhão avido dos que pertencem a Coroa, isso mesmo não devem sisa, & assim se usa no dito dia mez, & anno acima. Thomas Ribeiro de fonte.*

8 Libet etiam hic adjungere verba Chronicæ Regis Joannis Primi Lusitaniæ, circa originem gabellarum, quas *sisas* vocamus, quas populi solvunt per incapitationem (seu *encabecamento:*) *in cap. penult. 2. part. fol. 314.* quæ est in publico regni Archivo; quæ sunt hujusmodi:

Mas porque aqui fazemos menção, que as sisas rendião muito mais que os direitos reaes, & alguns cuidão, & tem oje em dia, que os Reys acharão novamente tal sogeição, & a lançarão sobre o povo, & isto não foy assi, queremos aqui dizer brevemente, qual foy seu começo dellas per nos fazer esta opinião. Onde sabee, que nos não achamos nem se mostra, que ata o tempo del Rey Dom Dinis, que morreo na era de mil & trezentos & sesenta & dous annos, que antre os povos nunca ouvesse sisa per algũa razom que fosse: mas escrituras certas nos dão testimunho, que no tempo del Rey Dom Afonso o quarto filho del Rey Dom Dinis ante da pestelencia grande, que foy a cabo de vinte & quatro annos, na era de mil & trezentos & oytenta & seis, ou ante desta mortindade hy avia sisas, que os povos deitavão entre si, cada huns em seus logares, como lhes prazia, quando taes necessidades avinhaõ, para que as ouvessem mister: assi como os moradores de Setuval, que sendo o logar de cercado aquelle tempo, & mandando este Rey Dom Afonso que o cercacem, lançarom entre si duas sisas por averem dinheiro pera se cercar. s. hũa sisa que chamavão grande, nos vinhos, que igualmente rendia quatro mil livras, que erão mil & trezentas dobras, & outra sisa meuda que rendia hũas quinhentas, & todas estas mil & oytocentas dobras se despendião no cercamento do logar de Setuval, & cousas a el pertencentes. E esta foy a primeira sisa que achamos que concelho lançasse, & durou, ata que a villa foy acabada. E depois em tempo del Rey Dom Fernando, por as grandes necessidades das guerras em que o Reyno foy posto, lançavão os povos entre si sisas para se portar os muitos encarregos que de taes feitos nasciaõ cada hũs em seus logares, especialmente Lisboa, que mor parte delles tinha de si para cercar essa cidade. E depois que taes necessidades eraõ acabadas, se outros mais não sobrevinhão, tiravão nas de todo, ou parte dellas, como os povos entendiaõ por seu proveito, tomando contas aos recebedores de taes sisas & thesoureiro a que eraõ entregues sem o senhor da terra, em taes feitos poer a maõ: e vendo os Reis tais rendas das sisas, avendo vontade de as aver, mostraraõ ao povo necessidades passadas, ou que eraõ por vir, & pediaolhas graciosamente por dous ou tres annos, & que logo as leixariaõ, outorgadas desta guiza, enbediaõ depois outra necessidade, para que as avião mister, & pedião nas por mais tempo, & assim lhe ficou a posse dellas, mas não que as elles deitassem.

DECISIO CXIV.

Si Rex novum tributum imponat aliquibus mercibus venditis, à quo solvi debeat?

SUMMÆ.

1. *Venditione facta in genere, ante traditionem est periculum venditoris; quod procedit quoad periculum interitus, & deteriorationis.*
2. *Tributum novum impositum rebus venditis emptor solvere tenetur, nisi in provisione, aut lege tale tributum constituente aliud sit expressum. & n. 12.*
   Tributum solvere debet, qui per traditionem mercium dominus factus est. Ibid.
3. *Obligatio generalis facta in venditione intelligitur, rebus*

rebus sic stantibus, ut erant tempore contractus; non autem ratione casus improvisi, non verosimilis, & supervenientis praeter omnium cogitationem. & num. 8. 10. & 12.

4. *Promissio generalis numquam intelligitur de casu, in quo verosimiliter promittens se non obligaret.*

5. *Casus fortuitus censetur factum Principis non speratum.*

Generalis renuntiatio casuum fortuitorum non comprehendit casus fortuitos. Ibid. & numer. 9. quod intellige, ut num. 10.

6. *Promittens defendere ab omni homine de jure & facto, non intelligitur de iis, quos de facto non poterat prohibere.*

7. *Casus noviter orti post venditionem pertinent ad emptorem. Ibid.*

Contractus ultra intentionem contrahentium non obligant.

9. *Fortuitus & insolitus casus quando dicatur.*

11. *Casus omissus remanet in dispositione juris communis.*

13. *Exceptio firmat regulam in contrarium e socus, quando sub regula comprehenditur aliquid diversum ab eo, quod alias regula secundùm suam naturam continebat.*

Quid decisum fuerit in hac quaestione. Ibid.

QUæstio hæc in facto contigit in duobus mercatoribus; unus namque alteri certas merces vendidit, quibus venditis, Rex novum tributum illi generi mercium imposuit: quæsitum fuit, quis ex illis novum tributum solvere teneretur, an venditor, an emptor?

1 Et videtur, quòd hoc novum tributum venditor solvere debeat, quia venditio fuit facta in genere, quo casu ante traditionem periculum pertinet ad venditorem, & non ad emptorem, *l. quod sæpè. §. in iis. D. de contrah. empt. Gloss. 1. l. quod si neque. D. de periculo & commod. rei vend.*

Contrarium tamen verius est, quia jura suprà citata procedunt, quoad periculum interitus vel deteriorationis, quia genus nec perire nec deteriorari potest, *l. incendium C. si cert. petat. l. in ratione 15. §. diligenter. D. ad leg. Falcid.*

2 Nos autem agimus de tributo rebus venditis imposito, quia in re Socin. *consil. 147. libr. 2.* tractans, ad quem solutio hujusmodi onerum pertineat, & multos casus distinguens, concludit *numero* 3. quòd, ubi hæc quæstio tractatur inter emptorem & venditorem (qui noster casus est) semper solutio onerum pertinet ad emptorem, nisi in provisione Regia, aut lege tributum constituente contrarium sit expressum. *l. debet in fine. D. de adilit. edict.* per quam ita tenet Bald. *in l. si prædium. numero 6. Cod. de adilit. edict.* extollit Roman. *singulari* 582. Jason. *in l. fin. numero 41. Cod. de jur. emphyteut.* & ita consulit Alexand. *consil. 51. numero 4. libro* 3. Sylvan. *consil. 8. num. fin.* Gozad. *consil. 65. numero 1.* & ita judicavit Capella Tholos. *quæstio* 451. eò maximè si tempore quo novum tributum fuit impositum, merces traditæ jam erant, quo casu certum est onus solvendi tributum incumbere illi, qui per traditionem dominus effectus est. *l. cùm in plures. Paragrapho vehiculum. D. locati.* Bald. *in l. 1. ad fin. D. de aliment. & cibariis legat. cum similibus,* de quibus per Socin. *d. cons. 247. in principio. libr. 2.*

Sed adhuc emptor pro se allegare potest, quòd 3 venditor suscepit in se onus solvendi hoc novum tributum, quia obligavit se tradere merces liberas ab omnibus juribus, & sic juxta verborum generalitatem videtur etiam in se suscepisse onus solvendi hoc novum tributum. Sed eo non obstante, non tenetur novum tributum solvere, quia prædicta obligatio venditionis recipit hanc conditionem, rebus sic stantibus, ut erant tempore contractus, non verò si novus casus superveniat, de quo nec dictum, nec cogitatum est, *l. quod servus. D. de condictione causa data leg. quæro §. inter locatorem. D. locati. leg. cùm quis. in princip. D. de solutionibus, cap. 2. de renuntiat. cap. quemadmodum de jurejurand. cap. ne quis. ad fin. 22. quæst. 2.* & ibi Gloss. fin. cum similibus, de quibus per Boër. *decis. 104. ex num. 14.* & in materia tradit Alexand. *cons. 107. nu. 15. lib. 3.* Et procedit sine dubio hæc interpretatio, quando is casus novus supervenit contra id, quod vulgus existimabat, & quod in mentibus hominum credebatur non eventurum, nam de tali casu non potest intelligi obligatio, *l. cum Aquiliana. D. de transaction.* & in notabili casu tradit Anchar. *cons. 204.* pluribus rationibus, ex *num.* 3. Felin. *cons 43. numer.* 8. Aymon. *cons. 95. num. 3. & cons. 233. num. 3.* Similiter & sine dubio procedit prædicta interpretatio, quando is casus superveniens non erat verosimilis, ac ita etiam non fuit cogitatus, nam & de tali promissione intelligi non debet, Alexand. *cons. 107. num. 16. lib. 7.* arg. *l. fistulas. §. fin. D. de contrahend. empt.* Unde dicit notabiliter Ruinus *cons. 79. colum. fin. lib. 1.* quòd obligatio numquam intelligitur, quando supervenit casus inopinatus, & qui verosimiliter sequi non debebat, & per consequens nec prævideri poterat; nam quod non est verosimile, non est firmiter considerabile, *l. qui habebat.* cum Gloss. fin. *D. de leg. 3.* ac ideò secundùm eum obligatio ex intentione partium, ratione hujus casus improvisi, debet intelligi, rebus sic stantibus, quæ omnia militabant in casu præsenti: probabatur namque, hunc casum novi tributi numquam fuisse cogitatum, nec verosimiliter fuisse imponendum.

Secundò, quia promissio generalis numquam 4 intelligitur, quando supervenit casus in quo verosimiliter promissor se non obligaret, *l. obligatione generali. D. de pignoribus. leg. 1. C. quæ res pignor. c. 2. de pœnit. remiss. in 6.* Ex quibus desumitur reg. *cap. in generali. de reg. jur. in 6.* ratio hîc militabat, quia si venditor sciret hoc novum tributum, non venderet merces illo pretio tam exiguo, & ut notabiliter dicit Ruin. *cons. 79. colum. fin. lib. 1.* quando ex casu incogitato sequitur, quòd venditor remaneret in damno, non obligamus hoc casu venditorem, quia nemo præsumitur jactare suum, *l. cùm de indebito. D. de probat.*

Tertiò, quia factum Principis non speratum, 5 censetur casus fortuitus, *l. Lucius. Cod. de evict.* Paul. *consil. 220. proponitur. numero 1. libro 1.* Alexand. *consil. 97. numero 4. libro 1.* & vide Rolandum *consil. 43. libro 3.* Aymon. *consil. 95. numero 1.* Socin. *in l. quidam relegatus, in principio. numer. 3. D. de rebus dubiis.* Afflict. *decis. 54.* Maximè quia

Princeps promiserat se non positurum hujusmodi novum tributum: & casus fortuitus & insolitus est, si Princeps conventa non servet, Socin. *cons. 44. colum. penult. versic. praeterea. libro 1.* & adversus Alexandr. *consil. 97. numer. 11. libr. 3.* defendit Menoch. *consil. 27. numer. 27.* Et obligans se generaliter non videtur sentire de casu fortuito, *l. 2. Paragrapho si eo tempore. D. de administrat. rerum ad civit. pertin. l. quae fortuitis. C. de pignor. act.* ut enim notabiliter dicit Fulgos. *consilio 193. factum. ad fin.* conventio interpretanda est sub hac conditione, si modò is casus cura & solicitudine evitari potest: quinimò, ut notabiliter inquit Bald. *cons. 395. lib. 2.* generalis renuntiatio casuum fortuitorum non comprehendit casus, qui ex plenitudine potestatis Principis descendunt, cùm illi nec sint in hominum potestate, ac proinde excogitari non possint: quod etiam tradit Jason. *cons. 26. libr. 3.* Aymon. *cons. 95. num. 1. & 5.*

6 Hinc est, quòd qui promittit defendere ab omni homine, de jure & facto, non intelligitur promisisse de his, quos de facto non poterat prohibere, *l. fluminum. Paragrapho quamq.* & ibi Bartol. *D. de damno infect.* Jason. *in l. stipulatio ista in princip. colum. fin. D. de verbor. oblig.* Cùm igitur praedictus casus non fuerit comprehensus in praedicta promissione, remanet in terminis juris communis, secundùm quos certum est, casus noviter ortos post venditionem pertinere ad emptorem, *l. 1. C. de pericul. & commod. rei vendita.* optimus text. *in l. Lucius. D. de evict.* notat Angel. *consil. 176. ad finem.* Jason. *in d. l. stipulatio ista in princ. colum. fin. ad finem. de verb. obligat.*

7 Quartò facit, quia ex ipso contractu constabat, venditorem voluisse liberare emptorem ab illis oneribus, quae ratione sui contractus ad eos pertinebant: & contractus numquam obligat ultra intentionem, *l. non omnis, D. si cert. petat.* quinimò, ut notabiliter inquit Bald. *cons. 145. casus num. 2. lib. 3.* cum constat de modo obligationis, ad sensum veritatis trahendus est sensus Scripturae confirmatur ex traditis per Alexand. *cons. 51. num. 3. libr. 3.* ubi inquit, verba semper interpretanda esse contra eum, qui fundat se in Scriptura, ex hoc inferens, faciendam esse interpretationem contra emptorem, qui per Scripturam praetendit obligare venditorem ad id, ad quod aliàs tenebatur.

8 Quintò facit, quia licet venditor assumeret in se nova tributa, tamen non tenebatur ad istud solvendum; nam qui obligat se ad tributa & onera solvenda, non videtur intelligere de oneribus insolitis, & incogitatis, Ripa *in l. si ex toto numero 16. D. de leg. 1. in princip.* vel de excessivis. Anton. Rub. *cons. 135.* per reg. text. *l. Fistul. Paragrapho fin. D. de contrah. empt.* planè istud onus, sive novum tributum fuisse insolitum, probabatur per testes, quòd numquam homines cogitarunt, quòd tale tributum imponeretur: ergo is casus insolitus & incogitatus debet reputari, ex traditis per Rip. *de peste. 1. part. 2. principalis numer. 101.* ubi inquit, quòd quando casus aliquando evenit, & tamen non in illa regione, dicitur insolitus, & incogitatus, quia ad sciendum, an casus sit insolitus & incogitatus, quando aliquid evenit contra id, quod in mentibus hominum sperabatur eventurum, & contra id quod vulgus hominum existimabat. Anchar. *cons. 402. pluribus n. 4.* sed is casus talis est, ut venditor probabat: ergo dici debet insolitus, & incogitatus.

Accedat, quòd casus dicitur insolitus, qui evenit praeter omnem verosimilitudinem, & cogitationem prudentis viri, licet forte à prudentissimo imaginari potuerit, Rip. *ubi suprà.* Alciat. *responso. 157. num. 7.* Denique cùm Rex promisisset hoc tributum se non positurum, & posteà propositum mutavit (ex justa causa, ut est credendum) is casus insolitus & incogitatus debet reputari, Aymon. *cons. 95. num. 2.* Alexand. *cons. 97. numer. 4. libr. 3.* Afflict. *decis. 54. numer. 2.* Bossius *titul. de remiss. merced. num. 66.* ergo is casus insolitus & incogitatus non debuit obligare promissorem: nam & qui suscepit casus fortuitos, non videtur intelligere de insolitis & incogitatis, Bart. *in l. sed & si quis. §. quaesitum ad fin. D. si quis cautionibus.* & ibi Jas. *num. 33.* & esse receptam sententiam, à qua in judicando & consulendo non sit recedendum, asserit Gratus *cons. 94. n. 42. lib. 2.* Bossius *ubi supra, num. 66.* Ripa *ubi sup. ex num. 99.* qui omnes pro hac conclusione adducunt text. *in l. fistulas. §. fin. D. de contrahenda empt.* ubi probatur quem teneri de casibus insolitis, quando ad eos expresse se obligavit, quasi aliàs ad eos non teneatur, item prout Gloss. fin. ibi collegit, Jurisconsultus apertè vult, quòd qui obligavit se ad casus insolitos, non tenetur de solitis; & per argumentum à contrarijs sentit, quòd qui se obligavit de solitis, non tenetur de insolitis, & vide Gloss. *Extravag. 1. de dolo & contumac. inter omnes.* Sed qui simpliciter suscepit casus fortuitos, videtur de solitis intelligere, non autem de insolitis & extraordinarijs, *l. Seio. §. Medico.* & ibi Bart. *D. de annuis legat.* Bald. *in l. falsus. num. 31. C. de furtis.* Aretin. *in l. hujusmodi. ad fin. D. de verborum obligat.* Ergo verum est dicere, quòd qui simpliciter in se suscepit casus fortuitos, non remanet obligatus ad casus insolitos, & extraordinarios.

Et licet circa hoc controversia sit apud scribentes, tamen vera videtur resolutio, quòd quidam sunt casus fortuiti, qui tamen aliquando solent contingere, & consequenter, qui saltem in genere poterant praevideri, & de his tenebitur, qui in se suscepit casus fortuitos, arg. *l. qui jure militar. D. de militari testam.* Quidam sunt casus, qui rarissimè contingunt, & sic de quibus verosimiliter, nec in genere, nec in specie fuit cogitatum: & tunc suscipiens casus fortuitos de his non tenebitur, argum. *l. cum Aquiliana. D. de transact.* & ita Corn. *cons. 12. n. 6. lib. 4.* Ripa *ubi suprà. n. 99.* Anton. Rub. *in l. sed & si quis. §. quaesitum. num. 51. D. si quis cautionibus.* sed is casus novi tributi numquam fuerat cogitatus, ut probabatur: ergo etsi venditor tributa nova in se susciperet, non tamen tenebatur de hoc insolito.

Non obstant ea, quae pro contraria parte suprà sunt adducta: nam ad primum respondebatur, quòd promiserat tradere merces liberas ab omni tributo, scilicet quod esset tempore contractus, & non de illis, quae posteà incogitatè posita sunt, Alciat. *respons. 157. in finem.* & hac etiam ratione consuluit Alexand. *cons. 28. numer. 9. libr. 1.* quòd licet quis suscipiat in se omnes casus, qui imaginari possunt, non ob id videtur intelligere de omnino

nino insolitis, & non verosimilibus, Corn. *cons.* 12. *num.* 5. *lib.* 4.

12 Non obstat etiam, quod emptor non solveret pro mercibus tantam quantitatem, si sciret debere solvere novum tributum, quia intelligitur, rebus sic stantibus, non verò casu insolito superveniente; ia enim casua remanet in dispositione juris communis, *l. si cùm dotem. in princ, D. solut. matrim. l. si extraneum. D. de condict. causa data.* secundùm quam omnia impositum rebus post venditionem pertinet ad emptorem. *l. debet. in fin. D. de adilit. edicto.* & suprà diximus, & quia casus noviter ortus post venditionem semper pertinet ad emptorem. *l. Lucius. D. de evict.* Angel. *cons.* 176. *ad fin.* Denique ut notabiliter dixit Fulgos. *cons.* 193. *ad fin.* in re ambigua magis juris communis observantiæ indulgendum est, arg. *l. si quando. C. de inoffic. testam.* & potiùs actioni denegandæ, & liberationi concedendæ, *l. Arrianus, D. de act. & obligat.*

13 Non obstat etiam, quod in Scriptura solùm excipitur, quod emptor solveret salarium notario, & exceptio firmat regulam in contrarium, Aymon *cons.* 195. *num.* 10 Respondetur enim ex traditis per Aleand. *cons.* 28. *num.* 1. *lib.* 1. quod licet exceptio firmet regulam in casibus non exceptuatis, non tamen facit quod sub regula comprehendatur aliquid diversum ab eo, quod aliàs regula secundùm suam naturam continebat, *l. generali. §. uxori.* & ibi Bartol. *D. de usufruct. legato. l. Lucius. §. pluribus.* & ibi Bart. & Angel. *D. ad Trebel.* sed obligatio solvendi onera, & tributa, secundùm sui naturam non comprehendebat casum insolitum, & incogitatum, ut dictum est suprà; ergo exceptio non potest ampliare obligationem, ut etiam illam comprehenderet, quod in terminis tradit Alexand. *cons.* 51. *numer.* 5. *lib.* 3. Alciat. *respons.* 157. *num.* 8. Et sic pro venditore decisum fuit.

DECISIO CXV.

Arma & ferrum quando possunt deferri ad infideles, circa intellectum Ordin. *libr.* 5. *titul.* 109.

SUMMÆ.

1. *Tempore guerræ nihil potest deferri ad Saracenos, vel alios inimicos nominis Christiani, nisi pro redimendis captivis.*
   Et quid tempore pacis. Ibid.
2. *Et an hoc procedat in omnibus infidelibus cujuscumque nationis, & num. seqq.*
3. *Hostes qui dicantur propriè.*
4. *Intelligitur cap. Ita quorumdam, de Judæis.*
5. *Prohibitio Ordin. libr. 5. titul. 106. particularis est in hoc regno.*

1 Habito pro constanti cum communi resolutione, quod tempore guerræ nihil potest deferri ad Saracenos, vel alios nominis Christiani inimicos, nisi pro redimendis captivis, *cap. significavit. de Judæis*, & quod tempore pacis omnia ad illos deferri possunt, ut sentit *cap. quod olim. de Judæis.* præter arma, & alia, quibus Christiani impugnari possint, hæc enim nullo tempore ad eos deferri possunt. *cap. ita quorumdam. & cap. ad liberandam. de Judæis*, est communis resolutio ex Panormitan. & Felin. *in cap. quod olim. in principio de Judæis.* Alexand. *cons.* 130. *libr.* 7. Capic. *decis.* 150. & Soarez *allegat.* 18. & probat Ordin. *libr.* 5. *titul.* 109. & vide omnino Strach. *de mercat.* 2. *part.* 2. *num.* 40. *pag.* 68. & *l.* 22. *titul.* 5. *part.* 5. & ibi Greg. Lopez *in gloss. Trigo.* videndum est utrùm hæc recipienda sint in omnibus infidelibus.

Et prima facie videtur, quod sic, ex *l.* 2. *C. quæ res exportari non debeant*, quæ prohibet ferrum factum & infectum, & alia similia deferri ad alienigenas barbaros cujuscumque nationis, & sic omnes infideles videtur comprehendere: & idem colligitur ex *l. unic. Cod. de litterarum & itinerum custod. libr.* 12. & ita licet jura antiqua loquantur de solis Saracenis, tamen Bulla Cœnæ generaliter loquitur de omnibus inimicis nominis Christiani. 2

Secundò, quia arma ea ratione prohibentur deferri tempore pacis, quia convenit illos carere armis, ne validiores facti impugnent fideles, ut colligitur ex *d. l.* 2. *C. quæ res exportari non debeant.* notat Felin. *in d. cap. quod olim. in princip. de Judæis.* Capic. *decis.* 105. *num.* 2. quæ ratio in quibuscumque infidelibus locum habere videtur, & in hac materia licita est extensio ea identitate rationis, Gloss. recepta in *l.* 1. *C. quæ res exportari non debeant.* & confirmatur, quia ea verba *d. cap. ita quorumdam.* ibi, *impugnant.* exponuntur, id est, expugnare possunt. Panormitan. ibi, & communis: quod in omnibus fidelibus militat.

Veriùs tamen videtur tantùm habere locum in Saracenis & Turcis, & aliis inimicis generis Christiani, qui illos impugnant actu vel habitu; habentea potentiam, vel occasionem, odio nominis Christiani, & eò tantùm quòd Christiani sint, quia in his tantùm invenitur imposita prædicta prohibitio, eleganter Navarr. *in cap. ita quorumdam. notab.* 4. *numero* 26. *de Judæis.* Strach. *ubi suprà.* Unde extra hunc casum servanda est regul. quod commercia omnia sunt licita de jure gentium. *l. ex hoc jure. D. de justit. & jure.* nisi quatenus inveniantur prohibita ex aliqua justa causa, *l. si in emptione, Paragrapho omnium. D. de contrah. empt.* Secundò, quia cum Judæis licitum est contrahere, & quolibet commercium habere, *l. nemo à* 2. *Cod. de Judæis. cap. Postulasti in fine. cap. penult. eodem tit.* Ergo & cum aliis infidelibus, qui non sint de nominatis superiùs.

Nec obstant contraria, nam ad primum respondetur, quòd dum illa jura loquuntur de barbaria nationibus, debent exponi, id est, hostibus populi Romani, ut colligitur ex text. expressò *in l. cotem ferro. in princ. D. de publicanis.* & tradit Gloss. *in l.* 2. *C quæ res export. non deb. & Gloss.* 1. *leg.* 2. *C. de commerciis & mercator.* Gloss. *leg.* 3. *C. de servis fugit. gloss.* 2. *leg. fin. Cod. captivis.* ac ita ea prohibitio tantùm locum habet in illis barbaris, qui sunt hostes populi Romani. Unde videndum est, quinam barbari hostes dicantur. & Bart. *in l. hostes. num.* 8. *D. de captiv.* distinguit inter infideles: nam quidam sunt, cum quibus pacem habemus; & hi non dicuntur hostes. alij sunt, cum quibus nec pacem, nec bellum habemus propter distantiam, ut sunt Indi; & hi etiam 3

 non

non dicuntur hostes: quidam sunt, cum quibus frequenter bellum gerimus, ut sunt Saraceni & Turcæ; & hi dicuntur hostes, quia scilicet ex parte nostra semper cum illis justum est bellum, quia habent occupatam Terram Sanctam, & aliàs Christianorum regiones Bart. *in leg. Christianis. C. de paganis.* Innocent. *in cap. quod super his. de vot.* Item ex parte sua solent frequenter bellum gerere. Unde consequitur, quod infideles, cum quibus pacem habemus, vel non solemus cum illis prælia habere (& hia concurrentibus idem dicetur in gentibus, vel aliis infidelibus, juxta generalia verba Bullæ Cœnæ, Navarr. *in cap. ita quorumdam. notab. 4. n. 21. de Judæis* qui tamen hoc eleganter declarat, & prosequitur) non dicuntur hostes, & consequenter in illis non habet locum prohibitio, de qua superiùs.

4 Non obstat secundum, quia respondeo ex text. *in cap. dispar. 23. quæst. 8.* ex quo colligitur, quod Saraceni, qui Christianos persequuntur, & eos à propriis sedibus expellunt, hostes sunt, & consequenter prædicta ad illos deferri non possunt; sed secus est in Judæis, cum quibus non solemus bellum gerere: unde idem erit in aliis infidelibus, in quibus fuerit eadem ratio, adversus quos etiam ex parte nostra non est licitum bellum, quia pagania pacificè viventibus non est inferenda molestia. *l. Christianis. C. de Judæis*, nisi nolint recipere prædicatores Evangelij, Innocent. *in cap. quod super his. n. 8. de voto.* Unde licet verba *d. cap. ita quorumdam, de Judæis*, exponantur, quibus Christianos impugnant, id est, impugnare possunt, debent tamen referri ad eos, qui frequenter eos solent impugnare, & qui verosimiliter eos impugnabunt, aliàs secus, & vide omnino Navarr. *in d. cap. ita quorumdam. notabil 4* & in specie ita tenet Alex. *cons. 130. n. 5. l. 7.* ubi concludit, quod prohibitio de non inferendis armis, tantùm habet locum in Saracenis, vel hostibus nominis Christiani, qui actu vel habitu habent bellum cum Christianis, odio solo nominis Christiani, & quod ad alios prædicta deferri possunt, & idem concludit Boer *decis. 178. n. 20.* Soares *allegat. 18.* Navarr. *in manuali. c. 27. n. 36.* quem etiam omnino vide optimè prosequentem *in d. cap. ita quorumdam. notabil. 4. & in manuali. in 1. declaratione. ad Bullam Cœnæ Domini.* ubi inquit, sub ea prohibitione non contineri, qui arma deferunt ad Judæos, hæreticos, vel gentiles, cum quibus non est bellum Christianis, quia nec verba, nec mens, nec ratio illis videtur convenire: nec enim conveniunt Judæis, ex ratione *cap. dispar. 23. quæst. 8.* nec hæreticis, quia hi non dicuntur hostes, ex definitione *l. hostes D. de captivis.* nec gentilibus, cum quibus Christiani non solent bellum gerere, ut suprà diximus.

5 Unde infertur, quod dum Ordin. *lib. 5. tit. 106* prohibet ad hos gentiles deferri *ferros da feição que os negros querem em Guiné, de que pedem, & fazem nas ditas terras azagaias, & outras armas, & ferramentas*, ea prohibitio particularis est in hoc regno: nam jure communi etiam arma ad eos deferri possunt, juxta suprà dicta: pertinet tamen ea prohibitio ad bonam gubernationem Regni: & est sustinenda; ne fortè detur occasio Nigris bellum movendi, & damnum inferendi; ut ita verificetur regul. quod qui causam damni dat, &c. *cap. ultim. in fin. de injuriis. l. qui occidit. §. ultim. D. ad l. Aquiliam.* vel quando hi possunt transferre arma, vel ferrum ad hostes Christiani nominis: nam tunc etiam his deferri non possunt, arg. *l. quis sic. D. solut.* Navarr. *in d. cap. ita quorumdam. notab. 4.* & vide Gammam *decis. 304.*

DECISIO CXVI.

De Ambasiatoribus, seu Legatis.

SUMMÆ.

1. *Legati, seu Ambasiatores sunt viri magnæ fidei, & auctoritatis, & repræsentant personam Regis, seu Principis, aut Reipublicæ, à quibus mittuntur.*
Ambasiatorum munus est publicum. Ibid.
2. *Qui Ambasiatorem offendit, incidit in crimen læsæ Majestatis, ac si Principem offenderet.*
3. *Legati, & Ambasiatores dicuntur etiam illi, qui à civitatibus, & oppidis regni, ad Regem mittuntur.*
4. *Magistri epistolarum qui dicantur.*

Ambasiatores, seu Legati mittuntur ad Reges 1 per alios Reges, Principes, seu Respublicas liberas, & communitates, *l. 1. D. de legationibus.* Mart. Laudens. latè *in tract. de Legatis.* Ordin. *lib. 3. tit. 4. in principio. §. 1.* ibi, *Se algum Embaixador vier a nos de fora de reyno com embaixada de algum Principe, ou communidade.* qui Legati, seu Ambasiatores sunt personæ, quibus multum creditur: semper enim sunt viri magnæ fidei & auctoritatis, ut est text. *in l. secundum. in §. ordine. D. de legat.* & facit text. *in cap. ad Apostolicæ. post principium. de re judicat. lib. 6.* ubi Dominicus *num. 3.* Tirsqnel. *de nobilitate. cap. 20. num. 43.* Et repræsentant personam Regis, seu Principis, aut Reipubl. à quibus mittuntur, *cap. magnum 11. quæst. 1. cap. solitæ.* ubi Felin. *de majoritat. & obedientia.* tradunt Doctores *in l. 12. §. 1. D. de judiciis.* Lucas de Penna *rubrica, de legationibus. lib. 10. ubi plenè Boërius de auctoritate magni consily. numer. 118.* post Gloss. *in pragmat. sanctione. §. 10. in vers. viso Regia. col. 4. verbo, oratores.* Et munus Ambasiatorum est publicum, *l. 1. Cod. ex quibus causis majores.* Pragmatic. *ubi supra.* Martin. Laudens. *de legat. Principum. quæst. 4. vel. 13 tract.* & vide eumdem de iis *fol. 117.* Gloss. *verbo, Ambasiatores.*

Et qui offendit Ambasiatorem incidit in crimen 2 læsæ Majestatis, tamquam offendens Principem. Bald. quem refert Alciat. *in rubr. de officio Ordinarij. n. 32.* Gigas *de crimine læsæ Majestatis. q. 16. fol. 39. in parvis.* ubi id optimè declarat. & *quæst. 33. n. 3. & n. 110. fol. 72. & 73.* sanctum namque & inviolabile est jus legatorum, *l. sanctum. D. de rerum divis.* & securitatem habent de jure gentium, Martin. Laudens. *ubi supra q. 38.* & ante eum Angel. *in l. 2. §. legatis. D. de judiis.* Ordin. *d. libr. 3. titul. 4.* & vide Valerium Maximum *lib. 6. de fide publica.*

Qui à civitatibus, & oppidis regni ad Regem 3 mittuntur cum legatione, Legati etiam, & Ambasiatores dicuntur. Ordin. *d. lib. 3. tit. 4. in princip. §. 1.* & est de jure, text. *in l. 2. §. legatis. l. si quis in legatione. & l. non. aliàs. §. legati. D. de judiciis. l. legati quoque. D. ex quibus caus. major.* & viaticum, quod iis dabatur,

dabatur, legatitium vocabatur. *l. munerum. §. legati quoque. D. de muneribus & honoribus. l. 2. §. hu. D. de legat. l. Titio. D. ad municipalem.* Prateua *in lexico juris. verbo, legatitium.*

4 Et qui (ut hoc obiter dicam) his civitatum legationibus, & postulatis, & precibus audiendis, & ad Principem referendis præerant, magistri epistolarum dicebantur, quorum meminit Spartianus in Hadriano, & Sydonius Apollinaris *lib. 9. Epistolar.*

DECISIO CXVII.

Utrùm habitantes, & residentes in civitate Olysipponensi, si tamen habeant bona immobilia in provincia Brasilia, gaudeant eodem privilegio, quo incolæ qui personaliter habitant in terris prædictæ provinciæ gaudent, circa solutionem tributorum ex mercibus quas exportari jubent?

SUMMÆ.

1. *Facti series.*
2. *Referuntur verba foralis.*
3. *Dictio, &, ponitur inter diversa.*
4. *Mandans aliquid fieri, an dicatur ipse verè facere, vel interpretativè?*
5. *Verba privilegij debent strictè interpretari, si verba restrictionem patiantur, vel per privilegium derogetur alicui legi; alias secus.*
   Privilegia Principum dum tangunt jura concedentium, debent latè interpretari. Ibid.
   Idem in donationibus.
6. *Consuetudo utilitati publicæ contraria non valet.*
7. *Incola ut quis dicatur, quid requiratur remissivè.*
   Et incola propriè quis dicatur, num. 8.
9. *Copulativa, &, posita inter genus & speciem, non inducit diversitatem.*
10. *Copulativa, &, si cadat inter duo, quorum unum de necessitate inest alteri, illa duo resolvuntur in unum sicut adjectivum alteri.*
11. *Incola non dicitur quis alicujus provinciæ seu civitatis in qua domicilium non habet, licet ibi habeat bona immobilia.*
12. *Ordin. lib. 2. tit. 56. §. 1. cum sequentibus, exprimit casus omnes, in quibus potest quis dici incola, ad hoc, ut gaudeat privilegio exemptionis.*
13. *Quid judicatum sit in hac quæstione.*

1 *OS herdeiros de Jorge de Figueredo Correa, Capitão da capitania de São Jorge dos Ilheos nas partes do Brasil, & Mendesaa, & Lucas Giraldes, & outros todos moradores na cidade de Lisboa, se aggravarão de os officiaes d'Alfandega da dita cidade lhe fazerem pagar dizima de açucar, & outras mercadorias que das ditas partes mandavão trazer por ser contra o privilegio, & foral que el Rey concedera ao dito capitão, & moradores, & povoadores das ditas partes, no qual foral esta hũs verba que diz assim.*

2 *E querendo o dito capitão, moradores, & povoadores da dita capitania trazer, ou mandar trazer por si, ou por outrem a meus reynos, & senhorios quaesquer sortes de mercadorias, que na dita terra, & partes della ouverem, tirando escravos, & outras cousas que atras são defezas, podelo hão fazer, & serão recolhidos, & agasalhados, em quaesquer portos, & cidades de meus reynos, &c. E não pagarão dellas direitos alguns somente a sisa de que venderem, posto que pollos foraes, regimento, ou custume dos taes lugares fossem obrigados a pagar, &c.*

Allegabant autem pro se primò, quod mens Regis concedentis tale privilegium ea fuit, ut non solùm in eo includerentur incolæ & habitantes in terris prædictæ provinciæ, sed etiam omnes alij, qui suis sumptibus domos & ædificia (vulgò *engenhos*) in ea provincia erigebant, castella, & milites ad ipsius terræ defensionem propriis expensis sustentabant, prout ipsi faciebant: unde meritò verè & propriè sub illo verbo, *& povoadores*, includebantur; nam dictio, *&*, ponitur inter diversa, ut per Gloss. *in rubr. de juris & facti ignorantia.* & Bart. *ibi.* latè Bald. *in l. 1. C. quando non petent. part. quæstio 6.* ubi concludit, quod jus conjunctionis habetur instar substitutionis, & inquit, quod in una persona non cadit copula, quia quævis copula requirit duo extrema, sicut requirit substitutio, *l. fin. de vulgar. substit.* copula enim semper ostendit pluralitatem cùm haberet copulare diversa, & nulla est conjunctio, nisi jungat diversa significata. 3

Secundò, quia secundùm juris communis regulas, tam propriè illi dicuntur incolæ quorum mandato & industria in prædicta provincia pagi populosi extruuntur, quàm illi qui dictam provinciam personaliter habitant & incolunt, tenet expressè Bartol. *in l. sed si unus. Paragraphe servus meus. D. de injuriis.* ubi inquit, Quæro circa hanc legem, utrum ille, qui mandat aliquid fieri, secuto facto, dicatur ipse verè facere, vel dicatur facere interpretativè Idem Bartol. *in l. fin, qui pro emptore D. de usucapionibus.* & ibi DD. & alia multa jura sunt, quibus probatur quod tunc ille verè facit, cujus mandato aliquid fit. text. est *in cap. mulieres. de sententia excommunic. in § illi verò.* ibi, *Cùm is committat. verè, cujus auctoritate vel mandato delictum committi probatur. reg. qui per alium de reg. jur. in 6. cum vulgaribus.* 4

Tertiò, quia licet hîc agatur de privilegio, cujus verba secundùm juris regulas strictè debent interpretari, tamen id procedit quando verba privilegij patiuntur illam restrictionem, aliàs secus, vel quando per privilegium derogatur alicui legi, secus si privatam tantùm, ut per Jason. *in l. si quando. C. de inofficios. testament.* & alios quos ibi refert: sed sic est, quod tributum hoc tangit solùm personam Regis concedentis tale privilegium; igitur non debet restringi, imò ampliari, & interpretari contra concedentem. ita Bald. *in l. nec avus. D. de emancipat. liberorum.* ubi inquit, quod tunc privilegium strictè debet interpretari, quando traheretur ad injuriam alterius: secus si agatur tantùm de præjudicio Principis concedentis, prout in præsenti casu agitur, quia tunc latissima est facienda interpretatio. text. *in l. impubes. D. de administrat. tutorum.* Paul. *in l. beneficium. D. de constitut. Principum.* ubi Jason. *num. 9.* Innocent. *in cap. cùm dilecti de donat.* ubi inquit, privilegia Principum dum tangunt jura concedentium, sunt latissimè interpretanda. Abb. *in cap. ex parte* O. 3. *de decimis.* & 5

diximus

diximus supra, & donatio magis propriè dici debet, prout ipse Rex declarat, quàm privilegium: donatio autem latissimam recipit interpretationem. *dict. l. beneficium*, & ibi Paul. *num. 9.* & Jason. latè Igitur, &c.

6 Nec obstat consuetudo antiqua, in qua esse dicunt prædicti officiales Basilicæ mercium, recipiendi prædictam decimam; respondetur enim, quod cùm donatio hæc concessa fuerit in utilitatem & commodum Reipublicæ, & quod magis est, in augmentum fidei Christianæ, & regni, in prædicta provincia non potest consuetudo talis, imò nec lex aliqua in contrarium operari, *l. fin. C. si contra jus, vel utilitatem publi.* ibi, *nullam sacram annotationem, quæ generali juri, vel utilitati publicæ adversa esse videatur.* Maximè, quia cùm consuetudo hæc privatis personis, scilicet Capitaneo & aliis fit nociva, necessum erat ut ipsi in ea consentirent per aliquem actum expressè vel tacitè. tradit Innoc. *in rubric. de consuetudine.* Felin. *in cap. cùm omnes, vers. decimo falli. de constitut.* atqui ipsi numquam talem consuetudinem approbarunt, nec in ea consenserunt. Igitur, &c.

7 Nihilominus tamen per Procuratorem Regium, qui causæ assistens fuit, & pro parte officialium Basilicæ mercium allegabatur in contrarium, quod prædictus Capitaneus, & omnes alij qui in civitate Olysipponensi, & in curia domicilium habebant, nequaquam poterant comprehendi sub verbis dicti foralis, quod solùm loquitur in incolis: & ad hoc ut quis dicatur incola, requiritur unus de tribus modis, quos ponit Bart. *in rubr. C. si à non competent. judice.* & nullus illorum hîc reperitur. Igitur, &c.

8 Item quod de jure incola ille est, qui in aliqua regione domicilium suum contulit, *l. pupillus. Paragrapho incola.* & ibi Gloss. *D. de verborum signific.* Joan. de Plat. *in l. est verum. numer. 2. Cod. de incolis.* & constituitur domicilium animo, & facto. Gloss. & Bartol. *in l. placet & in l. domicilium. D. ad municipal. & de incolat.* Bart. *in l. prædia. Paragrapho 1. D. de fundo instruct.* Cùm ergo hi numquam domicilium, quod habent in hac civitate, amiserint, nec provinciam Brasiliensem personaliter habitaruot, non possunt uti prædicto privilegio concesso *aos moradores, & povoadores*; quia cui non conveniunt verba legis, non convenit ejus dispositio. *l. hoc accusare. Paragrapho omnibus. D. de accusat. l. 3. D. de damno infect.*

9 Nec etiam possunt juvari verbis illis, *& povoadores*, quatenus dicunt, quòd copulativa cadit inter diversa, juxta Gloss. *in rubr. D. de juris & facti ignorantia.* & ita dicunt esse quid diversum verbum *moradores*, ab alio verbo, *& povoadores.*

Respondetur enim, quod illa copulativa, *&*, fuit posita inter genus & speciem, quo casu non inducit diversitatem, ut per Alexandr. *in addit. ad Bart. in dict. rubric. de juris & facti ignorant.* & ita notat Gloss. *in rubr. C. de servitut. & aqua.* ubi tradit divinam Scripturam, quæ dicit, *dicite discipulis ejus, & Petro.* & in propria nostra materia ponitur aliquando copula inter genus & speciem, prout videre est in rubrica de municipiis, & originariis, ubi Joan. de Plat. & *in rubrica. D. ad municipal. & de incolat.* & est text. *in l. cives, & incola. Cod. de appellat.* Nam verbum hoc, *morador*, est genus; comprehendit enim multos modos, quibus quis efficitur incola de quibus Cravet. *in l. cives. Cod. de incolis. libro 10.* ubi bona Gloss. *& in l. 2. Cod. ubi senator vel clarissimi*, & est nostra Ordin. *libr. 2. titul. 56.* & verbum, *povoador*, est species, quod intelligitur de illis qui personaliter habitant dictam provinciam, & subeunt onera personalia & realia illius terræ, & propterea dixit Bartol. *in l. 1. D. ad municip. & de incol. colum. 4. numer. 17.* quod qui non subit munera, non est propriè municeps; & est elegans decisio Matthæi de Afflict. 384. *non penam.* Cùm ergo prædicti actores non subeant onera personalia illius terræ, meritò nullo modo possunt dici habitatores: nec cadit in illis nomen, *de povoadores*, ex eo quia semper resident in his partibus ubi domicilium habent, ut ipsi coofitentur.

Secundò respondebatur, quod ista copulativa 10 cadit hîc inter duo, quorum unum de necessitate inest alteri, & tunc illa duo resolvuntur in unum, sicut adjectivum alterius. ita Bart. post Gloss. ibi, *in l. 1. in principio. D. de pact.* ibi, *placitum & consensus*, id est, placitus consensus. Idem in casu nostro, *moradores & povoadores*, id est, *moradores povoadores*; quia solùm illis, qui personaliter habitant illam terram sustentando onera illius, exponentes se belli periculis, quæ sunt multa & quotidiana, fuit concessum prædictum privilegium immunitatis, non autem illis qui longè absunt, & in hac curia & civitate domicilium habent, nec ab ea ullo tempore decesseruot, unde non possunt comprehendi sub dictis verbis foralis; & meritò dici potest, Cui non conveniunt verba, non convenit dispositio statuti; & habemus regulam juris, quod quem sequuntur commoda, sequuntur incommoda. *l. secundùm naturam. D. de regul. jur.* & quem onero, bonoro. *l. ab eo. C. de fideicommiss.*

Item domus & ædificia, vulgò *engenhos*, & alia 11 bona, quæ habent in terris Brasiliæ provinciæ, non constituunt eos habitatores, quibus solùm datur privilegium immunitatis. text. est. *in d. l. est verum. & in l. nec ipsi.* & ibi Joan. Plat. *C. de incol. libr. 10.* Bart. *in l. 1. De tutor. & curat ad finem.* dum dicit in tertio loco, *habet bona, ubi nullum habet domicilium.* ac ita non est inconveniens, ut quis habeat bona in una provincia, non tamen in ea habitet, nec sit illius incola, prout re vera hi non sunt.

Ultra quòd ædificia & domus, vulgò *engenhos*, quæ extrui jubent in dicta provincia, sunt magis causa comparandi magnas divitias, & ut inde lucrum maximum & commodum reportent, quàm animo habitandi terras Brasiliæ, ut notorium est, unde eleganter dicit Bart. *in l. lex Cornelia. Paragrapho si tamen. D. de injuriis.* ibi, *Non videtur quis stare causa habitandi, & quiescendi ibi, sed magis causa lucrandi & laborandi.* & tradit Paul. de Castr. *in l. 1. Cod. ubi senator. vel clarissimi.* loquendo in mercatoribus, quòd possunt conveniri in loco ubi tractant cum suis mercantiis, & *in l. heres absens, D. de judic.*

Ultimò facit Ordin. nostra Regia *lib. 2. tit. 56.* 12 *§. 1. cum seq.* quæ in his propriis terminis loquitur, & exprimit casus omnes, in quibus quis potest nominari *vezinho, & morador*, ad effectum, ut sit exem-

exemptus, & gaudeat privilegio aliquibus locia concesso, circa solutionem tributorum, & jurium Regalium, ubi clarè disponit d. Ord. quòd in nullis aliis casibus, præter ibi expressoa, potest quis dici incola, seu habitator ad effectum fruendi privilegio exemptionis. Cùm ergo prædictua Capitaneus, & alij omnea in casibus ab Ordin. expressis non includautur, meritò fosale de illis intelligi non debet, nisi tantùm de personis, quæ verè & propriè possunt nominari *moradores* & *povoadores*, & non per fictionem. *l. 3. §. hac verba. D. de negot. gest.* ac proinde illi nec propriè nec impropriè possunt dici habitatores & incolæ, ut ea suprà dictis liquido apparet. Igitur minùa benè excusari petunt à solutione triburi debiti.

13 Ex quibus omnibus sententia lata fuit pro Rege, & in favorem officialium Basilicæ mercium, cujus tenor is est:

Acordão os do desembargo del Rey nosso senhor, &c. Vistos os embargos do Capitão da Capitania de S. Jorge dos Ilheos nas partes do Brasil, & mais embargantes, & contrariedade do Procurador dos feitos do dito senhor, & a prova dada, doação, & foral dado a dita terra, & como vivendo os ditos embargantes no reyno se não comprehendem nas palavras do dito foral, pera deverem de ser excusos de pagar a dizima de que se trata, e que visto, & a disposição de direito em tal caso com o mais que pellos autos se monstra declarão elles serem obrigados pagar a dita dizima: & não se vencerão custas por ser entre o Procurador do dito senhor, & seus vasallos, a 5. de Maio de 1557. Scriba Ludovico de Neiva.

DECISIO CXVIII.

De judicibus causarum Regis.

SUMMÆ.

1. *Judices causarum Regis olim vocabantur Auditores, & erat unus solus, qui cognoscebat de omnibus causis pertinentibus ad Regem; quod tamen posteà immutatum est.*
2. *Judices causarum Regis cognoscunt per appellationem, & per instrumentum gravaminis.*
3. *Ordin. lib. 1. titul. 9. §. 1. an locum habeat casu, quo judex aliquis donatarium privavit possessione jurisdictionis ad instantiam partis alicujus, an solùm quando ex officio id fecit, & possessionem nomine Regio cepit?*
4. *Intelligitur Ordin. lib. 1. tit. 9. §. 2.*
5. *Judex Regiæ Coronæ cognoscit de appellationibus armorum, & pœnis eorum quod declaratur notabiliter.*
6. *Cognoscit etiam de causis pertinentibus ad vallas, seu aggeres fluminum.*
   Idem dicendum in causis dos Pavos. *Ibid.*
7. *Cognoscit etiam de causis pertinentibus ad jurisdictiones.*
   Si appellatio, seu gravamen ab interlocutoria, interponatur à sententia lata inter duos judices inter se contendentes super jurisdictione, an cognitio illius pertineat ad judices Regiæ Coronæ. Ibidem.
8. *Procurator Regiæ Coronæ semper audiri debet, si contentio fuerit super jurisdictione, non autem procurator patrimonij Regis.*

JUdices causarum Regia, quos Ord. antiqua *lib. 1.* 1
titul. 7. in rubrica vocat *juizes dos nossos feitos*, tempore Alfonsi IV. Regis Portugaliæ vocabantur *Ouvidores dos feitos del Rey*; & erant *João Anes Meñas, & Diogo Paes*. Posteà tempore Edoardi Regis vocabantur *Juizes de seus feitos*, & tempore Joannis II. Regis, & erat unus solus qui cognoscebat de omnibus causis pertinentibua ad Regem, ut patet *dict. titul. 7.* posteà mutatum hoc fuit in causis pertinentibus ad patrimonium Regis; de illis namque cognoscebant judices deputati in tribunali patrimonij Regis, tempore Joannis III. Regis Portugaliæ, & habebant senatores, qui vocabantur *desembargadores da fazenda*, qui cum illis judicibus expediebant dictaa causas; & erant tria tribunalia separata, patrimonij, rerum Indiæ, *& dos contos*: quod etiam posteà mutatum fuit tempore Sebastiani Regia, & provisum, ut causæ patrimonij Regis contentiosæ expedirentur in senatu supplicationis; & vocarentur judices, qui de illis cognoscerent, simul & de causis bonorum Regiæ Coronæ, *juizes dos feitos da Corea, & da fazenda*, & essent duo, ut modò sunt, & sic observatur, patet ex Ord. *lib. 1. titul. 9. & titul. 10.* & ea altera lege lata posteà xxvj. die Octobr. anno 1573. quæ est in libr. 6. Senatus.

Cognoscunt hi judices per appellationem, & 2
per instrumentum gravaminis, ita *in §. 1. d. titul. 9.* quam vide *in §. 2.* & *§. 31.* & *in §. 5.* & *§. 11.*

Vidi tamen dubitatum circa illam legem *d. §. 2.* 3
Si judex aliquis ad instantiam partis alicujus possessionem ceperit jurisdictionia, seu jurium Regalium, quæ alter tertiua possidebat tamquam Regiæ Coronæ donatarius, & ab illa possessione illum amoverit, & alteri tradiderit, aut illam habuerit nomine Regio, & ipsiua Coronæ, & ille tertius spoliatus conquerendo se de judice, instrumentum gravaminis ad superiores judices Regios petierit, & judices prædicti Procuratorem Regiæ Coronæ tamquam partem audiri decreverint, an locus erit huic legi hoc casu?

Aliqui dicebant, quòd non habeat locum hæc lea, quæ solùm loquitur, quando judea ex officio, & non ad instantiam partis possessione sua aliquem privavit, eò quod utatur majori jurisdictione, quam habet per suas donationes, & jura Regalia exigant.

Ea altera parte, dicebatur locum esse huic legi, quia in isto casu eademmet datur ratio, quæ militat in alio casu: ratio autem finalis legis ea videtur esse, quia potest dari sententia contra Regem & ejus Coronam, absque eo quod præcedat plenarium eaamen, & ordinaria plenariaque causæ cognitio, & quia semper qui gravamen interponunt acta magis præparata habent, & probationes pleniores, quàm Procurator Regiua, & sæpè afferunt instrumenta, documenta, testes, & alia hujusmodi, & Procuratori Regio non assignatur tempua ad probandum, ut quotidie fit. Conclusum fuit, quod in priori casu lex ista locum non haberet, sed solùm in secundo casu, quando judex ea officio hoc facit. Sed non caret dubio, quia in utroque eadem militat ratio.

Et ita ego judicarem, præcipuè eo casu, quo 4
bona

bona prædicta manent in possessione Regiæ Coronæ, & non sunt tradita tertio; tunc enim Procurator Regius pars est principalis, & ob id necessarium est examen plenarium: quando verò possessio tradita est alteri, ad cujus instantiam judex illam cepit, tunc cùm ille, cui tradita possessio est, principalis pars sit, poterit procedere prima opinio: & sic illas conciliarem, & hoc modo intelligerem d. Ordin. *in* §. 2.

5 Cognoscit Judex Regiæ Coronæ de appellationibus armorum, & pœnis eorum, juxta declarationem contentam in Ordin. *dict. lib.* 1. *titul.* 9. §. 14. Ratio autem quare de iis cognoscat, continetur in Ordin. facta tempore Edoardi Regis Lusitaniæ, unde hæc originem habet, quæ est in libellio lo senatus, *fol.* 30. sunt autem verba illius hæc, *por serem cousa dos seus direitos.* Et quamvis auditores Curiæ civilium causarum, quo tempore Olysippone erat, cognoscerent de iis appellationibus interpositis à judicibus civitatis Olysipponensis & ejus territorij, juxta Extravag. antiquam *part.* 2. *tit.* 1. *l.* 10. quæ nunc est correcta per Ordin. hanc *lib.* 1. *titul.* 9. §. 14. eò quod jam hodie cessat ratio illius legis Extravagantis, & Senatus translatus est ad civitatem Portucalensem, unde hujusmodi appellationes in utroque Senatu, in suo districtu, non ad auditores, sed ad judices Regiæ Coronæ pertinent, quemadmodum etiam pertinent quæ veniunt ab aliis judicibus aliorum oppidorum Regni, juxta generalitatem hujus Ordinationis.

6 Cognoscit etiam judex Regiæ Coronæ de causis pertinentibus ad vallas, seu aggeres fluminum, ubi aggeres sunt, juxta *l.* 1. *Cod. de agger. Nili non rump.* Ordin. *supradicta. Paragrapho* 15. & cognoscit etiam de causis, *dos Paves.* per dict. Ordin. *in dict.* §. 15.

7 Insuper cognoscit de causis pertinentibus ad jurisdictiones, Ordin. hæc *in Paragrapho* 11. Oldradus *consil.* 98. Palat. *in repetit. cap. per vestras.* §. *sed est pulchra dubitatio. numer.* 49. Circa quod tale dubium in senatu sæpè vidi controversum. Contendunt duo judices inter se super jurisdictione, ad quem ex illis pertineat una causa: super hac causa sententia lata appellatur, seu interponitur gravamen ordinarium, seu per instrumentum, si sententia est interlocutoria: dubitatur an pertineat cognitio ad judices Regiæ Coronæ, an ad senatores causarum gravaminum.

In hoc dubio hanc soleo adhibere distinctionem, quam collegi ex multis sententiis antiquis, quas vidi. Si judices, quicumque sint, inter se contendunt super jurisdictione alicujus causæ, vel omnium causarum, & nulla est pars in actis præter illos, cognitio pertinet ad judices Regiæ Coronæ. Si verò contentio est inter actorem & reum, qui agunt de exceptione incompetentiæ, super qua pronuntiat ipsemet judex, tunc pertinet cognitio ad Senatores gravaminum causarum. Et sic decisum fuit anno 1591.

8 Et advertendum est, quod quando inter illos judices contentio est super jurisdictione, etiamsi sint officiales Regij patrimonij (id est, *de fazenda*) semper Procurator Regiæ Coronæ audiri debet in ea causa, & non Procurator patrimonij Regis: quia in materia jurisdictionis, Procurator Coronæ est qui Regis causam defendere debet, & non patrimonij Regis. Quod notandum omnino est.

DECISIO CXIX.

De officio Procuratoris Regiæ Coronæ.

SUMMÆ.

1. *Procurator Regius olim erat unus solus; posteà verò tempore Joannis Secundi duo creati sunt, alter Regiæ Coronæ, alter patrimonij Regni.*
2. *Procuratoris Regis officium creatum fuit in hoc regno ab origine illius.*

Procuratores Regij qui fuerint in regno. Ibidem.

3. *Procurator Regius est Procurator cum libera, & potest omnia quæ dominus, dummodo non donet nec transigat.*

Procuratore fisci vacante, Præses provinciæ, qui est ordinarius in loco, supplet vicem ejus. Ibid.

4. *Procurator Regius a solo Rege constituitur: & de illius privilegiis. Remissivè. Ibid.*

Et an dicatur contumax in causa Regis. remissivè. Ibidem.

5. *Procurator Regis debet adesse tempore, quo processus in quibus ipse est actor, seu reus, definiuntur; aliter sententia lata est nulla: secus si in favorem fisci lata sit. Et tenor legis latæ super hoc ponitur. num. 8.*

Idem in recusationibus. Ibid.

6. *Hoc procedit non solùm quando Procurator Regis est actor, seu Reus; sed etiam si sit oppositor, seu adsistens: & redditur ratio.*
7. *Procurator Regius nominatus actor, seu adsistens litem avocat ad suum proprium judicium.*

Adsistens in qualibet causa reputatur pars, quoad omnia. Ibid.

9. *Licet Procurator Regis causam prosequatur tamquam pars principalis, tamen Rex concedit, ut aliæ partes, quæ prætendunt interesse, possint audiri, tamquam adjutores.*
10. *Et tenor provisionis, qua id concessum fuit infertur.*
11. *Hoc tamen in quadam causa prohibitum fuit, & num. sequenti.*
12. *Procurator Regius potest vocari in judicium tamquam actor ad defendendum donatarium, cui facta fuit donatio remuneratoria.*
13. *Et tenor provisionis, per quam id conceditur, ponitur.*

In donatione non est locus evictioni; secus si sit remuneratoria. Ibid.

14. *Procurator Regius non potest agere, nec se defendere absque ipsius Regis speciali mandato, seu decreto senatus.*
15. *Et quid in Procuratoribus Regis in partibus, qui pedanei vocantur.*
16. *Conventus a Procuratore Regio super juribus Regalibus, an possit Procuratorem Regium reconvenire super jurisdictione, aut alia re diversa, absque Regia provisione impetrata ad id?*
17. *Procuratori Regio conceditur de stylo tempus informationis, ad formandum articulos in processu.*
18. *Oppositor in causa agitata inter Regiũ Procuratorem*

rem & aliam partem, non tenetur impetrare veniam, nec provisionem, ut audiatur.

19. *Procurator Regius adsistens debet facere allegationes in finali, statim post partem, cui adsistit; secus in judiciis Ecclesiasticis.*

Ordin. libr. 3. titul. 20. §. 32. non habet locum in Procuratore Regio. Ibid.

20. *Pars non potest renunciare adsistentiæ Procuratoris Regij, quando ad ipsius partis petitionem fuit concessa.*

21. *Procurator Regius an possit opponere impedimenta sententiæ lata contra eum, statim post latam sententiam, absque eo quòd parti adsignetur terminus quinque dierum ex stylo ad tollendam sententiam ex processu?*

Decretum senatus in hac quæstione. num. 24.

22. *Procurator Regis non tenetur jurare de calumnia.*

23. *Et quid quando petit, ut informationis tempus ei detur.*

25. *Procurator Regis non condemnatur in expensis processus, nec pars cum eo litigans: secus in criminalibus processibus.*

Et quid in expensis retardationis. Ibid.

26. *Procurator hospitalis omnium Sanctorum hujus civitatis Olysipponensis, & omnes alij condemnantur in expensis processuum.*

27. *Procurator Regius non tenetur præstare cautionem in recusatione judicum.*

Notarij non possunt habere salaria in causis, in quibus Procurator Regis agit. Ibid.

28. *Verba Plinij Junioris ad Trajanum memorabilia referuntur.*

Procuratores Regij caveant à clamoribus. Ibid.

1 Dicturus aliqua de officio Procuratoris Regiæ Coronæ, circa intellectum Ord. *lib. 1. tit. 12.* sciendum est, olim unum solum fuisse Regium Procuratorem, qui & Coronæ bonorum erat & patrimonij Regis, patet hoc ex isto tit. in Ordinationibus abrogatis; posteà verò aucto regno, & negotijs crescentibus, tempore Joannis III. Regis Lusitaniæ, distincta sunt officia hæc, & ordinatum, quòd duo essent Procuratores, unus Regiæ Coronæ, alter patrimonij Regis, ut modò sunt; in civitate tamen Olysipponensi, *pera as rendas das casas della, & do negotio do trato da India*, unus semper fuit Procurator; qui in illis causis pro Rege patrocinabatur, ut modò etiam est; sed erat particularis persona, & non ex senatorio ordine.

2 Notandum autem est, quòd hoc officium Procuratoris Regis ab origine regni creatum fuit, & invenio quòd tempore Alfonsi IV. Regis Portugaliæ, Regius Procurator fuit Giraldus Estevens; tempore Regis Edoardi, Martinus Alfonsus, qui numeratur inter senatores illius temporis; tempore Regis Alfonsi V. Petrus Giraldes; posteà tempore ejusdem Regis, anno 1446. Alvares Pires; posteà tempore ejusdem Regis, anno 1461. Nonius de Seixas Canonicus Olysipponensis; tempore Joannis II. anno 1477. erat Procurator Regis Doctor Joannes Delvas, constat hoc ex quodam instrumento permutationis, & scambi, *dos Monges & Commendatario d' Alcobaça da villa de Beringel, pello padroado de S. Miguel de Torres vedras, & era Commendatario o Cardeal d' Alpedrinha, Dom Jorge da Costa, & chamasse no estromento Fiscal dos feitos da Corea,* fuit etiam eodem tempore Ferdinandus de Figueredo, qui ante Senatoriam dignitatem adeptam publicus juris civilis professor fuit in Academia Olysipponensi, & vir magnæ auctoritatis, cujus improvisam mortem luget Cancellarius maximus Joannes Teixeira, multis verbis, & eleganti licet brevi oratione, ut constat ex libelliolo senatus *fol.* 109. post illum, tempore Emanuelis Regis, Antonius Correa Senator: post hunc Joannes de Braga; hic posteà clericus fuit, & major Prior Conventus Ordinis S. Jacobi oppidi de Palmella: tempore Joannis III. Andreas Serrão Senator supplicationis, & morte hujus divisa sunt officia, Procuratoris Coronæ, & patrimonij, & factus est Coronæ procurator solùm Rodericus Monteiro, vir legum hujus Regni Lusitanæ peritissimus, ut testatur Lusitanus Gammæ in suis decisionibus, & in officio stetit per multos annos, & inde ad officium Cancellarij Curiæ supplicationis promotus fuit: illi successit Senator Gaspar Gomezius; huic Ferdinandus Cervena, tempore Sebastiani Regis; posteà Doctor Hieronymus Pereira de Sa, qui ex hoc officio promotus fuit ad Senatum Palatij, & illi successit Doctor Ant. Franciscus; huic D. Hector de Pina, vir multis nominibus commendandus; cui ego (licet indignus) successi in officio tempore Philippi I. Regis Catholici, & posteà ab ipso Rege ad senatum Palatij promotus fui, & ad consilium rerum regni Lusitaniæ, quod Madritij erat, seu Mantuæ Carpetanorum.

Notandum autem est, quòd Procurator Regis 3
est Procurator cum libera, & potest omnia quæ dominus Bart. per illum text. *in l. 1. in princ. D. de officio Procur. Cæsar.* dummodo non donet, *l. Procurator cui. D. de procur.* ubi Paul. & Jas. nec transigat, *l. nulli. D. de transactionib.* & vacante Procuratore Fisci, Præses Provinciæ, qui est ordinarius, in loco supplet vicem ejus. ita Bart. *in l. si vacante. C. de bon. vacant. l. 10.* sicut in simili si civitas non habet syndicum, potestas civitatis supplet vicem ejus, secundùm Bart. *in l. nulli. in princ. D. quod cujusque universit.* quod dictum pro notabili allegat. Angel. *in §. præterea. col. 9. vers. ad unum tamen advertas. instit. de except.* Sic etiam in simili, si non sunt pares Curiæ, recurritur ad ordinarium, secundùm Gloss. *in c. Imperialem. §. præterea de prohib. alienat. feud. per Fridericum* & tradit Aretin. *in c. Ceterùm. de judic. per c. 1. ad medium. si de investit. feud. fuerit content. inter domin. & vasall. & in c. 1. de controv. feud. apud pares term.* & in simili allegat notata per Bart. *in l. ubi absunt. D. de inter. & curat. dat. ab iis, &c.* sequitur & comprobat Dec. *in d. cap. Ceterùm, num. 11.*

Et Procurator Regis à solo Rege constituitur, 4
Afflict. *decis. 366.* & multa privilegia illius vide per Rebuff. *in concordat. 1. tom. fol. 91.* Et an dicatur contumax in causa Regis? vide per eumdem ad *ll. Gall. tom. 3. tit. de contumacia. num. 12.*

Et Procurator Regis præsens esse debet, quo 5
tempore processus, in quo ipse est actor, seu reus, diffinitur; & idem in recusationibus judicum. Ordin. *d. tit. 12. §. 2.* aliter si non est præsens, sententia lata est nulla. *l. fiscus. D. de jur. fisci. l. 2. §. divus. & l. fiscus alienis. eodem tit.* Gloss. *in l. unica. C. de sentent. contra fisc. lib. 10.* Chassanæus *de Burg. fol. 170. num. 23.* novè Marc. Anton. Peregrin. *de jure fisci.*

lib.3.tit.2. quod tamen limitandum est non procedere, si sententia lata sit in favorem Regis, seu fisci. ita tenet Gloss. *in d. §. divus.* Peregrinus *ubi supra, num.3.* quem legito.

6 Quod non solùm habet locum, quando Procurator Regis actor, seu reus est, sed etiamsi sit oppositor, seu adsistens; utroque enim casu procedit hæc Ord. *in §.2.* in oppositore, ea ratione, quia oppositor vicem actoris sustinet, Bald. *in l. ult. num.7. C. de edict. divi Adriani tol.* & facit Ordin. *lib.3.tit.20.§.31. & lib.3.tit.47.§.1.* & Ord. *l.3.tit.22. & alijs.* Anchar. *cons.333.n.1.* tenetur que oppositor suam oppositionem probare ac si verus actor esset, *c. cùm inter de excep.* Bart. *in l. de pupillo.§.ult.D. de novi operis nunt.* Dec. *cons.43.n.1. in adsistente.* quia hæc Ordin. requirit solùm, ad hoc, ut quando votum datur in processu, sit præsens Procurator Regius, eò quòd ille pars sit in processu, hæc sunt verba: *E nos feitos que nos avemos contra outras pessoas ou ellas contra nos.* Et sic hæc verba comprehendunt tam oppositorem, quàm adsistentem: adsistens namque pars est, *cap. ult. ut lite pend. lib.6.* de quo text. latè per Covarr. *practicarum cap.14.* Ordin. *lib.3.tit.20.§.32.* quod confirmatur etiam per Ordin. *lib.1.tit.13.§.3.*

7 Et ex eo, quia Procurator Regis nominatus actor, seu adsistens litem avocat ad suum judicium proprium Regis, ex eo quia pars est, Ordin. *libr.3. titul.45.§.6.* text. secundùm unam lecturam *in l. si minore pretio. C. de jur. fisci. lib.10.* Dec. *cons.700.* Gloss. *in l.3. C. de jur. fisci.* Laudensis *de privileg. fisci. privileg.27.* Bossius *tit. de fisco. n.43. Extravag.* ubi proximè. Adeò quòd si fiscus succedit condemnato, non cogitur sequi instantiam inchoatam per delinquentem, sed potest adire proprios judices. Bossius *tit. de bonis publicat. num.24.* facit etiam in confirmationem, quòd nempe adsistens, pars sit, quia in unaquaque causa pars reputatur illa, de cujus interesse agitur, & cui sententia & acta præjudicium afferre possunt *l. nam ita divus. D. de adoption. l. de unoquoque. D. de re judicat.* & ibi latè Hippol. & Zasius, propterea qui in judicio defensionem pro aliquo suscepit, eò quòd causa ad illum tangit, & illi præjudicare potest, pars remanet, & est, ut singulariter notavit Bald. per illum text. *in l.1. C. si tutor vel curator fals. allegat. accusat. sit.* & ob hoc sic contingeret, quòd in causa partes citandæ sint, quia elapsi sunt sex menses quòd acta dormiunt, ex Ordin. *lib.1.tit.83.§.28.* quando actor citatur & reus, etiam citari debet adsistens uni ex illis, per doctrinam Baldi, & probatur *in dict. l.1.* & hoc jure utimur; & his rationibus lata est lex declaratoria & confirmatoria super hoc per Philippum Regem nostrum, anno 1588. cujus tenor is est:

